dicunt? « Scribe, quod ille dixerit. » Nam nunc quidem communis sententia Judæorum apparet. Si autem appositum fuisset, quod ipse dixerit se regem, visum fuisset crimen temeritatis et arrogantiæ illius. Sed Pilatus non obtemperavit, et in priori stetit sententia : ideo dicit : « Quod scripsi, scripsi. » Cæterum et aliud magnum quiddam dispensatur : quia futurum erat ut tres cruces eodem in loco defossæ jacerent, ut ne ignoraretur quæ esset crux Domini, propter hoc dispensatum est, ut sola titulum haberet et inscriptionem, ut per signum tale cognosceretur. Latronum enim cruces titulum non habebant. Insinuat autem et **752** sublimius quiddam inscriptio triplicibus litteris inscripta. Manifestat enim Dominum regem esse philosophiæ practicæ et naturalis et theologicæ. Practica enim per Romanas scripturas figuratur. Nam Romanorum principatus maxime virilis erat et strenuus in rebus bellicis. Per Græcas vero, naturalis, cui vacabant Græci. Per Hebraicas denique, theologica; nam Hebræis divinorum cognitio concredita fuit. Gloria igitur ei qui per crucem apparuit tale habere regnum, et qui mundum vicit, practicam nostram virtutem roboravit, scientiamque naturæ largitus est, et ab illa nos duxit in interiora velamenti, in suam dico scientiam et comtemplationem, theologiam videlicet.

σκωσι, ταῖς φωναῖς ἁπάσαις τὴν Ἰουδαίων μανίαν ἐστηλίτευσεν. Οἱ δὲ καὶ ἐσταυρωμένῳ ἐβάσκαινον. Καὶ τί φασιν; « Γράψον, ὅτι αὐτὸς εἶπε. » Νῦν μὲν γὰρ κοινὴ ψῆφος τῶν Ἰουδαίων φαίνεται· ἐὰν δὲ προστεθῇ, ὅτι αὐτὸς εἶπεν ἑαυτὸν βασιλέα, τῆς αὐτοῦ προπετείας καὶ ἀλαζονείας τὸ ἔγκλημα φαίνεται. Ἀλλ' οὐχ ὁ Πιλάτος παρετράπη, ἀλλ' ἐπὶ τῆς προτέρας ἵσταται γνώμης. Διὸ καί φησιν· « Ὃ γέγραφα, γέγραφα. » Ἀλλὰ μὴν καὶ ἕτερόν τι μέγα οἰκονομεῖται. Ἐπειδὴ γὰρ καταχωσθέντες οἱ τρεῖς σταυροὶ ἐν ταυτῷ ἔμελλον κεῖσθαι, ἵνα μὴ ἀγνοηθῇ, ποῖός ἐστιν ὁ τοῦ Κυρίου, διὰ τοῦτο ᾠκονομήθη αὐτὸν μόνον τίτλον ἔχειν καὶ ἐπιγραφὴν, ὡς ἂν διὰ τοῦ τοιούτου σημείου ἐπιγνωσθείη· οἱ γὰρ τῶν λῃστῶν τίτλον οὐκ εἶχον. Αἰνίττεται δὲ καί τι ὑψηλότερον ἡ ἐπιγραφὴ τρισσοῖς γράμμασιν ἐπιγραφεῖσα· δηλοῖ τὸν Κύριον βασιλέα εἶναι πρακτικῆς; καὶ φυσικῆς, καὶ θεολογικῆς φιλοσοφίας· διὰ μὲν τῶν Ῥωμαϊκῶν, γραμμάτων τῆς πρακτικῆς τυπουμένης· ἡ γὰρ τῶν Ῥωμαίων ἀρχὴ ἀνδρειοτάτη καὶ πρακτικωτάτη τὰ κατὰ πόλεμον. Διὰ δὲ τῶν Ἑλληνικῶν, τῆς φυσικῆς· οἱ γὰρ Ἕλληνες περὶ τὴν φυσικὴν ἠσχολήθησαν. Διὰ δὲ τῶν Ἑβραϊκῶν τῆς θεολογικῆς· οἱ γὰρ Ἑβραῖοι τὴν θείαν ἐπιστεύθησαν γνῶσιν. Δόξα οὖν τῷ διὰ τοῦ σταυροῦ φανέντι τοιαύτην ἔχειν τὴν βασιλείαν, καὶ τόν τε κόσμον νικήσαντι, καὶ τὴν πρακτικὴν ἡμῖν ὁμαλίσαντι, τήν τε γνῶσιν τῆς φύσεως χαριζομένῳ, καὶ ἀπὸ ταύτης εἰς τὸ ἐσώτερον τοῦ καταπετάσματος, εἰς τὴν οἰκείαν λέγω γνῶσιν καὶ θεωρίαν, ἤτοι θεολογίαν εἰσάγοντι.

VERS. 23, 24. « Milites ergo cum crucifixissent Jesum, acceperunt vestimenta ejus, et fecerunt quatuor partes, unicuique militi partem, et tunicam. Erat autem tunica inconsutilis, a summo contexta per totum. Dixerunt ergo inter se : Ne scindamus eam, sed sortiamur de illa cujus sit, ut Scriptura impleretur, dicens : Partiti sunt vestimenta mea sibi, et in vestem meam miserunt sortem. » Per illa potissimum implentur prophetiæ, per quæ diabolus insidiatur. Et vide veritatem. Tres fuerunt crucifixi, attamen in hoc solo implentur prophetica dicta. Et considera prophetæ diligentiam. Non enim solum quod « partiti fuerint, » sed etiam quod non partiti fuerint, dixit propheta. Igitur alia quidem distribuerunt, tunicam autem non, sed sortiti sunt. Quod autem » a summo fuerit contexta, » non frustra fuit appositum. Et alii quidem dicunt allegoriam per hoc signari, quod non simpliciter homo fuerit crucifixus, sed et deitatem superne habuerit. Quidam vero genus dicunt tuniculæ evangelistam narrare. Quia enim Palæstini duos pannos committendo contexunt vestes, pro sutura utentes contextu : manifestans Joannes quod talis fuerit tunicula, dixit quod « a summo per totum fuerit contexta, » hoc est, ab initio et superne usque ad infima. Manifestat autem hinc vilitatem vestimentorum Christi. Alii autem dicunt quod in Palæstina contexantur telæ non sicut apud nos : nam supra quidem est filum, infra autem contexitur pannus, et ita regressio fit : sed contrario modo : infra enim

« Οἱ οὖν στρατιῶται, ὅτε ἐσταύρωσαν τὸν Ἰησοῦν, ἔλαβον τὰ ἱμάτια αὐτοῦ, καὶ ἐποίησαν τέσσαρα μέρη, ἑκάστῳ στρατιώτῃ μέρος, καὶ τὸν χιτῶνα. Ἦν δὲ ὁ χιτὼν ἄρραφος, ἐκ τῶν ἄνωθεν ὑφαντὸς διόλου. Εἶπον οὖν πρὸς ἀλλήλους· Μὴ σχίσωμεν αὐτὸν, ἀλλὰ λάχωμεν περὶ αὐτοῦ, τίνος ἔσται· ἵνα ἡ Γραφὴ πληρωθῇ, ἡ λέγουσα· Διεμερίσαντο τὰ ἱμάτιά μου, καὶ ἐπὶ τὸν ἱματισμόν μου ἔβαλον κλῆρον. » Δι' ὧν ὁ διάβολος πονηρεύεται, αἱ προφητεῖαι πληροῦνται. Καὶ ὅρα τὴν ἀλήθειαν· Τρεῖς ἦσαν οἱ σταυρωθέντες, καὶ ὅμως ἐπ' αὐτοῦ μόνου πληροῦνται τὰ τῶν προφητῶν. Καὶ σκόπει τὴν τῆς προφητείας ἀκρίβειαν. Οὐ γὰρ ὅτι ἐμερίσαντο μόνον, ἀλλ' ὅτι καὶ οὐκ ἐμερίσαντο, εἶπεν ὁ προφήτης. Τὰ μὲν οὖν ἄλλα ἱμάτια διενείμαντο, τὸν δὲ χιτῶνα, οὐ, ἀλλὰ κλήρῳ τὸ πρᾶγμα ἐπέτρεψαν. Τὸ δὲ, « Ἐκ τῶν ἄνωθεν ὑφαντὸς, » οὐχ ἁπλῶς πρόσκειται, ἀλλ' οἱ μὲν ἀλληγορίαν φασὶ δι' αὐτοῦ δηλοῦσθαι, ὅτι οὐχ ἁπλῶς ἄνθρωπος ἦν ὁ σταυρούμενος, ἀλλὰ καὶ ἄνωθεν τὴν θεότητα εἶχε. Τινὲς δὲ αὐτὸ τὸ εἶδος τοῦ χιτωνίσκου φασὶ τὸν εὐαγγελιστὴν ἱστορεῖν. Ἐπειδὴ γὰρ ἐν τῇ Παλαιστίνῃ δύο ῥάκη συμβάλλοντες, ἤτοι δύο πανία, ὑφαίνουσι τὰ ἱμάτια ἀντὶ ῥαφῆς χρώμενοι τῷ συνυφασμῷ· δηλῶν ὁ Ἰωάννης, ὅτι τοιοῦτος ὁ χιτωνίσκος ἦν, εἶπεν, ὅτι « Ἐκ τῶν ἄνωθεν διόλου ὑφαντὸς, » τουτέστιν, ἀπ' ἀρχῆς καὶ ἄνωθεν ἕως κάτω. Δηλοῖ δὲ ἐντεῦθεν τὸ εὐτελὲς τῶν ἱματίων τοῦ Χριστοῦ. Ἄλλοι δέ φασιν, ὅτι ἐν Παλαιστίνῃ ὑφαίνουσιν τοὺς ἱστοὺς, οὐχ ὡς παρ' ἡμῖν, ὄντων ἄνω μὲν τῶν μίτων καὶ τοῦ στήμονος, κάτω δὲ ὑφαινο-

μένου τοῦ πανίου, καὶ οὕτως ἀναβαίνοντος, ἀλλὰ τουναντίον, κάτω μέν εἰσιν οἱ μῖτοι, ἄνω δὲ ὑφαίνεται τὸ ὕφασμα. Τοιοῦτος, φησίν, ἦν ὁ χιτὼν τοῦ Κυρίου· μυστηρίου δὲ [*f.* δὴ] πάντως καὶ διὰ τούτου δηλουμένου. Τὸ γὰρ σῶμα τοῦ Κυρίου ἄνωθεν μὲν ὑφάνθη. Πνεῦμα γὰρ ἅγιον ἐπῆλθε, καὶ δύναμις Ὑψίστου ἐπεσκίασε τῇ Παρθένῳ. Εἰ γὰρ καὶ ἀνθρώπου φύσιν ἐνέλαβε τὴν κάτω οὖσαν καὶ πεσοῦσαν, ἀλλὰ τῇ ἄνωθεν τοῦ ἁγίου Πνεύματος χάριτι συνέστη καὶ συνεπάγη ἡ θεία σάρξ. Τὸ τοίνυν ἅγιον σῶμα τοῦ Χριστοῦ ἀμέριστόν ἐστι, τοῖς τέσσαρσι τοῦ κόσμου μέρεσι μεριζόμενον καὶ διαδιδόμενον. Κατακερματιζόμενος γὰρ ἐν τοῖς καθ' ἕνα, καὶ τὴν ἑκάστου ψυχὴν ἁγιάζων μετὰ τοῦ σώματος ὁ Μονογενὴς διὰ τῆς ἰδίας σαρκὸς, ὁλοκλήρως καὶ ἀμερίστως ἐν ὅλοις ἐστὶν, ὑπάρχων πανταχοῦ. Οὐδαμῶς γὰρ μεμέρισται, καθὰ καὶ Παῦλος βοᾷ. Ἐπεὶ δὲ ἐκ τεσσάρων στοιχείων τὸ πᾶν σύγκειται, νοητέον ἱμάτιον τοῦ Ἰησοῦ, τὴν φαινομένην ταύτην καὶ προβεβλημένην κτίσιν, ἣν οἱ δαίμονες μερίζονται, ὅταν τὸν ἐν ἡμῖν μὲν τοῦ Θεοῦ λόγον νεκρώσωσι, σπουδάζουσι δὲ τῆς μερίδος ἑαυτῶν ποιήσασθαι ἡμᾶς διὰ τῆς πρὸς τὰ κοσμικὰ προσπαθείας. Ἀλλὰ τὸν χιτῶνα οὐ δύνανται τεμεῖν, τὸν ἐν τοῖς οὖσι λόγον, καθ' ὃν τὰ πάντα ὑπέστη. Κἂν γὰρ μυριάκις ἀπατῶμαι ὑπὸ τῶν ῥευστῶν, ἀλλὰ πάλιν ἐπιγινώσκω αὐτὰ ῥευστὰ ὄντα, καὶ τὸν λόγον καὶ τὴν οὐσίαν τῶν ἐκπτωλῶν καὶ παραῤῥεόντων οὐκ ἀγνοῶ.

A sunt fila, in summo autem contexitur contextus : et talis quoque fuit tunica Domini. Sacramentum quoque et per hoc nobis insinuatur. Nam corpus Domini superne quidem contextum est. Spiritus enim sanctus venit super Virginem, et virtus Altissimi obumbravit eam [11]. Licet enim hominis naturam susceperit, quæ inferior et labilis est, tamen superne Spiritus sancti gratia constitit, et compacta est divina caro. Igitur sanctum corpus Christi indivisibile est et dividitur et communicatur in quatuor partes orbis. Distributus enim singulis, et uniuscujusque animam sanctificans, **753** cum corpore per suam carnem Unigenitus et integer et indivisus in omnibus est, exsistens ubique. Nunquam enim divisus est, sicut et Paulus clamat [12]. Quia autem ex quatuor elementis universum constitutum est, intelligere licet per vestimenta Jesu visibilem et propositam hanc creaturam, quam dæmones partiuntur quando in nobis sermonem Dei occidunt. Dant enim operam ut nos suam faciant partem per affectiones ad mundana; sed tunicam non possunt dividere in his quæ sunt sermonis per quem omnia constituta sunt. Nam licet infinities decipiar a fluxis et transitoriis, iterum tamen agnosco ea esse transitoria, et rationem ac substantiam prætereuntium et fallacium non ignoro.

B

« Οἱ μὲν οὖν στρατιῶται ταῦτα ἐποίησαν. Εἱστήκεισαν δὲ παρὰ τῷ σταυρῷ τοῦ Ἰησοῦ ἡ μήτηρ αὐτοῦ, καὶ ἡ ἀδελφὴ τῆς μητρὸς αὐτοῦ Μαρία ἡ τοῦ Κλοπᾶ, καὶ Μαρία ἡ Μαγδαληνή. Ἰησοῦς οὖν ἰδὼν τὴν μητέρα, καὶ τὸν μαθητὴν παρεστῶτα ὃν ἠγάπα, λέγει τῇ μητρὶ αὐτοῦ· Γύναι, ἰδοὺ ὁ υἱός σου. Εἶτα λέγει τῷ μαθητῇ· Ἰδοὺ ἡ μήτηρ σου. Καὶ ἀπ' ἐκείνης τῆς ὥρας ἔλαβεν ὁ μαθητὴς αὐτὴν εἰς τὰ ἴδια. » Οἱ μὲν οὖν στρατιῶται τὰ τῆς οἰκείας ἀνοησίας ἐποίουν· αὐτὸς δὲ τῆς μητρὸς φροντίζει, διδάσκων ἡμᾶς ἄχρι καὶ τῆς τελευταίας ἀναπνοῆς πᾶσαν ποιεῖσθαι ἐπιμέλειαν τῶν γεγεννηκότων. Καὶ ἴδε, πῶς οὐσῶν καὶ ἄλλων γυναικῶν, μόνης τῆς μητρὸς προνοεῖται. Δεῖ γὰρ ἐμποδίζουσι μὲν πρὸς ἀσέβειαν τοῖς γεγεννηκόσι μὴ προσέχειν· μὴ ἐμποδίζουσι δὲ, πᾶσαν αὐτῶν φροντίδα ποιεῖσθαι· ὅσπερ οὖν καὶ αὐτὸς, ἐπειδὴ ἀπεδήμει τοῦ βίου, καὶ τὴν μητέρα εἰκὸς ἦν ἀλγεῖν καὶ τὴν προστασίαν ἐπιζητεῖν, ἐγχειρίζει τῷ μαθητῇ τὴν προστασίαν αὐτῆς. Ἀποκρύπτει δὲ τὸ οἰκεῖον ὄνομα εὐαγγελιστὴς, μετριάζων. Εἰ γὰρ ἐβούλετο κομπάζειν, καὶ τὴν αἰτίαν προσέθηκεν ἂν, δι' ἣν ἠγαπᾶτο. Καὶ γὰρ ἴσως ἦν μεγάλην τινὰ εἶναι ταύτην καὶ θαυμαστήν. Βαβαὶ δὲ πῶς ἐτίμα τὸν μαθητὴν, ἀδελφὸν ἑαυτοῦ τοῦτον ποιούμενος! Οὕτω καλὸν τῷ [*f.* τὸ] παραμένειν Χριστῷ πάσχοντι· εἰς ἀδελφότητα γὰρ αὐτοῦ ἄγει. Θαύμασον δὲ, πῶς ἐν τῷ σταυρῷ πάντα ἀταρᾴχως ποιεῖ, τῆς μητρὸς φροντίζων, προφητείας πληρῶν, τῷ λῃστῇ παράδεισον ἀνοίγων· πρὸ δὲ τοῦ

Vers. 24-27. « Et milites quidem hæc fecerunt. Stabant autem juxta crucem Jesu mater ejus, et soror matris ejus Maria Cleophæ, et Maria Magdalene. Cum vidisset ergo Jesus matrem ac discipulum astantem quem diligebat, dicit matri suæ : Mulier, ecce filius tuus. Deinde dicit discipulo : Ecce mater tua. Et ex illa hora accepit eam discipulus in sua. » Milites quidem faciebant pro sua insipientia. Ipse autem matris curam habet, docens nos usque ad extremum spiritum omnem habere debere curam eorum qui nos genuerunt. Et vide quomodo cum essent et aliæ mulieres, solius matris curam agat. Nam oportet quidem parentibus ad pietatem obsistentibus non parere, non obsistentibus autem omni cura servire; sicut et ipse cum migraret e vita, quod verisimile erat matrem dolere et præsidium requirere, concredidit discipulo præfecturam ejus. Occultat autem proprium nomen evangelista, modestiæ gratia. Nam si voluisset arrogans esse, causam etiam apposuisset propter quam fuisset dilectus. Etenim verisimile erat magnam quamdam istam esse et mirabilem. Jam papæ quomodo honorat discipulum, fratrem suum illum faciens? Usque adeo bonum est manere apud patientem Christum; nam in fraternitatem illius ducit. Admirare autem quomodo in cruce omnia absque turbatione facit, matris curam agens, prophetias implens, latroni paradisum aperiens, ante crucem autem laborans, sudans anxius : atque hæc quidem

C

D

[11] Luc. I, 35. [12] I Cor. I, 13.

humanæ naturæ, illa autem divinæ virtutis. Confundatur Marcion et omnes alii qui Christum nugantur in mundo apparuisse juxta apparentiam tantum. Nam si natus non fuisset, neque matrem habuisset. Cur enim tantam de ea curam habet? Quomodo autem soror matris ejus dicitur Maria Cleophæ, cum Joachim non habuerit aliam prolem? Cleophas frater fuit Joseph, et cum absque liberis esset mortuus Cleophas (ut quidam dicunt), Joseph ejus uxorem duxit, et proles fratri peperit, quarum una et nunc commemoratur Maria, quæ soror dicitur Deiparæ, hoc est cognata. Solet enim Scriptura cognatos dicere fratres, sicut et Isaac de 754 Rebecca dicebat, « Soror mea est [13], » quamvis uxor esset. Ita et hoc loco soror Deiparæ dicitur, quæ Cleophæ filia habita est, propter cognationem. Itaque quatuor Mariæ celebrantur in Evangeliis. Prima Deipara, quam et Jacob et Jose matrem nominat. Illi enim pueri fuerunt Joseph, ex priori uxore ei nati, fortasse uxore Cleophæ. Dicitur autem Deipara mater eorum, quia noverca; uxor enim habebatur Joseph. Secunda Maria Magdalene, e qua ejecit septem dæmonia Jesus. Tertia Cleophæ, et quarta Lazari soror. Assumpsit igitur discipulus Mariam in sua : nam puro pura est commissa. Vide autem quomodo muliebris sexus permanet in adversitatibus, et viri omnes dereliquerunt Dominum. Ita ergo venit corroborans quod infirmum erat, et assumens quod nihil habitum.

A σταυροῦ ἀγωνιῶν, ἰδρῶν· ὥστε ἐκεῖνα μὲν τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως, ταῦτα δὲ τῆς θείας δυνάμεως. Ἐντρεπέσθω Μαρκίων, καὶ οἱ ἄλλοι πάντες ἐν φαντασίᾳ τὸν Κύριον τῷ κόσμῳ φανῆναι φλυαρήσαντες· εἰ γὰρ μὴ ἐγεννήθη, μηδὲ μητέρα ἔσχε, τίνος ἕνεκα τοσαύτην περὶ αὐτὴν ποιεῖται πρόνοιαν; πῶς δὲ ἀδελφὴ τῆς μητρὸς αὐτοῦ λέγεται Μαρία ἡ τοῦ Κλοπᾶ, καίτοι τοῦ Ἰωακεὶμ μὴ σχόντος ἄλλο τέκνον; Ὁ Κλοπᾶς ἀδελφὸς ἦν τοῦ Ἰωσήφ· ἄπαιδος δὲ ἀποθανόντος τοῦ Κλοπᾶ, ὥς τινές φασιν, Ἰωσὴφ ἠγάγετο τὴν ἑαυτοῦ γυναῖκα, καὶ παῖδας τῷ ἀδελφῷ ἔτεκεν, ὧν μία καὶ ἡ νῦν μνημονευομένη Μαρία, ἀδελφὴ λεγομένη τῆς Θεοτόκου, ἀντὶ τοῦ, συγγενής. Εἴωθε γὰρ ἡ Γραφὴ τοὺς συγγενεῖς ἀδελφοὺς ὀνομάB ζειν· ὡς καὶ Ἰσαὰκ περὶ τῆς Ῥεβέκκας, ὅτι « Ἀδελφή μού ἐστι, » καίτοι γυνὴ αὐτοῦ ἦν. Οὕτως οὖν κἀνταῦθα ἀδελφὴ τῆς Θεοτόκου λέγεται ἡ τοῦ Κλοπᾶ νομιζομένη θυγάτηρ, διὰ τὴν συγγένειαν. Τέσσαρες οὖν Μαρίαι ἐμφαίνονται τοῖς Εὐαγγελίοις· πρώτη ἡ Θεοτόκος, ἣν καὶ Ἰακώβου καὶ Ἰωσῆ μητέρα ὀνομάζουσιν. Οὗτοι γὰρ παῖδες μὲν ἦσαν τοῦ Ἰωσὴφ, ἐκ τῆς προτέρας αὐτοῦ γυναικὸς γεννηθέντες, τάχα τῆς τοῦ Κλοπᾶ γυναικός. Λέγεται δὲ ἡ Θεοτόκος μήτηρ αὐτῶν ὡς μητρυιά· γυνὴ γὰρ ἐλογίζετο τοῦ Ἰωσήφ. Δευτέρα ἡ Μαγδαληνὴ, ἀφ' ἧς ἐκβεβλήκει ἑπτὰ δαιμόνια ὁ Ἰησοῦς· τρίτη ἡ τοῦ Κλοπᾶ, καὶ τετάρτη ἡ τοῦ Λαζάρου ἀδελφή. Ἔλαβεν οὖν ὁ μαθητὴς τὴν Μαρίαν εἰς τὰ ἴδια· τῷ καθαρῷ γὰρ ἡ καθαρὰ ἐπιστεύθη. Ὅρα δὲ πῶς τὸ μὲν γυναικεῖον φύλον παραμένει ἐν τοῖς δεινοῖς, οἱ δὲ ἄνδρες ἐγκατέλιπον πάντες τὸν Κύριον· οὕτως ἄρα ἦλθε τὸ ἀσθενὲς ἐνισχύων, καὶ τὰ ἐξουθενημένα προσλαμβανόμενος.

Vers. 28-30. « Postea sciens Jesus quod omnia consummata jam essent, ut consummaretur Scriptura, dicit : Sitio. Vas igitur erat positum aceto plenum. Illi vero impleverunt spongiam aceto et hyssopo impositam, et admoverunt ori ejus. Cum ergo accepisset Jesus acetum, dixit : Consummatum est. Et inclinato capite, tradidit spiritum. » — « Cum vidisset, inquit, Jesus quod omnia consummata essent, » hoc est, nihil intermisisset quod suæ dispensationis : ita enim mors ejus libera erat. Non enim prius mors corpus ejus invasit, quam ipse voluit. Voluit autem, cum complevisset omnia, propterea et dicebat : « Potestatem habeo ponendi animam meam [14]. » — « Dicit itaque, Sitio : » prophetiam hoc loco implens. At illi impietatem ac malitiam suorum morum declarantes, aceto eum potant, id quod condemnatis faciebant, quia hyssopum propter hoc aderat, ut lethale. Quidam autem hyssopum dicunt calamum. Talis est enim summitas calami. Circumponunt igitur calamo spongiam, eo quod in sublimi erat os Jesu, et ita prophetia impleta est, « Et in siti mea potaverunt me aceto [15], » dicens. Potatus itaque dixit : « Consummatum est. » Hæc etiam prophetia cum aliis impleta est, nihil superest, omnia consummata sunt. Absque turbatione autem operatur et cum potestate omnia, quod de-

C « Μετὰ ταῦτα ἰδὼν ὁ Ἰησοῦς, ὅτι πάντα τετέλεσται, ἵνα τελειωθῇ ἡ Γραφὴ, λέγει· Διψῶ. Σκεῦος οὖν ἔκειτο ὄξους μεστόν. Οἱ δὲ πλήσαντες σπόγγον ὄξους, καὶ ὑσσώπῳ περιθέντες, προσήνεγκαν αὐτοῦ τῷ στόματι. Ὅτε οὖν ἔλαβε τὸ ὄξος ὁ Ἰησοῦς, εἶπε· Τετέλεσται. Καὶ κλίνας τὴν κεφαλὴν, παρέδωκε τὸ πνεῦμα. » — « Ἰδὼν, φησὶν, ὁ Ἰησοῦς, ὅτι πάντα τετέλεσται· » τουτέστι, οὐδὲν λείπει τῇ οἰκονομίᾳ, οὕτως ἄρα παρηλλαγμένος ἦν ὁ θάνατος αὐτοῦ. Οὐ γὰρ πρότερον ἐπῆλθε τῷ σώματι αὐτοῦ ἡ τελευτὴ, ἢ ἕως οὗ αὐτὸς ἐβούλετο· ἐβούλετο δὲ μετὰ τὸ πάντα πληρῶσαι· διὰ τοῦτο γὰρ καὶ ἔλεγεν· « Ἐξουσίαν ἔχω θεῖναι τὴν ψυχήν μου. » — » Λέγει οὖν· Διψῶ· » προφητείαν ἐνταῦθα πληρῶν. Οἱ δὲ τὸ μιαρὸν τοῦ τρόπου αὐτῶν ἐνδεικνύμενοι, ὄξος αὐτὸν ποτίζουσιν, D ὅπερ τοῖς καταδίκοις ἐποίουν. Ἐπεὶ καὶ τὸ ὕσσωπον διὰ τοῦτο πρόσκειται, ὡς δηλητηριῶδες. Τινὲς δὲ ὕσσωπόν φασιν ὀνομάζεσθαι τὸν κάλαμον· ἡ γὰρ τοῦ καλάμου κόμη τοιαύτη. Περιέθηκαν τοίνυν καλάμῳ τὸν σπόγγον, διὰ τὸ ἐπὶ μετεώρου εἶναι τὸ στόμα τοῦ Ἰησοῦ, καὶ οὕτως ἡ προφητεία ἐπληρώθη, « Καὶ εἰς τὴν δίψαν μου ἐπότισάν με ὄξος, » λέγουσα. Ποτισθεὶς οὖν εἶπε· « Τετέλεσται· » τουτέστι, καὶ αὕτη ἡ προφητεία μετὰ πάντων ἐπράχθη, οὐδὲν λείπει, πάντα τετέλεσται. Ἀταράχως δὲ πράττει καὶ μετ' ἐξουσίας πάντα· καὶ τὸ ἐξῆς δὲ τοῦτο

[13] Gen. xx, 5. [14] Joan. x, 18. [15] Psal. lxviii, 22.

δηλοῖ. Ὡς γὰρ ἀπηρτίσθη πάντα, « κλίνας τὴν κε- A
φαλὴν (οὐ γὰρ προσήλωτο αὕτη), ἀφῆκε τὸ
πνεῦμα, » τουτέστιν, ἀπέψυξε. Καίτοι ἐφ' ἡμῶν
τοὐναντίον γίνεται, πρότερον μὲν γὰρ ἐκπνέομεν,
εἶτα κλίνομεν τὴν κεφαλήν. Ἐκεῖνος δὲ πρότερον
ἔκλινεν, εἶτα ἐξέψυξε. Δι' ὧν πάντων δηλοῦται, ὅτι
τοῦ θανάτου αὐτὸς Κύριος ἦν, καὶ πάντα κατ' ἐξου-
σίαν ἐποίει.

« Οἱ οὖν Ἰουδαῖοι, ἵνα μὴ μείνῃ ἐπὶ τοῦ σταυροῦ
τὰ σώματα ἐν τῷ Σαββάτῳ, ἐπεὶ παρασκευὴ ἦν (ἦν
γὰρ μεγάλη ἡ ἡμέρα ἐκείνη τοῦ Σαββάτου), ἠρώτη-
σαν τὸν Πιλάτον, ἵνα κατεαγῶσιν αὐτῶν τὰ σκέλη,
καὶ ἀρθῶσιν. Ἦλθον οὖν οἱ στρατιῶται, καὶ τοῦ μὲν
πρώτου κατέαξαν τὰ σκέλη, καὶ τοῦ ἄλλου τοῦ συ-
σταυρωθέντος αὐτῷ. Ἐπὶ δὲ τὸν Ἰησοῦν ἐλθόντες, B
ὡς εἶδον αὐτὸν ἤδη τεθνηκότα, οὐ κατέαξαν αὐτοῦ
τὰ σκέλη· ἀλλ' εἷς τῶν στρατιωτῶν λόγχῃ τὴν πλευ-
ρὰν αὐτοῦ ἔνυξε, καὶ εὐθέως ἐξῆλθεν αἷμα καὶ
ὕδωρ. » Παρέθετο μὲν τὸ πνεῦμα ὁ Κύριος τῷ Θεῷ
καὶ Πατρὶ, δεικνύων, ὡς οὐκ ἔτι τοῖς μνήμασιν
ἐμφιλοχωροῦσι τῶν ἁγίων αἱ ψυχαὶ, τρέχουσι δὲ
ἀεὶ εἰς χεῖρας τοῦ πάντων Πατρὸς, τῶν δὲ ἁμαρ-
τωλῶν εἰς τὸν τῆς κολάσεως τόπον κατασπωμένων,
τουτέστι τὸν ᾅδην. Οἱ δὲ τὴν κάμηλον καταπίνοντες
καὶ τὸν κώνωπα διυλίζοντες, τηλικοῦτον ἐργασάμε-
νοι τολμημα, περὶ τῆς ἡμέρας ἀκριβολογοῦνται. « Ἵνα
γὰρ, φησὶ, μὴ μείνῃ ἐπὶ τοῦ σταυροῦ τὰ σώματα,
ἠρώτησαν τὸν Πιλάτον, » ὅ ἐστι παρεκάλεσαν, « ἵνα
ἀρθῶσι. » Τίνος δὲ ἕνεκα κατεαγῆναι τὰ σκέλη αἰ- C
τοῦνται; Ἵνα, εἰ καὶ ἐπιζήσουσιν, ἄχρηστοι ὦσι·
λῃσταὶ γὰρ ἦσαν. Οὐκ ἐβούλοντο οὖν ἐν τῇ ἡμέρᾳ
τῆς ἑορτῆς τιμωροὶ καὶ φονεῖς φαίνεσθαι. Ἄλλως
τε, καὶ ὁ νόμος οὕτως ἐκέλευε, μὴ ἐπιδύειν τὸν
ἥλιον ἐπὶ τιμωρίᾳ ἀνθρώπου. Ὅρα δὲ δι' ὧν τεχνά-
ζονται Ἰουδαῖοι, τὰς προφητείας πληρουμένας,
ὥστε οὖν κἀνταῦθα δύο ἐν ταὐτῷ πληροῦνται προ-
φητεῖαι, ὡς ἐφεξῆς ὁ εὐαγγελιστὴς φησι. Τὰ μὲν
οὖν τοῦ Ἰησοῦ σκέλη οὐ συνέτριψαν, ὅμως δὲ κα-
τηχαρίζόμενοι τοῖς Ἰουδαίοις, κεντοῦσιν αὐτὸν, καὶ
αἷμα καὶ ὕδωρ ἐξέρχεται· καὶ τοῦτο ξένον. Ἐκεῖνοι
μὲν γὰρ καὶ νεκρὸν τὸ σῶμα ὑβρίζειν ἐπεχείρουν,
ἡ δὲ ὕβρις αὐτοῖς εἰς θαῦμα περιίστατο. Καὶ αἷμα
μὲν γὰρ ἐκ νεκροῦ σώματος προϊέναι παράδοξον·
κἂν ἔχει τις συκοφαντῶν λέγειν, ὅτι εἰκὸς εἶναί τινα D
ἰσχὺν ἔτι τῷ σώματι δύναμιν. Τὸ ὕδωρ δὲ προϊὸν
ἀναντίῤῥητον τὸ θαῦμα ποιεῖ. Οὐχ ἁπλῶς δὲ ταῦτα
γίνεται, ἀλλ' ἐπεὶ τῇ Ἐκκλησίᾳ ἡ ζωὴ διὰ τούτων
τῶν δύο γίνεναι καὶ συνίσταται· δι' ὕδατος μὲν γεν-
νώμεθα, δι' αἵματος δὲ καὶ σώματος τρεφόμεθα.
Ὅταν οὖν προσέρχῃ τῷ ποτηρίῳ τῆς κοινωνίας τοῦ
αἵματος τοῦ Χριστοῦ, ὡς ἐξ αὐτῆς τῆς πλευρᾶς πίνων,
οὕτω διάκεισο. Σκόπει δέ μοι, πῶς διὰ τῆς τραυματι-
σθείσης πλευρᾶς τὸ τῆς πλευρᾶς, ἤτοι τὸ τῆς Εὔας
τρῶμα ἐθεραπεύεται. Ἐκεῖ Ἀδὰμ κοιμηθεὶς, ἀφ-
ῃρέθη τὴν πλευρὰν, κἀνταῦθα ὁ Κύριος ἀφυπνώσας,
τὴν πλευρὰν τῷ στρατιώτῃ δίδωσιν. Ἡ ῥομφαία δὲ τοῦ

clarant sequentia. Postquam enim consummata fuissent omnia, « inclinato capite » (neque enim ipsum affixum erat) « emisit spiritum, » hoc est, exspiravit, quamvis in nobis contrarium fiat. Primum enim exspiramus, et deinde inclinamus caput. Ille autem prius inclinavit, deinde exspiravit. Ex quibus omnibus manifestatur quod ipse fuerit Dominus mortis, et omnia secundum potestatem fecerit.

VERS. 31-34. « Judæi ergo, quoniam parasceve erat, ut non remanerent in cruce corpora Sabbato (erat enim magnus dies ille Sabbati), rogaverunt Pilatum ut frangerentur eorum crura ac tollerentur. Venerunt ergo **755** milites, et primi quidem fregerunt crura, et alterius qui crucifixus est cum eo. Ad Jesum autem cum venissent, ut viderunt eum jam mortuum, non fregerunt ejus crura; sed unus militum lancea latus ejus fodit, et continuo exivit sanguis et aqua. » Tradidit quidem spiritum Dominus Deo et Patri, ostendens quod posthac animæ justorum in monumentis non versantur, currunt autem in manus Patris omnium; sed peccatorum animæ in locum supplicii detractæ, hoc est, in infernum depellentur. At illi camelum deglutientes, et culicem excolantes, tali patrato facinore de die observando diligenter cogitant. Dicit enim, « Ut ne maneant in cruce corpora, rogaverunt Pilatum, » hoc est, obsecraverunt, « ut tollantur. » Quare autem confringi crura eorum petunt? Ut si etiam superviventes, inutiles essent. Latrones enim fuerant. Nolebant igitur in die festo videri punitores et homicidæ. Et aliter : Etiam lex ita præcipiebat, ne sol occideret in supplicio hominis. Vide autem quomodo per ea quæ struunt Judæi, prophetiæ impleantur. Sic ergo et in hoc loco duæ prophetiæ implentur, ut postea evangelista dicit. Etenim ossa Jesu non confringunt quidem, pungunt tamen eum, gratificantes Judæis, et sanguis et aqua egreditur. Et hoc quidem admirandum. Nam illi quidem etiam mortuum corpus contumelia afficere conantur : at contumelia illis in miraculum vertitur. Et sanguinem quidem ex mortuo corpore prodisse admirabile est, verumtamen posset quis sycophantarum dicere quod verisimile sit vitalem quamdam virtutem adhuc fuisse in corpore. Aqua autem egressa omnem controversiam miraculo tollit. Non simpliciter autem hæc fiunt, sed quia Ecclesiæ vita per duo ista et fit et consistit. Nam per aquam quidem generamur, per sanguinem autem et corpus pascimur. Cum igitur accedis ad calicem communionis sanguinis Christi, ita affectus sis quasi ex ipso latere bibas. Considera autem, quomodo per saucium latus vulnus lateris, hoc est Evæ, sanatur : et sicut in paradiso ubi Adam obdormivit, ablata est ab eo costa [16], ita hoc loco cum Dominus obdormivisset, latus militi dedit. Rhomphæa autem militis figura est rhomphææ versatilis quæ prohibet nos a paradiso; et quia omne

[16] Gen. II, 21.

quod versatur nisi quid obsistat non absistit a suo cursu, Dominus ostendens quod rhomphæam illam sistat, supponit in figura latus frameæ militis, ostendens nobis quod sicut framea militis appulsa lateri stetit, ita et flammea stabit, et non ultra interminetur, et versione sua exterreat, prohibendo ingressum in paradisum. Confundantur Armenii, qui non admiscent in mysteriis aquam vino. Non enim credunt, ut videtur, quod aqua ex latere egressa sit, quod admirabilius, **756** sed sanguis tantum. Et hoc loco destruunt majus miraculum. Itaque sanguis symbolum quod homo sit is qui crucifixus est : aqua vero, quod is sit super hominem, id est Deus.

A στρατιώτου εἰς τύπον ἐστὶ τῆς στρεφομένης ῥομφαίας, καὶ κωλυούσης ἡμᾶς ἐκ τοῦ παραδείσου. Ἐπεὶ δὲ πᾶν τὸ στρεφόμενον ἐὰν μή τινι συγκρούσῃ, οὐχ ἵσταται τοῦ ἰδίου δρόμου· ὁ Κύριος δεικνύων, ὅτι τὴν ῥομφαίαν ἐκείνην στήσει, ὑποτίθησιν ἐν τόπῳ τὴν πλευρὰν τῇ τοῦ στρατιώτου ῥομφαίᾳ· ἵνα δειχθῇ ἡμῖν, ὅτι ὥσπερ ἡ τοῦ στρατιώτου προσερεισθεῖσα τῇ πλευρᾷ ἔστη, οὕτω καὶ ἡ φλογίνη στήσεται, καὶ οὐκ ἔτι διὰ τοῦ στρέφεσθαι ἀπειλοῦσα, καὶ ἐκδειματοῦσα τὴν εἴσοδον, ἀποκλείσει τοῦ παραδείσου. Αἰσχυνέσθωσαν Ἀρμένιοι, οἱ μὴ παρακιρνῶντες ὕδωρ τῷ οἴνῳ ἐν τοῖς μυστηρίοις. Οὐ γὰρ πιστεύουσιν, ὡς ἔοικεν, ὅτι καὶ ὕδωρ ἐξηνέχθη τῆς πλευρᾶς, τὸ παραδοξότερον, ἀλλὰ μόνον αἷμα, κἀντεῦθεν καθαι-

ροῦσι τὸ πλεῖον τοῦ θαύματος. Τὸ μὲν οὖν αἷμα σύμβολον τοῦ εἶναι ἄνθρωπον τὸν σταυρωθέντα, τὸ δὲ ὕδωρ ὑπὲρ ἄνθρωπον, τοῦ εἶναι Θεόν.

Verse. 35-37. « Et qui vidit, testimonium perhibuit, et verum est testimonium ejus, et ille scit quod vera dicit, ut et vos credatis. Facta sunt enim hæc ut Scriptura impleretur : Os non comminuetur ex eo. Et rursus alia Scriptura dicit : Videbunt in quem pupugerunt. » Non ab aliis, inquit, audivi, sed ipse præsens vidi, « et verum est testimonium. » Merito. Injuriam enim enarrat factam, et non magnum vel honorificum aliquid, ut suspectus sit sermo; sed propter hoc, inquit, hæc diligenter enarro, et ea quæ ignominiosa videntur in medium affero, ut et vos credatis, tanquam omnino veris, et non ad gratiam fictis. Nam qui ad gratiam loquitur, gloriosa magis ponit. Quia autem et Moses dignior fide se videbatur, adducit et hunc testem. Quod enim ille dixit de agno qui immolabatur in Pascha, quod « Os non confringetur [17], » hoc inquit evangelista in Christo impletum esse : agnus enim ille hujus erat figura. Et multa est cognatio figuræ ad veritatem. Impletur autem et alia prophetia quæ dicit, « Videbunt in quem pupugerunt. » Quando enim venturus est judicare, tunc videbunt eum in corpore meliore et diviniore, et cognoscent hi qui pupugerunt [18], ac lugebunt. Insuper et his qui non crediturі erant, fidei janua et indicium fuit id quod ab inimicis est attentatum, ut Thomæ. Nam per latus fidem resurrectionis accepit. Os quidem Jesu non conteritur, latus autem ejus scaturit nobis fontes, essentiam et vitam nobis dantes. Aqua quidem essentiam dedit, quia per eam pervenimus ad hoc ut Christiani simus : sanguis autem vitam; per ipsum enim pascimur. Nam Agnus quidem Verbum est Dei, qui a capite usque ad pedes comedendus est. Caput quidem symbolum est deitatis (ipsa enim est caput); pedes autem carnis, ipsa enim extrema est. Insuper et intestina ejus, mysteria et occulta reverenter in cibum habentes, ossa non confringimus, hoc est difficiliores et graviores sensus. Quæ enim non possumus intelligere, ea non conteremus : hoc est, non dabimus operam ut male et periculose intelligamus. Etenim quando sane

B « Καὶ ὁ ἑωρακὼς μεμαρτύρηκε, καὶ ἀληθινή ἐστιν ἡ μαρτυρία αὐτοῦ· κἀκεῖνος οἶδεν ὅτι ἀληθῆ λέγει, ἵνα καὶ ὑμεῖς πιστεύσητε. Ἐγένετο δὲ ταῦτα, ἵνα ἡ Γραφὴ πληρωθῇ· Ὀστοῦν οὐ συντριβήσεται ἀπ' αὐτοῦ. Καὶ πάλιν ἑτέρα Γραφὴ λέγει· Ὄψονται εἰς ὃν ἐξεκέντησαν. » Οὐ παρ' ἑτέρων, φησὶν, ἤκουσα, ἀλλ' αὐτὸς παρὼν εἶδον, « καὶ ἀληθής ἐστιν ἡ μαρτυρία. » Εἰκότως. Ὕβριν γὰρ γενομένην ἐξηγεῖται, ἀλλ' οὐ μέγα τι καὶ ἔντιμον, ἵνα ὑποπτεύσῃς τὸν λόγον· ἀλλὰ διὰ τοῦτο, φησὶ, ταῦτα ἀκριβολογοῦμαι, καὶ τὰ ἐφύβριστα δοκοῦντα εἰς μέσον παράγω, ἵνα ὑμεῖς πιστεύσητε ὡς ἀληθέσι πάντως, καὶ οὐχὶ πρὸς χάριν συντεθεῖσιν. Ὁ γὰρ πρὸς χάριν λέγων τὰ ἔνδοξα μᾶλλον τίθησιν. Ἐπεὶ δὲ ὁ Μωσῆς ἀξιοπιστότερος αὐτοῦ ἐδόκει, παράγει καὶ τοῦτον μάρτυρα. Ὃ γὰρ εἶπεν ἐκεῖνος περὶ τοῦ ἐν τῷ Πάσχα θυομένου ἀμνοῦ, « Ὀστοῦν οὐ συντριβήσεται, » τοῦτό φησιν ὁ εὐαγγελιστὴς πληρωθῆναι ἐπὶ Χριστοῦ. Ὁ γὰρ ἀμνὸς ἐκεῖνος, τούτου τύπος ἦν· καὶ πολλὴ ἡ συγγένεια τούτου πρὸς τὴν ἀλήθειαν. Πληροῦται δὲ καὶ ἑτέρα προφητεία ἡ λέγουσα· « Ὄψονται εἰς ὃν ἐξεκέντησαν. » Ὅτε γὰρ ἔρχεται κρῖναι, τότε ὄψονται αὐτὸν ἐν σώματι κρείττονι καὶ θεοειδεστέρῳ, καὶ γνωριοῦσιν οἱ ἐκκεντήσαντες, καὶ κόψονται. Οὐ τοῦτο δὲ μόνον, ἀλλ' ὅτι καὶ τοῖς μέλλουσιν ἀπιστεῖν πίστεως θύρα καὶ ἀπόδειξις ἦν τὸ τολμηθὲν ὑπὸ τῶν ἐχθρῶν, οἷον τῷ Θωμᾷ. Καὶ γὰρ διὰ τῆς πλευρᾶς ἐπιστώθη τούτῳ ἡ ἀνάστασις. Ὀστοῦν μὲν οὖν οὐ συντριβήσεται τῷ Ἰησοῦ· πλευρὰ δὲ αὐτοῦ βλύζει ἡμῖν τὰς τῆς οὐσιώσεως ἡμῶν καὶ τῆς ζωώσεως πηγάς· ὕδωρ μὲν, τῆς οὐσίας· δι' αὐτοῦ γὰρ εἰς τὸ εἶναι Χριστιανοὶ ἐρχόμεθα· τὸ δὲ αἷμα, τῆς ζωῆς· δι' αὐτοῦ γὰρ τρεφόμεθα. Ἀμνὸς γάρ ἐστιν ὁ Λόγος τοῦ Θεοῦ, ὃν ἐσθίοντες ἀπὸ κεφαλῆς ἄχρι ποδῶν, κεφαλῆς μὲν, τῆς θεότητος· αὕτη γὰρ κεφαλή· ποδῶν δὲ, τῆς σαρκός· αὕτη γὰρ τὰ ἔσχατα. Ἔτι μὴν καὶ τὰ ἐντόσθια αὐτοῦ, τὰ μυστήρια καὶ κρύφια εὐλαβῶς ἐμβρωματιζόμενοι, τὰ ὀστᾶ οὐ συντρίβομεν, τουτέστιν, τὰ δυσκολώτερα τῶν νοημάτων καὶ ἐμβριθέστερα. Ἃ γὰρ οὐ δυνάμεθα νοῆσαι, ταῦτα οὐ συντρίψομεν, τουτέστιν, οὐ σπουδάσομεν νοῆσαι κακῶς

[17] Exod. xii, 14; Num. 9, 12. [18] Apoc. i, 7.

καὶ παρακινδυνευμένως. Ὅταν μὲν γὰρ ὑγιῶς A sentimus, tunc non conterimus : sana enim servamus divina. Quando autem torserimus et hæreticum sensum acceperimus, conterimus et confringimus solidum et difficilem sensum. Igitur hæc difficilia intellectu igni tradenda sunt, hoc est, Spiritui sancto, per quem conficiuntur et extenuantur, eo quod omnia scrutatur, etiam profunda Dei [19].

νεῶμεν, τότε οὐ συντρίβομεν· ὑγιῆ γὰρ φυλάττομεν τὰ θεῖα. Ὅταν δὲ παραβιασώμεθα, καὶ αἱρετικὸν νόημα ὑποδεξώμεθα, συντρίβομεν καὶ κατακλῶμεν τὸ στερρὸν καὶ δυσκατέργαστον νόημα. Καίειν οὖν τὰ τοιαῦτα χρὴ πυρὶ, τουτέστι, τῷ Πνεύματι διδόναι τὰ τοιαῦτα δυσνόητα, δι' οὗ κατεργάζονται καὶ λεπύνονται, ὡς πάντα ἐρευνῶντος, καὶ τὰ βάθη τοῦ Θεοῦ.

« Μετὰ ταῦτα ἠρώτησε τὸν Πιλάτον Ἰωσὴφ ὁ ἀπὸ Ἁριμαθαίας, ὢν μαθητὴς τοῦ Ἰησοῦ, κεκρυμμένος δὲ διὰ τὸν φόβον τῶν Ἰουδαίων, ἵνα ἄρῃ τὸ σῶμα τοῦ Ἰησοῦ· καὶ ἐπέτρεψεν ὁ Πιλάτος. Ἦλθεν οὖν καὶ ἦρε τὸ σῶμα τοῦ Ἰησοῦ. Ἦλθε δὲ καὶ Νικόδημος, ὁ ἐλθὼν πρὸς τὸν Ἰησοῦν νυκτὸς τὸ πρῶτον, φέρων μίγμα σμύρνης καὶ ἀλόης ὡσεὶ λίτρας ἑκατόν. Ἔλαβον οὖν τὸ σῶμα τοῦ Ἰησοῦ, καὶ ἔδησαν αὐτὸ ἐν ὀθονίοις μετὰ τῶν ἀρωμάτων, καθὼς ἔθος ἐστὶ τοῖς Ἰουδαίοις ἐνταφιάζειν. Ἦν δὲ ἐν τῷ τόπῳ, ὅπου ἐσταυρώθη, κῆπος, καὶ ἐν τῷ κήπῳ μνημεῖον καινόν, ἐν ᾧ οὐδέπω οὐδεὶς ἐτέθη. Ἐκεῖ οὖν διὰ τὴν παρασκευὴν τῶν Ἰουδαίων, ὅτι ἐγγὺς ἦν τὸ μνημεῖον, ἔθηκαν τὸν Ἰησοῦν. » Τίνος ἕνεκεν οὐχ εἷς τῶν δώδεκα προσῆλθε τῷ Πιλάτῳ, ἀλλ' ἐκ τῶν ἑβδομήκοντα ἴσως ὢν ὁ Ἰωσὴφ, τολμᾷ τοιοῦτον; Εἰ γὰρ διὰ τὸν φόβον τῶν Ἰουδαίων εἶπόι τις κεκρύφθαι τοὺς μαθητὰς, καὶ οὗτος τῷ αὐτῷ κατείχετο φόβῳ. Ἔστιν οὖν εἰπεῖν, ὅτι σφόδρα ἐπίσημος ἦν, καὶ τῷ Πιλάτῳ γνώριμος διὰ τὸ ἔνδοξον. Ὅθεν καὶ νομίσας σβεσθῆναι τὴν ὀργὴν, ὡς ἤδη ἐσταυρωμένου τοῦ ἐναντίου αὐτοῖς, μετὰ ἀδείας πρόσεισι, καὶ πολυτελῆ ποιεῖται τὴν ταφὴν σὺν τῷ Νικοδήμῳ, οὐδὲν μὲν θεῖον περὶ αὐτοῦ φανταζόμενοι ἀμφότεροι, ἀλλ' ὡς περὶ ἀνθρώπου ψιλοῦ διακείμενοι, ἐπεὶ καὶ ταῦτα φέρουσιν ἀρώματα, ἃ μάλιστα τὸ σῶμα πέρυσιν ἐπιπολὺ διατηρεῖν, καὶ μὴ συγχωρεῖν ταχέως διδόναι τῇ φθορᾷ· ὅπερ ἐδείκνυ αὐτοὺς οὐδὲν μέγα φανταζομένους περὶ αὐτοῦ. Πλὴν ὅμως τὴν φιλοταφίαν ἐνδείκνυνται· οὐ γὰρ ὡς κατάδικον ἐνταφιάζουσιν, ἀλλὰ πολυτελῶς, ὡς ἔθος τοῖς Ἰουδαίοις. Ἐπεὶ δὲ ὑπὸ τοῦ καιροῦ συνείχοντο (ἐννάτης μὲν γὰρ ὥρας ἐγεγόνει ἡ τελευτή· εἶτα ἐν τῷ μεταξὺ τῷ Πιλάτῳ προσιόντων, καὶ καθελόντων τὸ σῶμα, ἴσως ἦν ἑσπέραν καταλαβέσθαι, ἐν ᾗ θέμις οὐκ ἦν ἐργάσασθαι μνημεῖον), τιθέασιν αὐτὸν εἰς τὸ πλησίον μνημεῖον. « Ἦν γὰρ ἐν τῷ τόπῳ, ὅπου ἐσταυρώθη, κῆπος, καὶ ἐν τῷ κήπῳ μνημεῖον καινόν. » Οἰκονομεῖται δὲ πλησίον εἶναι τὸ μνημεῖον, ὥστε καὶ τοὺς μαθητὰς δύνασθαι παραγενέσθαι, καὶ θεατὰς καὶ μάρτυρας τῶν γινομένων εἶναι, ἀλλὰ καὶ στρατιώτας ἀποσταλῆναι εἰς φυλακὴν, καὶ μὴ σχεῖν χώραν τὸν περὶ τῆς κλοπῆς λόγον. Ἅπαντα οὐκ ἂν οὕτω προέβησαν, εἰ πόρρω ἐτέθαπτο. « Καινὸν δὲ τὸ μνημεῖον, ἐν ᾧ οὐδέπω οὐδεὶς ἐτέθη, » ἵνα μὴ συκοφαντηθῇ ἡ ἀνάστασις, ὡς ἄλλου ἀναστάντος, καὶ οὐχὶ τοῦ Ἰησοῦ. Καὶ ἄλλως δέ· « Καινὸν τὸ μνημεῖον, » συμβολικῶς τούτου δηλουμένου,

Vers. 38-42. « Posthæc autem rogavit Pilatum Joseph Arimathiensis, qui erat discipulus Jesu, sed occultus propter metum Judæorum, ut **757** tolleret corpus Jesu : idque permisit Pilatus. Venit ergo et tulit corpus Jesu. Venit autem et Nicodemus, qui venerat ad Jesum nocte primum, ferens mixturam myrrhæ et aloes ad libras ferme centum. Acceperunt B ergo corpus Jesu, et obvinxerunt illud linteis cum aromatibus, sicut mos est Judæis sepelire. Erat autem in loco ubi crucifixus est hortus, et in horto monumentum novum, in quo nondum quisquam positus erat. Ibi ergo propter parasceven Judæorum, quod in propinquo esset monumentum posuerunt Jesum. » Quare non unus ex duodecim accessit ad Pilatum, sed Joseph, qui forte ex septuaginta erat, audet hoc? Nam si propter metum Judæorum dixerit quis delituisse discipulos, et hic eodem correptus fuerat timore. Dicendum igitur quod hic valde nobilis fuerit, et Pilato notus, quia nobilis erat. Unde cum existimasset exstinctam esse Judæorum iram eo quod adversarius illis crucifixus C nunc esset, absque pavore accedit, et sumptuosam facit sepulturam cum Nicodemo. Nihil divinum de illo ambo sentiebant, sed affectuerant ut erga purum hominem : quia talia afferebant aromata, quæ potissimum possent corpora diuturna conservare, et cohibere ne statim corrumperentur : quod ostendit eos adhuc nihil magnum de eo cogitasse, verumtamen amorem suum declarant. Non enim sepeliunt ut condemnatum, sed sumptuose, ut mos est Judæis. Quoniam autem tempore impediebantur (si quidem hora nona facta erat mors : deinde cum in medio tempore accessissent ad Pilatum et corpus tulissent, verisimile erat vesperam ingruisse, cum non licebat exstruere monumentum), ponunt eum in vicinum monumentum. « Erat enim in loco ubi D crucifixus est, hortus, et in horto monumentum novum. » Singulari autem dispensatione factum est, ut in propinquo esset monumentum, ut discipuli possent adesse, et spectatores ac testes factorum fieri, et milites mitti possent ad custodiam, et ut cessaret etiam, propter locum, furti suspicio : quæ omnia non contigissent, si procul fuisset sepultus. « Novum autem erat sepulcrum, in quo nullus adhuc erat positus : » ut non calumnietur quis resurrectionem, quod alius resurrexerit, et non Jesus. Et aliter quoque : « Novum monumentum » symbolo quodam manifestat futuram novitatem per

[19] I Cor, II, 10.

sepulturam Domini contra mortem et corruptionem, et quod innovandi simus omnes in illo. Vide autem et divitias paupertatis Domini propter nos. Qui enim non habuit domum in vita, neque post mortem sepulcrum habet, sed in alieno deponitur, et cum nudus esset, a Joseph vestitur. Est et nunc Jesus mortuus, cum occiditur ab avaris et violentis, vel a fame hoc patitur : sed et nudus **758** est : quæcunque enim pauper patitur, Christus patitur. Imitare et tu hunc Joseph, adde aliquid bono (Joseph enim interpretatur *additio*) et nuditatem tege Christi, id est pauperis. Hoc autem fac non semel, et in monumento pone animæ, et semper memor esto talium operum, cogitaque et cura. Admisce autem et myrrham et aloen. Amara et mordacia sæculi illius judicia animo reponere oportet, et vocem illam quæ maledictos avocat, et in ignem mittit immisericordes, quo nihil amarius puto.

φωνὴν ἐκείνην τὴν κατηραμένους ἀποκαλοῦσαν, καὶ πικρότερον οἶμαι.

ὅτι καινοτομία γενήσεται διὰ τῆς ταφῆς τοῦ Κυρίου κατὰ τοῦ θανάτου καὶ τῆς φθορᾶς, καὶ καινισθησόμεθα πάντες ἐν αὐτῷ. Ὅρα δέ μοι καὶ τὸν πλοῦτον τῆς τοῦ Κυρίου δι' ἡμᾶς πτωχείας. Ὁ γὰρ μὴ ἔχων οἰκίαν ἐν τῇ ζωῇ, οὐδὲ μετὰ θάνατον μνῆμα ἔχει, ἀλλ' ἐν ξένῳ κατατίθεται· καὶ γυμνὸς ὢν, ὑπὸ Ἰωσὴφ περιστέλλεται. Ἔστι καὶ νῦν ὁ Ἰησοῦς νεκρὸς, ὑπὸ τῶν ἐπηρεαζόντων ἢ πλεονεκτούντων νεκρούμενος, ἢ ὑπὸ λιμοῦ ταὐτὸ πάσχων. Ἀλλὰ καὶ γυμνός. Ὅσα γὰρ ὁ πένης πάσχει, Χριστὸς πάσχει. Μίμησαι καὶ σὺ νῦν τὸν Ἰωσήφ· πρόσθες τῷ καλῷ (Ἰωσὴφ γὰρ « πρόσθεσις » ἑρμηνεύεται), καὶ τὴν γύμνωσιν περίστειλον τοῦ Χριστοῦ, ἤτοι τοῦ πένητος. Ταῦτα δὲ ποίησον, μὴ ἅπαξ, ἀλλ' ἐν τῷ μνημείῳ θὲς τῆς ψυχῆς, καὶ ἀεὶ μνημόνευε, καὶ ἀεὶ λογίζου, καὶ φρόντιζε τῶν τοιούτων ἔργων. Παραμίγνυε δὲ καὶ σμύρναν καὶ ἀλόην. Τὰ πικρὰ γὰρ καὶ στύφοντα τοῦ ἐκεῖσε αἰῶνος δικαστήρια ἐνθυμεῖσθαι χρὴ, καὶ τὴν εἰς πῦρ ἀποπέμπουσαν τοὺς ἀνελεήμονας, ἧς οὐδὲν

CAPUT XX.

De resurrectione Christi. De apparitione Christi, primum Mariæ Magdalenæ, deinde cæteris apostolis congregatis.

Vers. 1-4. « Una vero Sabbatorum Maria Madgalene venit mane, cum adhuc tenebræ essent, ad monumentum, videtque lapidem sublatum a monumento. Currit ergo et venit ad Simonem Petrum, et ad alterum illum discipulum quem amabat Jesus, et dicit illis : Sustulerunt Dominum a monumento, et nescimus ubi posuerunt eum. Exiit ergo Petrus, et ille alius discipulus, et venerunt ad monumentum. Currebant autem duo simul, et ille alius discipulus præcucurrit citius Petro, venitque prior ad monumentum. » Unam Sabbatorum nominat quam nos Dominicam vocamus. Nam Sabbata dies hebdomadæ nominant : unam autem dierum Sabbati, primam. Etenim revera dies omnes una sunt : sæpe autem cum accipitur una, et componitur, multas facit. Una itaque est prima : bis autem si accipiatur, fit secunda : et tertio, tertia : et deinceps. Futuri autem sæculi typus est dies iste, quod sæculum unus dies est, nunquam nocte dissectus aut dimidiatus. Deus enim sol est ejus, qui nunquam occidit. Igitur quemadmodum in hoc resurrexit Dominus, corruptibile suum corpus incorruptibile recipiens : ita et nos in futuro sæculo incorruptionem recipiemus. Venit igitur in « hac una » hoc est, prima « Sabbatorum, » hoc est, dierum Sabbati et hebdomadæ, « Maria Magdalene. » Nam Sabbatum quidem præterierat, et non ultra a lege prohibebatur : et abiit, a loco volens consolationem quamdam invenire : et cum « vidisset lapidem sublatum, » magna festinatione venit ad Petrum » et Joannem. Nam Dominus quidem surrexerat, lapide supraposito et obsignato sepulcro. Quia autem et testes quosdam resurrectionis esse oportebat, et in sepulcrum ingredi, tollitur lapis ab angelo. Maria autem nihil adhuc de re-

ΚΕΦΑΛ. Κ'.

Περὶ τῆς ἀναστάσεως τοῦ Χριστοῦ. Περὶ τῆς φανερώσεως τοῦ Χριστοῦ, πρῶτον μὲν τῇ Μαρίᾳ τῇ Μαγδαληνῇ, ἔπειτα δὲ τοῖς μαθηταῖς συνηγμένοις.

Τῇ δὲ μιᾷ τῶν Σαββάτων ἔρχεται Μαρία ἡ Μαγδαληνὴ πρωΐ, σκοτίας ἔτι οὔσης, εἰς τὸ μνημεῖον, καὶ βλέπει τὸν λίθον ἠρμένον ἀπὸ τοῦ μνημείου. Τρέχει οὖν, καὶ ἔρχεται πρὸς Σίμωνα Πέτρον, καὶ πρὸς τὸν ἄλλον μαθητὴν, ὃν ἐφίλει ὁ Ἰησοῦς, καὶ λέγει αὐτοῖς· Ἦραν τὸν Κύριον ἐκ τοῦ μνημείου, καὶ οὐκ οἴδαμεν, ποῦ ἔθηκαν αὐτόν. Ἐξῆλθεν οὖν ὁ Πέτρος, καὶ ὁ ἄλλος μαθητὴς, καὶ ἤρχοντο εἰς τὸ μνημεῖον. Ἔτρεχον δὲ οἱ δύο ὁμοῦ, καὶ ὁ ἄλλος μαθητὴς προέδραμε τάχιον τοῦ Πέτρου, καὶ ἦλθε πρῶτος εἰς τὸ μνημεῖον. » Μίαν τῶν Σαββάτων τὴν παρ' ἡμῖν νῦν Κυριακὴν ὀνομάζει. Σάββατα μὲν γὰρ τὰς τῆς ἑβδομάδος ἡμέρας ὀνομάζουσι· μίαν δὲ τῶν Σαββάτων, ἡμερῶν τὴν πρώτην· καὶ γὰρ ὄντως πᾶσαι αἱ ἡμέραι μία εἰσί. Πολλάκις δὲ λαμβανομένη ἡ μία καὶ συντιθεμένη τὰς πολλὰς ποιεῖ. Μία οὖν ἐστιν ἡ πρώτη ἡμέρα, δὶς δὲ λαμβανομένη, γίνεται δευτέρα, καὶ τρὶς τρίτη, καὶ ἑφεξῆς. Καὶ τοῦ μέλλοντος δὲ αἰῶνος τύπος ἐστὶν ἡ τοιαύτη ἡμέρα, ὃς αἰὼν μία ἡμέρα ἐστὶν, οὐδέποτε νυκτὶ διακοπτομένη ἢ μεσολαβουμένη. Ὁ Θεὸς γὰρ ἥλιος αὐτοῦ ἐστι, μηδέποτε δυόμενος. Ὥσπερ οὖν ἐν ταύτῃ ἀνέστη ὁ Κύριος, ἀφθαρτίσας τὸ φθαρτὸν αὐτοῦ σῶμα· οὕτω καὶ ἡμεῖς ἐν τῷ αἰῶνι τῷ μέλλοντι τὴν ἀφθαρσίαν ἀπολῃψόμεθα. Ἔρχεται οὖν ἐν ταύτῃ « τῇ μιᾷ, » τουτέστι, πρώτῃ « τῶν Σαββάτων, » ὅ ἐστι, τῶν τοῦ Σαββάτου καὶ τῆς ἑβδομάδος ἡμερῶν, « ἔρχεται Μαρία ἡ Μαγδαληνή. » Ἐπεὶ γὰρ τὸ Σάββατον παρῆλθε, καὶ οὐκ ἔτι λοιπὸν ἐκωλύετο ἀπὸ τοῦ νόμου, ἄπεισιν ἀπὸ τοῦ τόπου, παραμυθίαν τινὰ βουλομένη εὑρεῖν· καὶ ἰδοῦσα « τὸν λίθον ἠρμένον, » μετὰ πολλοῦ τοῦ τάχους « ἔρχεται πρὸς τὸν Πέτρον » καὶ Ἰωάννην. Ἀνέστη μὲν γὰρ ὁ Κύριος, τοῦ λίθου ἐπικειμένου καὶ τῶν σφραγίδων οὐσῶν. Ἐπεὶ δὲ ἔδει καὶ μάρτυρας

τῆς ἀναστάσεως γενέσθαι τινὰς, καὶ ἐπὶ τὸν τάφον εἰσελθεῖν, αἴρεται ὁ λίθος ὑπὸ τοῦ ἀγγέλου. Ἡ δὲ Μαρία οὐδέν οὐδέπω περὶ ἀναστάσεως γινώσκουσα, κλοπὴν, καὶ μετάθεσιν ὀνομάζει τὸ πρᾶγμα. Διὸ καὶ οἱ μαθηταὶ ἐφίστανται τῷ μνημείῳ, καὶ θεωροῦσι « τὰ ὀθόνια κείμενα μόνα, » ὅπερ ἦν ἀναστάσεως ὄντως τὸ σημεῖον. Οὔτε γὰρ εἰ μετέθηκάν τινες τὸ σῶμα, ἐγύμνωσαν ἂν αὐτό· οὔτε εἰ ἔκλεψαν, ἐφρόντισαν ἂν τοῦ « τὸ σουδάριον » ἐντυλίξαι, καὶ θεῖναι « χωρὶς εἰς ἕνα τόπον· » ἀλλ' ἁπλῶς ὡς εἶχεν, ἔλαβον ἂν τὸ σῶμα. Καὶ διὰ τοῦτο προλαβὼν ὁ εὐαγγελιστὴς, εἶπεν, ὅτι σμύρνῃ συνετάφη πολλῇ, ἣ οὐχ ἧττον μολίβδου συγκολλᾷ τῷ σώματι τὰ ὀθόνια· ἵνα ὅτε ἀκούσωμεν, ὅτι τὸ σουδάριον ἔκειτο ἰδίᾳ, μὴ ὑπονοήσωμεν ἡμῶν τῶν λεγόντων, ὅτι ἐκλάπη. Οὐ γὰρ οὕτως ἀνόητος ἦν ὁ κλέπτων, ὡς περὶ πρᾶγμα περιττὸν τοσοῦτον ἀναλίσκειν χρόνον, καὶ τοσαύτην σπουδὴν ἐπιδείκνυσθαι, καὶ μὴ ὑφορᾶσθαι, ὅτι ἐν ὅσῳ ἀσχολεῖται περὶ τοῦτο, ἴσως κατάφωρος γενήσεται. Ποίᾳ οὖν ὥρᾳ γέγονεν ἡ ἀνάστασις, οὐδεὶς οἶδεν· ὥσπερ οὖν καὶ ὁ τῆς δευτέρας παρουσίας καιρὸς ἄδηλος. Εἰ δὲ ὁ μὲν Ματθαῖος ἑσπέρας βαθείας λέγει τὸν σεισμὸν γεγονέναι, ὁ δὲ Ἰωάννης, πρωΐ σκοτίας ἔτι οὔσης τὴν Μαρίαν τὸ λίθον ἠρμένον ἐληλυθέναι ἰδεῖν, οὐκ ἔστι διαφωνία. Πρῶτον μὲν γὰρ τοῦτό φαμεν, ὅτι παρὰ μὲν τῷ Ματθαίῳ γυναῖκες ἦλθον ὀψὲ Σαββάτων, παρὰ δὲ τῷ Ἰωάννῃ, γυναῖκες οὐ μνημονεύονται νῦν (περιττὸν γὰρ ἦν, τοῦ Ματθαίου εἰπόντος τοῦτο, καὶ τὸν Ἰωάννην τὸ αὐτὸ λέγειν,) ἀλλὰ « Μαρία ἡ Μαγδαληνὴ ἔρχεται πρωΐ. » Διάφοροι γὰρ αἱ πρὸς τὸ μνημεῖον ἐλεύσεις, ποτὲ μὲν μετὰ τῶν λοιπῶν γυναικῶν τῆς Μαρίας ἐρχομένης, ποτὲ δὲ μόνης αὐτῆς. Ὅθεν οἱ εὐαγγελισταὶ τὰς διαφόρους ἐλεύσεις, ἄλλος ἄλλην λέγοντες, δοκοῦσι διαφωνεῖν. Πρῶτον μὲν οὖν τοῦτο λέγομεν, ὅτι ἄλλην ἔλευσιν λέγει Ματθαῖος γυναικῶν, καὶ ἄλλην Ἰωάννης, μιᾶς γυναικὸς τῆς Μαγδαληνῆς. Ἔπειτα τὸ, « ἑσπέρας βαθείας, » καὶ τὸ, « πρωΐ σκοτίας ἔτι οὔσης, » ὅπερ ἕτερος λέγει, « ὄρθρου βαθέος, » εἰς ταὐτὸ φέρουσιν· ὥστε εἶναι μεσονύκτιον πάντας τούτους τοὺς καιρούς. Εἰ δὲ ἐρωτᾷς, πῶς τῶν φυλάκων παρακαθημένων Ἰωάννης καὶ Πέτρος εἰσήρχοντο εἰς τὸ μνημεῖον, καὶ αἱ γυναῖκες· ἁπλοῦς ὁ λόγος, ὅτι ἀναστάντος τοῦ Κυρίου, καὶ σὺν τῷ σεισμῷ τοῦ ἀγγέλου τῷ τάφῳ ἐπιστάντος, οἱ φύλακες ἀπῆλθον ἀπαγγέλλοντες τοῖς Φαρισαίοις, καὶ οὕτω τοῦ μνήματος ἀπαλλαγέντος τῆς στρατιωτικῆς φρουρᾶς, ἄδειαν ἔσχον οἱ μαθηταὶ προσέρχεσθαι.

« Καὶ παρακύψας, βλέπει κείμενα τὰ ὀθόνια· οὐ μέντοι εἰσῆλθεν. Ἔρχεται οὖν Σίμων Πέτρος ἀκολουθῶν αὐτῷ, καὶ εἰσῆλθεν εἰς τὸ μνημεῖον, καὶ θεωρεῖ τὰ ὀθόνια κείμενα μόνα, καὶ τὸ σουδάριον, ὃ ἦν ἐπὶ τῆς κεφαλῆς αὐτοῦ, οὐ μετὰ τῶν ὀθονίων κείμενον, ἀλλὰ χωρὶς ἐντετυλιγμένον εἰς ἕνα τόπον. Τότε οὖν εἰσῆλθε καὶ ὁ ἄλλος μαθητὴς ὁ ἐλθὼν πρῶτος εἰς τὸ μνημεῖον, καὶ εἶδε καὶ ἐπίστευσεν. Οὐδέπω γὰρ ᾔδεισαν τὴν Γραφὴν, ὅτι δεῖ αὐτὸν ἐκ νεκρῶν ἀναστῆναι. Ἀπῆλθον οὖν πάλιν πρὸς ἑαυτοὺς οἱ μαθηταί. Μαρία δὲ εἱστήκει πρὸς τὸ μνημεῖον κλαίουσα ἔξω. Ὡς οὖν ἔκλαιε, παρέκυψεν εἰς τὸ

surrectione sciens, furtum et translationem vocat quod contigerat de eo. Et discipuli assistunt monumento, et vident « lintea sola posita, « 759 id quod veræ signum erat resurrectionis. Neque enim si transtulissent quidam corpus, nudassent illud : neque si furati essent, curam habuissent deponendi « sudarii, » involvendi et ponendi « seorsim in unum locum, » sed simpliciter sicut potuissent, accepissent corpus. Propter hoc etiam evangelista prius dixit quod cum multa myrrha sepultum fuerit, quæ non minus bitumine lintea corpori adhærere facit : ut cum audierimus quod sudaria seorsim illic fuerint posita, ne credamus dicentibus quod furtim sit ablatus : neque enim ita insipiens fuisset fur, quod in rem supervacuam tantam insumpsisset curam et tempus, et non fuisset suspicatus, quod dum in his esset occupatus, fortasse in furto deprehenderetur. Igitur qua hora quidem fuerit resurrectio, nullus scit, sicut et tempus secundi adventus incertum. Quamvis autem Matthæus dicat profundo vespere factum esse terræ motum, Joannes autem mane « cum essent adhuc tenebræ, » Mariam venisse, et vidisse remotum lapidem : non est diversitas. Nam primum quidem hoc dicimus, quod apud Matthæum quidem mulieres venerunt vespere Sabbatorum : apud Joannem autem mulieres nunc non memorantur. Superfluum enim fuisset, cum Matthæus hoc prius dixisset, ut Joannes eadem diceret. Sed « Maria Magdalene venit mane. » Multi enim fuerunt adventus ad sepulcrum : venit enim interdum cum aliis mulieribus, interdum autem sola. Unde evangelistæ varias visitationes posuerunt, aliusque aliam dicentes videntur dissonare. Nam primum quidem dicimus quod aliam visitationem dicat Matthæus mulierum, et aliam Joannes unius mulieris Magdalenes. Deinde profundo vespere, et « mane cum adhuc essent tenebræ, » id quod alius dicit, « profundo diluculo, » in idem tendunt : quia omnia illa tempora fuerunt medium noctis. Sit autem rogas quomodo assidentibus custodibus Joannes et Petrus accesserint ad sepulcrum et mulieres : ut simpliciter dicam, mox ut resurrexisset Dominus, et astitisset angelus sepulcro cum terræmotu, custodes iverunt, ut nuntiarent Pharisæis, et ita sepulcro a custodum præsidio relicto, libertatem accedendi habuerunt discipuli.

VERS. 5-13. « Et cum se inclinasset, vidit posita linteamina, non tamen intravit. Venit ergo Simon Petrus sequens eum, et introivit in monumentum. Et videt linteamina posita, et sudarium quod fuerat super caput ejus, non cum linteaminibus positum, sed separatim involutum in unum locum. Tunc ergo introivit et ille alius discipulus qui venerat prior ad monumentum, viditque et credidit. Nondum enim noverant Scripturam, quod oportuisset eum a mortuis resurgere. Abierunt ergo rursus discipuli ad semetipsos. Maria autem stabat ad monumentum **760** foris, plorans. Dum ergo fleret, in-

clinavit se in monumentum, et videt duos angelos amictos albis, sedentes unum ad caput et alterum ad pedes illic ubi posuerant corpus Jesu. Dicunt ei illi : Mulier, quid ploras? Dicit eis : Sustulerunt Dominum meum, et nescio ubi posuerunt eum. » Vide hic quam alienus a fastu sit evangelista, quomodo testetur diligentiam Petri in scrutando. Nam cum ipse prævenisset, et vidisset « jacentia lintea, » non ultra curiose quærit, sed exspectat illum : Petrus autem ferventissimus introgressus omnia diligenter exploravit, tunc hic post illum ingressus « vidit » sepulcralia separatim posita, « ac credidit : » non quod surrexisset Dominus, sed quod furto ablatus esset. Credidit enim Mariæ dicenti, « Sustulerunt Dominum. » Quare autem credidit Mariæ et non cogitavit quod surrexisset? « Nondum enim sciverant Scripturam, quod oportebat eum a mortuis resurgere, » et propterea crediderunt Mariæ, suspicanturque furtum et ablationem. Igitur hi quidem « abierunt ad seipsos, » id est per seipsos, et nihil ultra curiosius inquirentes. At Maria (muliebre enim genus affectionibus magis obnoxium et ad lacrymas propensum) ante sepulcrum stat, et plorat. Quia enim non habebat Jesum, vel locum videns in quo fuerat positum desiderabile corpus, ex hoc solo consolationem invenit : unde et majorem meretur visionem quam discipuli. Quæ enim illi non viderunt, ea hæc conspicata est, duos angelos » inquam. Maximæ autem consolationi ei erat angelorum conspectus, et fulgidus illorum habitus. « Sedere autem unum ad caput et alterum adpedes, » manifestat quod sciant quid amplius, et si rogentur, posse docere. Porro dicendo, « Cur ploras? » magna compassione plenum est. Nam ut ne turbetur mulier interrogatione hac, perturbationem mulieris reprimunt, mansuete ac placide dicendo, « Mulier, quid ploras? » Illa autem magna affectione et amore dicit, « Sustulerunt Dominum meum, » proptereaque ploro : nescio enim quo transtulerint eum, ut eo vadens inungam corpus, et vel mediocrem ex eo consolationem inveniam. Tu vero disce hic Petrum practicum et fervidum, Joannem autem contemplativum et ad divinorum cognitionem idoneum. Sæpius igitur contemplativus cognitione et ingenio prævenit, practicus autem posterior est, attamen fervore ac studio illius vincit acumen. Et videt prior divinum quoddam mysterium practicus. An non tale quiddam contingit in disciplinis? Etenim cum duo pueri sunt, unus ingenio acutior, alter tardior, præoccupat hic suo studio velocitatem naturæ alterius. Etenim in spiritualibus sæpe practicus, et sermone idiota, sensu quiddam sublimius percipit contemplativo. Sed et omnis anima quæ dominatur affectionibus, Maria dicitur. Purgata **761** igitur per affectionum depositionem, videt Jesum simul Deum et hominem. Nam angelorum unus qui « ad caput » sedet, deitatis symbolum est, alter autem « ad pedes » incarnationis Verbi, quæ est extrema.

A μνημεῖον· καὶ θεωρεῖ δύο ἀγγέλους ἐν λευκοῖς, καθεζομένους, ἕνα πρὸς τῇ κεφαλῇ, καὶ ἕνα πρὸς τοῖς ποσὶν, ὅπου ἔκειτο τὸ σῶμα τοῦ Ἰησοῦ. Καὶ λέγουσιν αὐτῇ ἐκεῖνοι· Γύναι, τί κλαίεις; Λέγει αὐτοῖς· Ὅτι ἦραν τὸν Κύριόν μου, καὶ οὐκ οἶδα ποῦ ἔθηκαν αὐτόν. » Σκόπει μοι τὸ τοῦ εὐαγγελιστοῦ ἄτυφον, πῶς τὴν ἀκρίβειαν τῆς ἐρεύνης τῷ Πέτρῳ προσμαρτυρεῖ. Προφθάσας γὰρ αὐτὸς, καὶ ἰδὼν « τὰ ὀθόνια κείμενα, » οὐδὲν πλέον πολυπραγμονεῖ, ἀλλὰ ἀναμένει ἐκεῖνον. Πέτρος δὲ ὁ θερμότατος ἐνδοτέρω γενόμενος, ἅπαντα κατώπτευσεν ἀκριβῶς, καὶ τότε οὗτος μετ' ἐκεῖνον εἰσελθὼν, « εἶδε » τὰ ἐνταφια διῃρημένως κείμενα, « καὶ ἐπίστευσεν, » οὐχ ὅτι ἀνέστη ὁ Κύριος, ἀλλ' ὅτι ἐκλάπη. Ἐπίστευσε γὰρ τῷ τῆς Μαρίας λόγῳ εἰπούσης· « Ὅτι ἦραν τὸν B Κύριον. » Διὰ τί ἐπίστευσε τῇ Μαρίᾳ, καὶ οὐκ ἐλογίσατο, ὅτι ἀνέστη; « Οὔπω γὰρ ᾔδεισαν τὴν Γραφὴν, ὅτι δεῖ αὐτὸν ἐκ νεκρῶν ἀναστῆναι, » καὶ διὰ τοῦτο ἐπίστευσαν τῇ Μαρίᾳ, κλοπὴν καὶ μετάθεσιν τοῦ σώματος ὑποπτευούσῃ. Οὗτοι μὲν οὖν « ἀπῆλθον πρὸς αὐτοὺς, » τουτέστι, καθ' ἑαυτοὺς, οὐδὲν πλέον περιεργασάμενοι. Μαρία δὲ (τὸ γὰρ γυναικεῖον γένος περιπαθὲς καὶ φιλόδακρυ) πρὸς τὸ μνημεῖον ἵσταται καὶ κλαίει. Ἐπεὶ γὰρ οὐκ εἶχε τὸν Ἰησοῦν, τὸν τόπον βλέπει ἔνθα τὸ ποθούμενον σῶμα κατετέθη, ἐκ τούτου μόνου παραμυθίαν εὑρίσκουσα· ὅθεν καὶ ἀξιοῦται μείζονος ὀπτασίας, ἢ οἱ μαθηταί. Ἃ γὰρ ἐκεῖνοι οὐκ εἶδον, ταῦτα αὐτὴ τεθέαται, « δύο ἀγγέλους » φημί. Εἰς μεγίστην δὲ αὐτῇ παC ραμυθίαν ἡ τῶν ἀγγέλων ὄψις ἐγένετο. Καὶ γὰρ τὸ σχῆμα αὐτῶν φαιδρὸν, καὶ τὸ καθῆσθαι δὲ αὐτοὺς, « ἕνα πρὸς τῇ κεφαλῇ, καὶ ἕνα πρὸς τοῖς ποσὶν, » ἐμφαίνει αὐτοὺς εἰδότας τι πλέον, καὶ ἐὰν ἐρωτηθῶσι, διδάξαι δυναμένους. Καὶ τὸ εἰπεῖν δὲ, « Τί κλαίεις, » συμπαθείας πολλῆς γέμει. Ἵνα γὰρ μὴ ταραχθῇ ὡς γυνὴ, διὰ τῆς ἐρωτήσεως ταύτης καταστέλλουσιν αὐτῆς τὴν ταραχὴν, συμπαθῶς οὕτω καὶ πράως ἐρωτήσαντες· « Γύναι, τί κλαίεις; » Ἡ δὲ περιπαθῶς ἅμα καὶ φιλοστόργως, « Διότι ἦραν τὸν Κύριόν μου, » φησὶ, διὰ τοῦτο κλαίω· οὐ γὰρ οἶδα ποῦ μετέθηκαν αὐτὸν, ἵνα ἐκεῖσε ἀπελθοῦσα, περιχυθῶ τῷ σώματι, καὶ παραμυθίαν εὑρήσω μετρίαν γοῦν. Σὺ δέ μοι νόει Πέτρον μὲν, τὸ πρακτικὸν καὶ θερμόν· Ἰωάννην δὲ, τὸ θεωρητικὸν καὶ εὐφυὲς περὶ τὴν τῶν θείων γνῶσιν. Πολλάκις οὖν προλαμD βάνει μὲν ὁ θεωρητικὸς τῇ γνώσει καὶ τῇ εὐφυΐᾳ· ὁ δὲ πρακτικὸς ὑστερεῖ, ἀλλ' ὅμως τῇ θερμότητι καὶ πολλῇ σπουδῇ νικᾷ τὴν ἐκείνου ὀξύτητα, καὶ βλέπει πρῶτος θεῖόν τι μυστήριον ὁ πρακτικός. Ἢ οὐχὶ τοιοῦτόν τι καὶ ἐν τοῖς μαθήμασι γίνεται; Καὶ γὰρ ἐν τούτοις δύο παίδων ὄντων, ὁ ἀφυέστερος καὶ ἀργότερος προλαμβάνει τῇ σπουδῇ τὸ τάχος τῆς τοῦ ἑτέρου φύσεως. Κἀν τοῖς πνευματικοῖς δὲ πολλάκις ὁ πρακτικὸς καὶ ἰδιώτης τῷ λόγῳ, νόημά τι ἐδέξατο κρεῖττον τοῦ θεωρητικοῦ. Ἀλλὰ καὶ πᾶσα ψυχὴ κυριεύσασα τῶν παθῶν Μαρία λέγεται. Καθαρθεῖσα οὖν διὰ τῆς ἀπαθείας, ὁρᾷ τὸν Ἰησοῦν Θεὸν ὁμοῦ καὶ ἄνθρωπον. Οἱ γὰρ ἄγγελοι, ὁ μὲν « πρὸς τῇ κεφαλῇ » καθήμενος τῆς θεότητός ἐστι σύμβολον· ὁ δὲ » πρὸς τοῖς ποσὶ, » τῆς ἐσχάτης τοῦ Λόγου σαρκώσεως.

A Petrus, quod dixisset sibi tertio, Amas me? dixitque ei : Domine, tu omnia nosti, tu scis quod amem te. Dicit ei Jesus : Pasce oves meas. Amen, amen dico tibi, cum esses junior, cingebas te, et ambulabas quo volebas : cum autem senueris, extendes manus tuas, et alius te cinget, et ducet quo non vis. Hoc autem dixit, significans qua morte glorificaturus esset Deum. » Cum prandii finem ipse fecisset, totius orbis ovium præfecturam Petro committit : non autem alii, sed huic tradit, primum quidem quia omnes præcellebat, et totius cœtus os erat; deinde ostendens ipsi, fiduciam esse sumendam, negatione velut deleta, et oblivioni tradita; et negationem quidem non profert, neque exprobrat, sed dicit, Si « diligis me, » fratrum curam suscipito; et ferventem illam charitatem, quam erga me dicebas habere te, ita ut pro me mori paratus esses, nunc ostende. Ter autem eum interrogat, simul quidem declarans quantam credentium curam habeat, et quod usque adeo oves diligat ut dilectionis erga se hoc ponat indicium, si ovium curam suscipiat : simul etiam per trinam interrogationem et confessionem, trinæ negationi medetur, et verbis corrigit quæ per verba commissa fuerant peccata. Hinc mos invaluit, ut tres confessiones a baptizandis exigant. Interrogatus igitur semel atque iterum, ipsum qui corda novit testem advocat, non amplius confidenter neque temere loquens; sed illud, « Tu scis, ubique adjungens. Cum etiam tertio interrogatus esset Petrus, turbatus est, metuens ne forte ipse quidem existimaret se diligere, non diligeret tamen. Nam et prius cum multa se posse arbitraretur atque asseveraret, postea convictus est. Illud itaque etiam nunc metuebat, et propterea verecunde respondet, dicens : « Domine, tu omnia nosti » **770** tum præsentia tum futura : « tu scis quod nunc te amem, » ut mihi quidem videtur. Cæterum, an etiam in posterum permansura sit amicitia, et hoc quoque tu nosti : ergo de me non affirmo. Postquam verba ipsi fecisset Dominus de sui dilectione, martyrium etiam quod futurum erat ut sustineret, ipsi prædicit. Dicit autem hoc, ostendere volens quod etiam istud quod de dilectione interrogabat, non diffidens ipsi, interrogaret eum, sed plane sciens quod diligeret qui pro ipso martyrium esset subiturus, sed ut magis ostenderet ipsius Petri dilectionem, ac nos omnes doceat : quod si velimus ipsum diligere, sic studeamus ipsum diligere, nimirum in fratrum cura suscipienda. Audi autem quomodo ei martyrium prædicat : « Quando esses junior cingebas te, » etc. Quandoquidem enim, inquit, me diligas, et te animam tuam in periculis pro me positurum frequenter sis pollicitus, « bono, inquit, esto animo [27]. » Tuum ita explebo desiderium, ut quæ juvenis non es passus, ea senex patiaris. Commonefacit autem ipsum prioris vitæ : ostendens quod vice versa spiritualia carnalibus respondeant. In corporalibus

B

C

D

[27] Tob. v, 13; Act. XXVII, 25.

enim juvenis est utilis : senex vero inutilis. In spiritualibus autem ubi senectus accesserit, tunc splendidior est virtus. Ipsius itaque desiderium excitans et inflammans ad martyrium, ista dicit. Innuit autem ei, quod etiam ipse cruci sit affigendus. Illud enim, « Extendes manus tuas, et alius te cinget, » nihil aliud significat quam extensionem in cruce et vincula. Dicendo autem, « quando eras junior » et rursum, « quando vero senueris, » ostendit Petrum tunc neque juvenem, neque senem fuisse, sed virum perfectum. Quomodo autem dixit illi Dominus, « Alius te cinget et ducet quo non vis? » atqui Petrus martyrium volebat : volebat quidem et desiderabat, sed quod dicit Dominus, naturæ affectum et condolentiam significat, quodque anima invita a corpore avellitur. Deo hoc utiliter dispensante, ne violentam mortem nobisipsis consciscamus. Nullus itaque absque dolore aliquo corpus exuit, etiamsi sanctus fuerit. Evangelista autem pro suo more nobis interpretans quidnam his verbis sibi velit Dominus, « Hoc autem dixit, inquit, significans qua morte glorificaturus esset Deum. » Dixit enim Jesus hæc, inquit, Petro, « Extendens manus tuas, » etc., significans quod martyrium pro ipso subiturus esset. Mortem autem Petri gloriam Dei nominat. Nam revera gloria Dei est, constans pro eo ad mortem usque asseveratio. Nisi enim plene persuasum haberet anima Deum esse veracem, nequaquam pro ipso moreretur. Mors itaque sanctorum confirmatio est gloriæ Dei. Discrimen autem quis inveniat inter agnos et oves et inter βόσκειν et ποιμαίνειν, quasi dicas inter *pascua præbere* et *gregem gubernare*. Siquidem **771** agni fortasse dicuntur simpliciores qui facile introducuntur, oves vero, perfectiores. Qui igitur Christum diligit, et agnorum et ovium curam habebit: agnos pascens, hoc est, mitiorem præfecturam illis accommodans et oves gubernans, quod perfectius, quiddam, et magis absolutum demonstrat. Quandoquidem autem perfectiores etiam sæpenumero simpliciori et mitiori præfectura opus habent, oves etiam pascere jubentur qui his præficiuntur. Gubernare enim jam duriorem præfecturam demonstrat, pascere vero mitiorem. Quid igitur retribuemus Domino[28] qui usque adeo nos dilexit, ut sui dilectionem in hoc notaret, si diligens ovium cura habeatur.

VERS. 19-23. « Et cum hoc dixisset, dicit ei : Sequere me. Conversus Petrus, videt illum discipulum quem diligebat Jesus, sequentem : qui et recubuit in cœna super pectus ejus, et dixit : Domine, quis est ille qui tradit te? Hunc ergo cum vidisset Petrus, dicit Jesu : Domine, hic autem quid? Dicit ei Jesus. Si eum velim manere donec veniam, quid ad te? tu me sequere. Exiit ergo sermo iste inter fratres, quod discipulus ille non moreretur. Et non dixerat ei Jesus Non moritur, sed, « Si eum velim manere donec veniam, quid ad te? « Commisit quidem Petro fidelium

βίου, δηλῶν, ὅτι τὰ πνευματικὰ ἀντεστραμμένως ἔχει τοῖς σαρκικοῖς. Ἐν μὲν γὰρ τοῖς βιωτικοῖς ὁ μὲν νέος χρήσιμος, ὁ δὲ γεγηρακὼς ἄχρηστος· ἐν δὲ τοῖς πνευματικοῖς, ὅτε τὸ γῆρας ἐπέλθῃ, τότε λαμπροτέρα ἡ ἀριστεία. Διεγείρων οὖν αὐτοῦ τὸν πόθον, καὶ ἀναζωπυρῶν εἰς μαρτυρίαν, ταῦτά φησιν. Αἰνίττεται δὲ αὐτῷ, καὶ ὅτι σταυρωθήσεται καὶ αὐτός. Τὸ γὰρ, « Ἐκτενεῖς τὰς χεῖράς σου, καὶ ἄλλος σε ζώσει, » οὐδὲν ἕτερον, ἢ τὴν ἐπὶ τοῦ σταυροῦ ἔκτασιν καὶ τὰ δεσμὰ δηλοῖ. Ἐν δὲ τῷ εἰπεῖν, « Ὅτε ἦς νεώτερος, » καὶ πάλιν, « Ὅταν δὲ γηράσῃς, » δείκνυσιν, ὅτι τότε ὁ Πέτρος οὔτε νέος ἦν, οὔτε γέρων, ἀλλ' ἀνὴρ τέλειος. Πῶς δὲ εἶπεν αὐτῷ ὁ Κύριος, ὅτι « Ἄλλος σε ζώσει, καὶ οἴσει ὅπου οὐ θέλεις; » καὶ μὴν Πέτρος ἤθελε τὸ μαρτύριον. Ἤθελε μὲν, καὶ ἐπόθει· ἀλλ' ὁ λέγει ὁ Κύριος, τῆς φύσεως τὴν συμπάθειαν δηλοῖ, καὶ ὅτι ἄκουσα τοῦ σώματος ἀποῤῥήγνυται ἡ ψυχή· τοῦτο τοῦ Θεοῦ συμφερόντως οἰκονομήσαντος, ἵνα μὴ ἑαυτοὺς ἀποσφάττωμεν. Οὐδεὶς οὖν ἀπαθῶς ἀποτίθεται τὸ σῶμα, κἂν ἅγιος ᾖ. Ἑρμηνεύων δὲ ὁ εὐαγγελιστὴς ἡμῖν, ὡς ἔθος αὐτῷ, περὶ τίνος ταῦτα εἶπεν ὁ Κύριος, φησί· « Τοῦτο δὲ εἶπε, σημαίνων ποίῳ θανάτῳ δοξάσει τὸν Θεόν. » Εἶπε γὰρ, φησὶ, ταῦτα τῷ Πέτρῳ ὁ Ἰησοῦς, τὸ, « Ἐκτενεῖς τὰς χεῖράς σου, » καὶ τὰ ἑξῆς, σημαίνων, ὅτι μαρτυρήσει περὶ αὐτοῦ. Δόξαν δὲ ὀνομάζει τοῦ Θεοῦ, τὸν τοῦ Πέτρου θάνατον. Καὶ γὰρ ὄντως δόξα Θεοῦ ἡ ὑπὲρ αὐτοῦ ἔνστασις ἄχρι καὶ θανάτου. Εἰ μὴ γὰρ ἐπληροφορήθη ἡ ψυχὴ, ὅτι Θεὸς ἀληθινός ἐστιν, οὐκ ἂν ὑπὲρ αὐτοῦ ἔθνησκεν· ὥστε βεβαίωσις τῆς τοῦ Θεοῦ δόξης ὁ τῶν ἁγίων θάνατος. Διαφορὰν δ' ἄν τις εὕροι ἀρνίων, καὶ προβάτων, καὶ τοῦ βόσκειν, καὶ ποιμαίνειν. Ἀρνία μὲν γὰρ τάχα οἱ εἰσαγωγικώτεροι, πρόβατα δὲ οἱ τελειότεροι. Ὁ τοίνυν τὸν Χριστὸν ἀγαπῶν, καὶ τῶν ἀρνίων καὶ τῶν προβάτων ἐπιμελήσεται, τά τε ἀρνία βόσκων, τουτέστιν, τὴν ἁπλουστέραν ἐπιστασίαν ἐπιβάλλων αὐτοῖς, τά τε πρόβατα ποιμαίνων, ὅπερ τὸ ἐντελέστερον δηλοῖ. Ἐπεὶ δὲ καὶ οἱ τελειότεροι δέονται πολλάκις καὶ τῆς ἁπαλωτέρας ἐπιστασίας, καὶ τὰ πρόβατα βόσκειν ἐπιτάττονται οἱ τούτων ἐπιστάται. Τὸ μὲν γὰρ ποιμαίνειν ἤδη καὶ σκληροτέραν ἐπιστασίαν ἐμφαίνει, τὸ δὲ βόσκειν, τὴν ἡπιωτέραν. Τί οὖν ἀνταποδώσομεν τῷ Κυρίῳ, ὃς οὕτως ἡμᾶς ἠγάπησεν, ὥστε καὶ τὴν εἰς αὐτὸν ἀγάπην ἐν τούτῳ χαρακτηρίζειν, τῷ τῶν προβάτων ἐπιμελεῖσθαι;

« Καὶ τοῦτο εἰπὼν, λέγει αὐτῷ· Ἀκολούθει μοι. Ἐπιστραφεὶς δὲ ὁ Πέτρος, βλέπει τὸν μαθητὴν, ὃν ἠγάπα ὁ Ἰησοῦς, ἀκολουθοῦντα, ὃς καὶ ἀνέπεσεν ἐν τῷ δείπνῳ ἐπὶ τὸ στῆθος αὐτοῦ, καὶ εἶπε· Κύριε, τίς ἐστιν ὁ παραδιδούς σε; Τοῦτον ἰδὼν ὁ Πέτρος, λέγει τῷ Ἰησοῦ· Κύριε, οὗτος δὲ τί; Λέγει αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς· Ἐὰν αὐτὸν θέλω μένειν ἕως ἔρχομαι, τί πρὸς σέ; σὺ ἀκολούθει μοι. Ἐξῆλθεν οὖν ὁ λόγος οὗτος εἰς τοὺς ἀδελφοὺς, ὅτι ὁ μαθητὴς ἐκεῖνος οὐκ ἀποθνήσκει. Καὶ οὐκ εἶπεν αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς, ὅτι Οὐκ ἀποθνήσκει, ἀλλ', « Ἐὰν αὐτὸν θέλω μένειν, ἕως ἔρχο-

[28] Psal. CXV, 12.

μαι, τί πρὸς σέ; » Ἐνεχείρησε [*f.* ἐνεχείρισε] μὲν τῷ Πέτρῳ τὴν πάντων τῶν πιστῶν προστασίαν. Εἰ γὰρ καὶ τῶν Ἱεροσολύμων Ἰάκωβος τὸν θρόνον ἔλαβεν, ἀλλὰ Πέτρος τῆς οἰκουμένης ἁπάσης. Φησὶ δὲ πρὸς αὐτὸν μετὰ ταῦτα· « Ἀκολούθει μοι· » δεικνὺς τὸ κηδεμονικὸν, καὶ τὸ πρὸς αὐτὸν οἰκείως διατεθεῖσθαι. Ἅμα δὲ καὶ ἀκολούθησιν ἐνταῦθα νόει, τὴν ἐν πᾶσι τοῖς ἔργοις καὶ τοῖς λόγοις ἐκπλήρωσιν. Οἱ γὰρ κατ' ἴχνος τῆς αὐτοῦ πολιτείας βαίνοντες, καὶ μιμούμενοι αὐτοῦ τὴν ἐν πᾶσιν ἀκρίβειαν, οὗτοι ἀκολουθοῦσιν αὐτῷ. Τέως δ' οὖν αἰσθητῶς ἀκολουθῆσαι αὐτῷ τὸν Πέτρον προτρέπεται, δεικνὺς, ὅπερ ἔφην, τὴν πρὸς αὐτὸν οἰκείωσιν. Τοὺς γὰρ οἰκειοτέρους, τούτους ἀκολούθους ποιούμεθα. Ἐπεὶ δὲ ταῦτα ὁ Πέτρος ἤκουσεν, καὶ τοιούτων ἠξιώθη, ὡς καὶ τὴν οἰκουμένην ἐγχειρισθῆναι, καὶ μαρτυρίας ἀξιωθῆναι, σφόδρα τὸν Ἰωάννην ἀγαπῶν, ἐρωτᾷ καὶ περὶ αὐτοῦ· « Οὗτος δὲ τί; » οὐ τὴν αὐτὴν ὁδὸν ἡμῖν ἥξει; οὐ κοινωνὸς ἔσται καὶ οὗτος τῆς τε ἐπιστασίας τῶν προβάτων, καὶ τῆς ἐπὶ ταῦτα προχειρήσεως [*f.* προχειρίσεως]; Τὸ γὰρ, « Ἀκολούθει μοι, » τοῦτο μονονουχὶ δηλοῖ· Δεῦρο παράλαβε τὰ πρόβατα, εἰς τὴν οἰκουμένην ἔξελθε. Ἐπεὶ τοίνυν ὁ Κύριος οἶδε τὸν Πέτρον κηδόμενον τοῦ Ἰωάννου, καὶ μὴ ἀποσπασθῆναι αὐτῷ θέλοντα, διαιρῶν αὐτοὺς τῆς ἀκαίρου συνεφείας καὶ προσπαθείας, Ἔργον, φησὶν, ἐνεπιστεύθης, τοῦτο ἄνυε, καὶ « ἀκολούθει μοι » ἐξάγοντί σε ἐπὶ τὸ κήρυγμα, οἰκουμένην ἅπασαν ἐγχειρίζοντι. Τοῦτον δὲ ἐὰν θέλω μένειν ἐνταῦθα ἐν τοῖς περὶ τὴν Γαλιλαίαν τόποις, καὶ μὴ συνεκποστεῖλαί σοι, « τί πρὸς σέ; » Τὸ δὲ, « Ἕως ἔρχομαι, τινὲς οὕτως ἐνόησαν· « Ἕως, » φησὶ, κατὰ τῶν σταυρωσάντων με Ἰουδαίων « ἔρχομαι, » μέλλων αὐτοὺς διὰ τῆς τῶν Ῥωμαίων ῥάβδου πατάξαι, καὶ καταστρέψαι τὴν πόλιν αὐτῶν. Φασὶ γὰρ τὸν ἀπόστολον τοῦτον ἄχρι τῆς Οὐεσπασιανοῦ ἐπικρατείας σχεδὸν τοῖς ἄνω τόποις ἐπιδημοῦντα, κηρύττειν, καὶ μένειν ἐκεῖσε· ὅτε δὲ ἔμελλε τὰ Ἱεροσόλυμα ἁλῶναι, μεταστῆναι. Ἐπεὶ οὖν μέγα ἔργον ἐνεπιστεύοντο τὸ κήρυγμα, οὐκ ἔδει λοιπὸν αὐτοὺς συμπεπλέχθαι, ἀλλὰ διῃρημένως τὸν μὲν τοῖσδε, τὸν δὲ τοῖσδε ἐπιφοιτᾷν. Τίνος δὲ ἕνεκεν ὁ εὐαγγελιστὴς μνημονεύει τῆς ἐπὶ τὸ στῆθος ἀναπτώσεως, καὶ ὅτι ἠρώτησε· « Τίς ἐστιν ὁ παραδιδούς σε; » Οὐχ ἁπλῶς, καὶ ὡς ἔτυχεν, ἀλλ' ἵνα δείξῃ τὴν μετὰ τὴν ἄρνησιν παῤῥησίαν τοῦ Πέτρου. Ὁ γὰρ μὴ τολμῶν πρὸ τοῦ σταυροῦ ἐρωτῆσαι περὶ τοῦ προδότου, ἀλλ' ἑτέρῳ, τῷ Ἰωάννῃ, ἐπιτρέπων τὴν ἐρώτησιν, οὗτος καὶ τὴν προστασίαν πάντων ἐγχειρίζεται· καὶ οὐ μόνον ἑτέρῳ τὰ καθ' ἑαυτὸν οὐκ ἐπιτρέπει, ἀλλὰ καὶ ὑπὲρ αὐτοῦ ἐκείνου τοῦ μάλιστα παρὰ πάντας ἀγαπωμένου μαθητοῦ, ἐρωτᾷ, καὶ ὥσπερ μεσίτης πρὸς τὸν Κύριον γίνεται. Θαύμασον δέ μοι τὸ ἔντεχνον τοῦ εὐαγγελιστοῦ, πῶς τὴν ἐσφαλμένην τῶν πολλῶν ὑπόληψιν διορθοῦται, ὡς οὐ συνεωρακότων ἃ περὶ αὐτοῦ εἶρηκεν ὁ Κύριος, ἀλλὰ νομισάντων, ὅτι οὐκ ἀποθανεῖται. Τὸ δὲ οὐκ ἦν, ἀλλὰ τὸ, « Μένειν, » οὐχὶ περὶ τοῦ μὴ ἀποθανεῖν αὐτὸν, εἶπεν ὁ Κύριος, ἀλλὰ περὶ τοῦ μὴ συνεζεῦχθαι τῷ Πέτρῳ ἐν τῷ τοῦ κηρύγματος καιρῷ, ἀλλὰ μένειν καθ' ἑαυ-

omnium præfecturam. Quamvis enim Jacobus sedem Hierosolymis acceperit, sed Petrus totius terrarum orbis. Dixit autem ipsi post hæc, « Sequere me, » sollicitum ostendens et familiarem quo erga ipsum afficeretur, affectum. Christum autem sequi hic intellige, operum in omnibus et verborum impletionem. Qui enim per vestigia vitæ ipsius incedunt, imitanturque ejus in omnibus diligentiam, isti sequuntur ipsum. Interim autem Petrum adhortatur ut se palam sequatur, suam declarans, ut dixi, quam erga ipsum habebat familiaritatem. Qui enim nobis valde sunt familiares, ut hi nos sequantur agimus. Posteaquam autem Petrus ista audivisset, et talibus dignus esset habitus, ut ipsi terrarum orbis committeretur, martyrioque dignus haberetur, Joannem vehementer diligens, de ipso etiam interrogat, dicens : « Hic autem quid? » num eadem qua nos incedet via? num particeps erit iste ovium præfecturæ, atque ad illa delegabitur? Illud enim, « Sequere me, » propemodum hoc significat : Veni, assume oves, egredere in mundum. Igitur quia vidit Dominus Petrum curam habentem Joannis, et ab eo avelli nolentem, dirimit eos propter intempestivam affectionem et consuetudinem. Opus, inquit, quod tibi concreditum est, perfice, et « sequere me, » qui educo te ad prædicationem, et totum orbem in manus tuas trado. Illum autem si velim manere in hoc loco, Galilæa scilicet, et non mittere tecum, « quid ad te? » « Donec veniam, » quidam **772** sic exponunt : « Donec, » inquit, contra Judæos, qui me crucifixerunt, « veniam, » percussurus eos in virga Romanorum, et subversurus eorum civitatem. Dicunt enim apostolum illum ferme usque ad Vespasiani imperium locaque superiora peragrasse, prædicantem et manentem illic; quando autem capiendæ erant Hierosolymæ, transiisse. Igitur quia magnum prædicationis opus ipsis erat concreditum, non erant conjungendi, sed separandi, ut unus ad hos, alius ad alios iret. Quare autem meminit evangelista recubitus supra pectus, et quod interrogaverit, « Quis est qui te tradet? » Non hoc simpliciter, neque fortuito evenit, sed ut ostendat libertatem Petri post negationem. Nam qui ante crucem non audebat interrogare de traditore, sed alteri committebat, id est Joanni, interrogationem, illi omnium præfectura concreditur, et non solum sua alteri non committit, sed et pro illo ipso qui maxime diligebatur interrogat, et fit mediator apud Dominum. Admirare autem quam sit alienus a fastu evangelista, quomodo quorumdam suspicionem corrigit, quod non recte cognoverint quid de eo Dominus dixerit, sed putaverint quod non moriatur, id quod non erat, sed « Manere » jubet eum Dominus, non quod non moriatur, sed quod non sit jungendus comes Petro prædicationis tempore, manere autem debeat suo loco. Jam manere « donec veniam, » id est donec mihi placuerit, ut et illum educam ad prædicationem. Te enim nunc educo, ut præsis orbi, et « sequaris me : » ipse autem maneat hoc loco, donec redeam, et educam etiam

ipsum sicut te. Quidam autem sic intelligunt : Cum audisset, inquit, Petrus, quod moriatur pro Christo, dixit : Et Joannes quid? num morietur et ipse? Christus autem hoc non rejecit : Omnis enim qui natus est, etiam morietur. Dixit autem : « Si voluero manere, » id est vivere eum usque ad consummationem sæculi, ut et tunc de me testetur. Unde et dicunt vivere eum, et ab Antichristo occidendum cum Elia prædicantem Christum. Quamvis autem et monumentum ejus ostendatur, quid hoc? Nam vivens quidem ingressus est in illud, et deinde translatus, sicut et Enoch et Elias. Igitur evangelista evertit falsam opinionem existimantium quod non moriatur discipulus hic, sed immortalis sit. Vere enim mendacium est, immortalem esse hominem. Quamvis enim Enoch et Helias non sint mortui, attamen mortales sunt. Ita et hic quoque quamvis non fuerit mortuus, tamen morietur. Igitur quod « non moritur, » id est immortalis sit, falsum est. Alii autem affirmant quod mortuus fuerit : et quod dicit, « Si eum voluero manere, » intelligunt sicut interpretati sumus. Omnes opiniones diximus : ne quam ignorent studiosi. Nobis autem placet, **773** ut, « donec veniam, » intelligatur sicut Chrysostomo divino et aureo illi ori videtur, non de vita, sed quod non sit jungendus Petro.

A τόν. Τὸ δὲ, « Ἕως ἔρχομαι, » τουτέστιν, Ἕως πάλιν καὶ αὐτὸν εὐδοκήσω πρὸς τὸ κήρυγμα ἐξαγαγεῖν. Σὲ μὲν γὰρ νῦν ἐξάγω ἐπὶ τὴν προστασίαν τῆς οἰκουμένης, καὶ « ἀκολούθει μοι · » αὐτὸς δὲ μενέτω ἐνταῦθα, ἕως οὗ πάλιν ἔλθω, καὶ ἐξάξω αὐτὸν ὥσπερ καὶ σέ. Τινὲς δὲ οὕτως νοοῦσι · Ἀκούσας, φασὶν, ὁ Πέτρος, ὅτι θανεῖται ὑπὲρ Χριστοῦ, εἶπεν, ὅτι Καὶ Ἰωάννης τί; οὐ θανεῖται καὶ αὐτός; Ὁ δὲ Χριστὸς οὐκ ἀπηγόρευσε μὲν τοῦτο (πᾶς γὰρ ὁ γεννηθεὶς, καὶ θανεῖται), εἶπε δὲ τὸ, « Ἐὰν θέλω αὐτὸν μένειν· » τουτέστι, Ζῇν ἄχρι τῆς τοῦ κόσμου συντελείας, καὶ τότε μαρτυρῆσαι περὶ ἐμοῦ. Ὅθεν καί φασι ζῇν αὐτὸν, ὑπὸ δὲ τοῦ Ἀντιχρίστου μέλλειν ἀναιρεθῆναι, σὺν τῷ Ἠλίᾳ κηρύττοντα τὸν Χριστόν. Εἰ δὲ καὶ μνῆμα αὐτοῦ δείκνυται, τί τοῦτο; Ζῶν μὲν γὰρ εἰσ-

B ἦλθεν ἐν αὐτῷ, εἶτα μετέστη, ὥσπερ καὶ Ἐνὼχ καὶ Ἠλίας. Ἀνατρέπει τοίνυν ὁ εὐαγγελιστὴς τὴν ψευδῆ δόξαν τῶν οἰομένων, ὅτι οὐκ ἀποθνήσκει ὁ μαθητὴς οὗτος, ἀλλ' ἀθάνατος ἔσται. Ψευδὲς γὰρ ὄντως, τὸ ἀθάνατον εἶναι ἄνθρωπον. Κἂν γὰρ Ἐνὼχ καὶ Ἠλίας οὐκ ἀπέθανον, ἀλλ' ὅμως θνητοί. Οὕτως οὖν καὶ οὗτος, κἂν οὐκ ἀπέθανεν, ἀλλ' ἀποθανεῖται. Τὸ οὖν, « Οὐκ ἀποθνήσκει, » τουτέστιν, ἀθάνατος ἔσται, ψευδές. Ἄλλοι δὲ διαβεβαιοῦνται, ὅτι ἀπέθανε. Τὸ δὲ, « Ἐὰν θέλω αὐτὸν μένειν, » ὡς ἄνωθεν ἡρμηνεύσαμεν, οὕτω νοοῦσι. Πάσας δὲ τὰς δόξας εἴπομεν, ὑπὲρ τοῦ μηδεμίαν ἀγνοεῖσθαι τοῖς φιλομαθέσιν· ὡς ἡμῖν γε τὸ, « Μένειν, ἕως ἔρχομαι, » οὕτως ἀρέσκει νοεῖσθαι, ὡς τῷ θείῳ καὶ χρυσῷ τὴν γλῶτταν Ἰωάννῃ δοκεῖ, οὐχὶ περὶ τῆς ζωῆς, ἀλλὰ περὶ τοῦ μὴ συνεζεῦχθαι τῷ Πέτρῳ.

VERS. 24, 25. « Hic est discipulus ille qui testimonium perhibet de his, et scripsit hæc, et scimus quod verum est testimonium ejus. Sunt autem et alia multa quæ fecit Jesus, quæ si scribantur per singula, nec ipse, opinor, mundus caperet eos qui scriberentur libros. » Quare cum nullus evangelistarum alius de seipso perhiberet testimonium, hic de seipso testatur? Dicitur postremus ad scribendum accessisse, cum motus et excitatus esset ad id per Christum. Et propter hoc sæpe dilectionis meminit, ostendens causam propter quam ad scribendum accesserit, quod Christus commiserit hoc opus ei, qui præ aliis magis diligebatur. Et scio, inquit, quod vera dicit, hoc est, Certis indiciis compertum habens, scripsi quæ scripsi, utpote qui interfui omnibus sermonibus, et operibus et pas-

C « Οὗτός ἐστιν ὁ μαθητὴς ὁ μαρτυρῶν περὶ τούτων, καὶ γράψας ταῦτα · καὶ οἴδαμεν, ὅτι ἀληθής ἐστιν ἡ μαρτυρία αὐτοῦ. Ἔστι δὲ καὶ ἄλλα πολλὰ, ὅσα ἐποίησεν ὁ Ἰησοῦς, ἅτινα ἐὰν γράφηται καθ' ἕν, οὐδὲ αὐτὸν οἶμαι τὸν κόσμον χωρῆσαι τὰ γραφόμενα βιβλία. » Τίνος ἕνεκεν μηδενὸς τῶν ἄλλων εὐαγγελιστῶν μαρτυρήσαντος ἑαυτῷ, οὗτος μαρτυρεῖ περὶ αὐτοῦ; Λέγεται ὕστερον πρὸς τὸ γράφειν ἐλθεῖν, τοῦ Χριστοῦ κινήσαντος αὐτὸν καὶ διεγείραντος. Διὰ τοῦτο καὶ μέμνηται συνεχῶς τῆς ἀγάπης, δεικνὺς τὴν αἰτίαν ἀφ' ἧς ἐπὶ τὸ γράφειν ἦλθεν, καὶ ὅτι ἀγαπωμένῳ τῶν ἄλλων μάλιστα ἐνεχείρισε τοῦτο τὸ ἔργον ὁ Χριστός. Καὶ οἶδα, φησὶ, ὅτι ἀληθῆ λέγει · τουτέστι, Πληροφορηθεὶς ἔγραψα, ἃ ἔγραψα, ἅτε πᾶσι παρὼν, καὶ τοῖς ἔργοις καὶ τοῖς λόγοις, καὶ τοῖς

D πάθεσι, καὶ τοῖς μετὰ τὴν ἀνάστασιν. Ἀγαπητὸς γὰρ ἦμην, καὶ οὐκ ἀπελιμπανόμην. Ὥστε παῤῥησιάζομαι, καὶ περὶ ἐμαυτοῦ λέγω, ὅτι ἀληθεύω, προκαλούμενος ἐξετάζειν τὰ γεγενημένα, καὶ βασανίζειν καθ' ἕκαστον. Εἰώθαμεν δὲ πάντως οἱ ἄνθρωποι, ὅταν σφόδρα θαῤῥῶμεν ἐπὶ τῇ ἀληθείᾳ, μηδέποτε τὴν ἑαυτῶν μαρτυρίαν ἀρνεῖσθαι, ὅπερ καὶ οἱ ἀπόστολοι ἔλεγον · « Ἡμεῖς ἐσμεν μάρτυρες ὧν λέγομεν, καὶ τὸ Πνεῦμα, ὃ ἔδωκε τοῖς πειθαρχοῦσιν αὐτῷ. » Πόθεν δὲ ὅῆλον, ὅτι Ἀληθῆ, φησὶ, λέγω, καὶ οὐ χαρίζομαι τῷ διδασκάλῳ; Καὶ ἐκ τοῦ τὰ πολλὰ παραλιπεῖν, ὅθεν δῆλον, ὅτι οὐκ ἂν ἐχαρισάμην. Ὁ γὰρ τὰ ἐπονείδιστα πάντα εἰς μέσον θεὶς, καὶ μηδὲ τοῦτο ἀποκρυψάμενος, ὅτι καὶ ἄνομον αὐτὸν ἐκάλεσαν καὶ πλάνον, καὶ δαιμονῶντα, εὔδηλον ὅτι οὐκ ἂν ἐχαρι-

σάμην. Ὁ γὰρ χαριζόμενος τοὐναντίον ποιεῖ· τὰ ἀπονείδιστα παριείς, τὰ ἔνδοξα εἰς μέσον παράγει. Μὴ θαυμάσῃς δὲ, εἰ τὰ γραφόμενα βιβλία περὶ τῶν τοῦ Ἰησοῦ ἔργων ἔφη μὴ χωρῆσαι τὸν κόσμον· ἀλλ' ἐννοήσας τὴν ἄφατον δύναμιν τοῦ Θεοῦ Λόγου, πιστῶς δέξαι τὸ ῥηθέν. Ὥσπερ γὰρ ἡμῖν τὸ φθέγγεσθαι, οὕτως ἐκείνῳ, μᾶλλον δὲ πολλῷ ῥᾷον, ποιεῖν ἅπερ ἤθελεν. Τινὲς δὲ Γραφικῷ ἔθει ῥηθῆναι ὑπερβολικῶς τοῦτό φασιν. Ἔθος γὰρ τῇ Γραφῇ ταῖς ὑπερβολαῖς κεχρῆσθαι· ὥσπερ τὸ, Εἴδομεν πόλεις ἄχρι τοῦ οὐρανοῦ φθανούσας· καὶ τὸ, Εἴδομεν ἄνδρας, καὶ ἦμεν ἐνώπιον αὐτῶν ὡσεὶ ἀκρίδες· καὶ ὅσα τοιαῦτα. Οὕτως οὖν καὶ τὸ μὴ δυνηθῆναι « τὸν κόσμον χωρῆσαι τὰ γραφόμενα βιβλία. » Τινὲς δὲ « κόσμον » μὲν νοοῦσι, τὸν κοσμικὰ φρονοῦντα, ἔργα δὲ πεποιημένα ὑπὸ τοῦ Ἰησοῦ, τὰ θεῖα καὶ μυστηριώδη αὐτοῦ, τὰ ἔν τε τῇ ἀοράτῳ κτίσει καὶ τῇ ὁρατῇ, καὶ ὅσα περὶ τὴν ἐπ' ἐσχάτων οἰκονομίαν, ἃ μυστηρίων γέμοντα, τὸν κοσμικὸν ἄνθρωπον μὴ δύνασθαι νοῆσαι· ὡς τὸ, « Πολλὰ ἔχω λέγειν ὑμῖν, ἀλλ' οὐ δύνασθε βαστάζειν. » Ἀλλὰ γὰρ εὐξώμεθα μηδέποτε εἰς λήθην ἐλθεῖν τῶν τοῦ Κυρίου ἔργων τε καὶ λόγων, ἀλλ' ἀεὶ ἀνελίσσειν τὸ βιβλίον τοῦτο τοῦ ἠγαπημένου, καὶ διερευνᾶσθαι τὸν ἐγκείμενον θησαυρὸν καὶ τοῖς θαύμασι τοῦ Ἰησοῦ καὶ τοῖς ῥήμασιν· ἵνα δυνηθέντες ἐκκαθᾶραι ἑαυτοὺς καὶ λόγῳ καὶ βίῳ, κατεξιωθῶμεν καὶ τῶν ἀποῤῥητοτέρων ἔργων καὶ μυστηρίων ἐν ἡμέρᾳ ἀποκαλύψεως, ἃ νῦν ἐν τῷ κόσμῳ ὄντες, οὐ δυνάμεθα χωρῆσαι· καὶ τελειωθῶμεν ἐν αὐτῷ Χριστῷ τῷ ἀγαπήσαντι ἡμᾶς, καὶ διὰ τοῦ ἠγαπημένου αὐτοῦ μαθητοῦ φωτίσαντι ἡμᾶς ἐν τῇ θεολογίᾳ καὶ ἐπιγνώσει αὐτοῦ καὶ τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, ᾧ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν.

A dæmoniacum, manifestum est quod neutiquam adulatus fuerim. Qui enim adulatur, et ad gratiam loquitur, contrarium facit, omissisque contemptibilibus, gloriosa in medium adducit. Ne admireris autem si libros qui de operibus Jesu scribantur, mundum dixit non capere, sed intellecta ineffabili vi Dei Verbi, dictum fideliter accipe. Nam sicut nobis loqui, ita illi, imo multo facilius est facere ea quæ voluit. Quidam autem per hyperbolen more Scripturæ putant dictum. Mos enim Scripturæ est hyperbole uti : sicut, Vidimus civitates pertingentes in cœlum [29], et, Vidimus viros, et eramus sicut locustæ coram eis [30], et quæcunque sunt similia. Ita igitur quod « non possit mundus capere libros qui scribantur, » intelligere licet. Quidam autem per « mundum » intelligunt eos qui B mundana sapiunt : opera autem quæ facta sunt a Jesu, divina et mysteriis plena, tam in invisibili quam in visibili creatura, et quæ futura sunt, et mysteriis sunt referta mundanum hominem non posse intelligere : sicut et cum dicitur [31], « Multa habeo vobis dicere, sed non potestis portare modo. » Cæterum, **774** precemur nequando dictorum sanctorumque Christi obliviscamur, sed revolvamus librum hunc, dilecti, et scrutemur in eo positum thesaurum in miraculis ac verbis Jesu, ut sic valeamus purificari et vita et sermone, consequamurque in die revelationis ineffabilia opera et mysteria, quæ nunc quandiu in mundo sumus, capere non possumus : et perficiamur in Christo, qui dilexit nos, et per dilectum suum discipulum illustravit nos in theologia C et agnitione sui, et Patris, et Spiritus sancti, cui sit gloria in sæculorum sæcula. Amen.

Τέλος τῆς εἰς τὸ κατὰ Ἰωάννην Εὐαγγέλιον Ἑρμηνείας Θεοφυλάκτου.

Enarrationum Theophylacti in Evangelium Joannis finis.

[29] Dan. IV, 17. [30] Isa. XL, 22. [31] Joan. XVI, 12.

THEOPHYLACTI

BULGARIÆ ARCHIEPISCOPI

IN OMNES DIVI PAULI EPISTOLAS COMMENTARIUS.

—

PHILIPPI MONTANI PRÆFATIO

(Edit Basil. anni MDLIV.)

—

Quod in commentariorum recognitione, quos in Evangelia Theophylactus diserte scripserat, supra aliquot annos fecimus, idem quoque nunc facere in iis quos in omnes divi Pauli Epistolas edidit, operæ pretium duximus, candide Lector : ut videlicet aliqua saltem ex parte intelligas, dum emendata quædam proferimus, quantum commodum tuis studiis afferre conati simus : ne, quod plerumque fit, splendidis typographorum titulis tibi hic quoque fucum fieri putes, atque ita per imprudentiam, qualiumcunque nostrorum laborum fructu priveris : quod Germanis in recognitione Commentariorum Chrysostomi apud Carolum Guillard sud *Sole aureo* impressorum magno studiosorum incommodo contigisse animadvertimus : cum ne ea quidem quæ D. Erasmus a nobis admonitus ipse emendarat, illi secuti fuerint : quos quidem labores non parvos in tuam et studiosorum omnium utilitatem haud gravatim suscepimus, fore sperantes, ut Deo in primis optimo maximo (in cujus gloriam omnes conatus nostri potissimum incumbere debent; et cujus auxilio freti, istud quidquid est operis tentavimus) haudquaquam ingrati essent, et tibi, candide Lector, haud cuivis sacræ Scripturæ studioso non infructuosi. Sed ne diutius te remorer, ea paucis accipe quorum te præmonitum cupimus.

Nos Græci codicis, quo usus est aliquando D. Erasmus, fidem quam potuimus diligentissime pro nostro qualicumque mediocritate secuti sumus, nisi sicubi scriba dormitasse videretur : perabsurdum enim fuerit ubique scribam nimium bona fide amplecti, hoc est, una cum ipsis erratis, quod Lonicerus sæpius factitasse deprehenditur. Usus est autem, ni fallor, eodem nostro exemplari : in quo divi Pauli contextus a Theophylacti glossa aut capita ipsa frequenter male distinguuntur, et nonnunquam dictiones aliæ pro aliis substituuntur (quæ res nobis non parum exhibuit negotii); quibus sane restituendis qua simus usi cautione dum diligenter expendimus quid ipse auctor in præcedentibus aut subsequentibus eumdem locum attingentibus, quidve Chrysostomus eum locum tractans aut OEcumenius scripserit, aut etiam Porsenna vetus interpres legerit, in margine Græci codicis, quem typographus brevi typis excudere statuit, suis locis exposuimus : ut I ad Corinth. XIV, ἀπόστολοις depravate scriptum fuerat pro ἀπίστοις et ad Galat. V, *scandalum Christi*, pro scandalo crucis; quæ quidem scriptoris errore contigisse vehementer admiror Lonicerum non animadvertisse : cum vel ex mox sequentibus facile a mediocriter erudito et attento error deprehendi potuerit. Item ad Ephes. I depravata legebatur, *divitiæ datæ*, cum legendum fuerit, *divitiæ gloriæ;* δόξης enim, non δόσεως scribendum fuerat. Quinto autem capite primæ ad Timotheum Epistolæ, locum in Græcis et Latinis mutilum ex Porsennæ scriptis, quæ eo quidem loco rectius habere videbantur, restituimus; hoc enim loco quid Theophylactus scripsisset non satis nobis constabat, sed quæ illinc assumpsimus, his notis () interclusimus, ne quid temere præter Græci codicis fidem de nostro addidisse videremur. Porsennæ autem viri eruditi, ut opinor, et eloquentis versione, ut multum a Græcis discedente, ne dicam plerumque dissidente, ut quæ

sit paraphrastica potius atque etiam nimium libera, utpote quæ plerumque adjiciat quæ in Græcis non habentur : et contra, plerisque in locis complures versus prorsus omittat, quæ tamen in nostro manuscripto codice Græco, eoque pervetusto aperte continentur, illius inquam, omissa versione, Loniceri potius interpretationem arripuimus; eamque passim, ubi tolerabilis esset, retinuimus. Novam quidem ex amicorum quorumdam consilio edere statueramus, sed cum id in præfatione adorti animadverteremus, nobis ad id nec satis esse otii, nec temporis, ea potissimum mutavimus quæ, Theophylacti mentem aut non assequi viderentur, aut non satis explicarent. Ad hæc margini multis in locis quædam addidimus, sine quibus Latina legens vix unquam quid sibi velit Theophylactus intelligere queat : dum videlicet aut Græci sermonis variam attingit lectionem, aut Græcæ dictionis compositionem, aut diversam significationem, aliudve quidquam hujusmodi. Pleraque etiam delevimus ab interprete male addita, quod aut parum ad rem facerent, aut cum Theophylacti sententia pugnarent. Quædam vero perspicuitatis gratia, aut ambiguitatis vitandæ causa, a nobis sunt mutata, ut mediocriter erudito Lectori consulatur. Ista enim veritatis et sacræ Scripturæ studiosis scribuntur, quibus nuda et perspicua auctoris sententia magis placet, quam interpretis fucata et affectata dictio, quæ istiusmodi studiosis tenebras offundens, plurimum facessit negotii. Porro vulgarem in Paulino textu versionem, qua passim utitur Ecclesia, fere retinuimus, nisi sicubi Theophylacti interpretatio illam immutare coegerit : ut, ad Romanos cap. XII necesse fuit *mutare conformari* in *configurari*, quod Theophylactus differentiam ponat inter figuram et formam, et figuram mundo, formam autem virtuti attribui dicat. Item I Timoth. VI pro *inutilia*, necesse fuit ponere *stulta*, quod Theophylactus id interpretans dicat : « Quomodo enim non est stultum; » et mox, « Hæc stulta sunt et noxia. » Noster enim vulgaris interpres legisse videtur ἀνονήτους, Theophylactus vero cum Chrysostomo legit ἀνοήτους. Item II Timoth. II pro *ne quando* ponendum fuit *si quando*, aut *si forte* vel *fortasse* : eo enim loco μήποτε, non est negantis, sed dubitantis sive addubitanter asseverantis : quo in sensu sæpe accipit Theophylactus, ut in epistola Evangeliis præfixa satis docuimus. In ipsa autem Loniceri versione quam multa fuerint male versa, aut prorsus omissa, ex his quæ decerpsimus conjicere licebit, si totum opus conferre graveris. Et quoniam principium fervere solet, exploremus quam fuerit initio fervens et diligens, ex multis tamen pauca decerpentes, ne a Theophylacti præclaro opere diutius retardati præstantiorum jacturam faciamus. Noster enim Theophylactus pulchre Horatianum illud vitans, *Brevis esse laboro, obscurus fio* : mediocritatem scite usque adeo amplexus est, ut perspicue docendo, et ex probatis auctoribus optima quæque apiculæ more seligendo, prolixitate non sit molestus. Sed ut et nos molestiam istam vitemus, pauca illa accipe. In ipsa statim operis præfatione, ubi de Epistolarum ordine Theophylactus disserit, ac declarat Epistolam ad Romanos non propterea primo loco collocari, quod ante alias omnes scripta fuerit, ad hunc modum verterat Lonicerus : « Quandoquidem ad Corinthios, tum ad Thessalonicenses una, in qua de ministerio Hierosolyma transmittendo omnes ipsos occulte quidem commonefacit, hanc præcesserint : » cum in Græcis hic sit sensus : Quandoquidem hanc præcedant duæ quæ ad Corinthios sunt missæ : quin et has præcedit ea quæ est ad Thessalonicenses; in qua, etc. Vides, candide Lector, quod ad Epistolarum ordinem attinet, hic doceri eam quæ ad Thessalonicenses scripta fuerit, eas præcedere quæ ad Corinthios fuerint missæ : qua in sententia est Chrysostomus, quod Lonicerus plane tacuerat. Græca autem sic habent : Καὶ γὰρ πρὸ αὐτῆς εἰσιν αἱ πρὸς Κορινθίους δύο· καὶ πρὸ τούτων αὖ ἡ πρὸς Θεσσαλονικεῖς, ἐν ᾗ... Sed ad caput primum veniamus, et e multis pauca perstringamus. In eum Pauli locum qui in capitis est initio : *De Filio suo qui natus est ex semine David*, cum de duplici generatione Christi ageret Theophylactus, divina et humana, ita scriptum fuerat : « Quocirca non de vili exiguove homine Evangelium hoc est, nam de Filio Dei est; nec de exiguo Deo, nam de nato ex sanguine Davidis secundum carnem. » Hactenus Loniceri verba. Vides quam inepte colligat Filium Dei non esse exiguum Deum, propterea quod natus sit ex sanguine Davidis secundum carnem, cum ipse Paulus de incarnatione ad Philippenses scribens, longe aliter dicat : *Exinanivit semetipsum*, etc., et paulo post : *Humiliavit semetipsum*. Quod itaque Theophylactus negat Evangelium hoc esse περὶ ψιλοῦ Θεοῦ, et paulo ante περὶ ψιλοῦ ἀνθρώπου, non erat vertendum, « De exiguo sive parvo Deo, » neque, « De vili exiguove homine, » sed, De *mero*, nudo et simplici Deo aut homine; ut sit

sensus : Evangelium hoc non esse de eo qui tantum sit homo, aut tantum Deum, sed qui idem et Deus sit et homo. Eodem primo cap. ibi, *Cui servio in spiritu meo in Evangelio*, etc. sic prius habebatur : « Nam servitutis Evangelii conatus necesse habet, » etc.; nos vero clarius ad hunc modum : « Cui enim Evangelii annuntiandi servitus est commissa, illi necesse est ut, » etc. Et in Glossa sequenti ubi ait : « Atqui D. Paulus dum assidue orat tanquam vidisset eos », etc.; potius dicere debuit, « Cæterum quod Paulus continenter orabat ut eos videret, sive videre contingeret, ex ferventi hoc charitate faciebat; » et paulo post, ubi hortatur ut constantes simus in orationibus nostris, sic habebatur : « Neque enim Paulo sumus potiores, qui pro cruce etiam sua removenda precatus est. » Græce autem sic : Οὐ γάρ ἐσμεν Παύλου βελτίους, ὃς καὶ ὑπὲρ τοῦ σκόλοπος τρὶς τὸν Κύριον παρεκάλεσε, hoc est, « Neque enim Paulo sumus meliores, qui pro stimulo ter Dominum precatus est, » ubi dictionem *ter* omisit, quæ potissimum ad orationis constantiam et perseverantiam pertinebat; et crucem etiam pro stimulo posuit. Et mox, ἐπὶ τῇ τῆς πίστεως ἐπιδόσει, vertit, « Erga fidei communicationem, » cum, « ob fidei incrementum, » potius vertendum esset. Eodem primo capite, in illud, *Quemadmodum et in reliquis gentibus*, ita scripserat : « Committens autem ipsos, inquit, quemadmodum et in reliquis gentibus. » Συστέλλων δὲ καὶ αὐτοὺς, φησὶ, καθώς, etc., hoc est, « Illorum autem fastum etiam comprimens, inquit, quemadmodum, » etc. Quod enim sic intelligi debeat, satis declarant sequentia. Eodem capite, ubi explicat locum Pauli : *Tradidit eos in desideria*, etc., ibi Theophylactus notat, *tradit* dici, pro *deserit* eos, et *permittit*. Lonicerus vero pro καὶ ἐᾷ, id est *et permittit*, posuerat, *amice* : idque fortasse ob scripturæ difficultatem; mire enim scriba ε cum α calamo veluti luxuriante conjunxerat, ideoque interpres ad ὡτάν, pro ὃ ἐτάν forte respexit. Item paulo post cum declarant quod aliis impellentibus non habuerint opus : « Sed ipsi, inquit, se contumelia affecerunt. Hujusmodi enim sunt impuri illi affectus; » ubi longe alia prius habebatur sententia, ut etiam in mox sequentibus, ibi, *Sicut non probaverunt Deum habere in notitia;* ubi Theophylactus : « Injuria, inquit, qua Deum affecerunt, non ex ignorantia processit, sed a meditatione et studio, » uti nos restituimus. Qui plura volet in hoc eodem primo capite emendata notare, id ex utriusque collatione facile poterit. Nec id tamen dico, ut Lonicero detraham : plurimum enim illi debere me ingenue fateor : nisi enim ipsius versione fuissem adjutus, haud facile plerisque in locis pervetustos characteres agnovissem, ut interim de ipsorum figura mihi quidem insueta sileam; sed ne studiosi, ut diximus, si aut pauca, aut nullius momenti loca hic emendata fuisse putent, eo fructu priventur, quem ex hac recognitione ipsos σὺν Θεῷ consecuturos speramus. Sunt fortasse nonnulla quæ typographo potius quam interpreti ascribenda sunt, ut quod *Christum* pro *crucem* expresserat; sed ne fastidium pariam, ea cum plerisque aliis prætereo : ideoque ex aliis capitibus pauciora huc transcribam. Capite secundo in illud Pauli, *Qui igitur alium doces, teipsum non doces*, ibi : « Si namque gentes, » etc. multum ab auctoris mente aberrare videtur, et paulo ante negatio non fuerat omissa; et in glossa sequenti, post ista verba, *Sin minus*, ista desiderabantur : *Non dixit, Non prodest, ne ipsam contumelia afficere videatur, sed Judæum ea nudat, dicens :* « *Circumcisio*, » etc., et mox ubi duo præputia posuisset, unum secundum carnem, alterum secundum spiritum sive voluntatem, de hoc posteriore loquens, sic reddiderat Lonicerus : « Quæ sese habent uti commemoratum est, quando nihil carnalium quisquam affectuum habuerint, ut qui sint ablati. » Græca vero sic habent : Ἥτις ἐστὶν, ὡς εἴρηται, ὅταν τις μηδὲν ἔχει τῶν σαρκικῶν παθῶν περιῃρημένον. ubi dictio ἥτις, refert ἀκροβυστίαν ἐκ προαιρέσεως, quæ nos sic restituimus, quod quidem est, ut dictum est, quando quis carnalium affectuum nullum habet circumcisum aut amputatum; quæ sententia belle huic loco convenit, cui prior contradicebat, et sub finem hujus capitis ab auctoris mente, ni fallor, multum aberrabat. Sed longum esset singula excutere; ad sextum igitur transilio. In illud Pauli : *Non regnet peccatum in mortali*, etc., ubi extollit Christi gratiam, sic ait Theophylactus : « Itaque corpus sua natura haud nocet, sed obedire peccato, illud vero plurimum obest. Observa hic Christi gratiam, quomodo Adam peccarit, cum tamen nondum mortale corpus haberet : nos vero in mortali corpore peccatum vincimus et superamus. » Hactenus auctoris verba ad Græcum exemplar restituta, quæ prius longe diversam aut contrariam præ se ferebant sententiam, aut conferendo patebit; quod si tamen ad alteram *editionem recurrere graveris*, ibi ad istum scribebatur modum : « Itaque corpus haud

nocet naturæ, sed obedire peccato, illud vero plurimum obest. Observa hic Christi gratiam quomodo Adam peccarit, cum tamen nondum mortale corpus haberet, nos vero in corpore mortali peccato exuberamus, adeoque in peccatis nascimur. » Vides Lector, ut *haud nocet naturæ*, pro *sua natura haud nocet;* et, *peccato exuberamus*, pro *peccatum vincimus*, dixerit diverso et contrario sensu? Capite etiam sequenti in annotatione : *Et inventum est*, [item in alia, *Nunc autem jam non ego operor*] fœdos lapsus deprehendes si conferre lubet, ut et cap. IX, XI et XIII. In hoc ubi Paulus ait : *Ut in die honeste ambulemus.* Ibi Theophylactus de Romanis honoris et gloriæ studiosis hoc modo scribit : Ἐπειδὴ γὰρ πολὺς αὐτοῖς τῆς παρὰ τῶν πολλῶν δόξης ὁ λόγος ἐφέλκεται αὐτοὺς ἀπὸ τῆς εὐσχημοσύνης hoc est, « Quandoquidem ipsi vulgi gloriam sive honorem, qui a multis exhibetur, magnifacerent, ab honestate eos allicit; » prius autem sic redditum fuerat : « Cum enim ipsi Romani multa verba facerent, » etc., ubi πολὺς λόγος, non multa verba, sed multam curam, rationem sive respectum habere gloriæ et auræ popularis potius significat. Deinde quod adjectum est, « abstrahit eos ab ea gloriæ turpitudine, » multum erat a Pauli et Theophylacti proposito alienum; suspicor interpretem existimasse pro εὐσχημοσύνης legendum esse ἀσχημοσύνης. Sub ea enim dictione ducta erat linea, quasi suspecta esset scriptura, quæ tamen belle habet, ut quæ Paulino textui respondet, ubi εὐσχημόνως.

Sed de hac una Pauli Epistola nimium multa; pauciora igitur ex reliquis afferam; et ne longius abeamus, initio Epistolæ sequentis, ubi Paulus ait, *Per voluntatem Dei*, in eum locum Lonicerus : « Animadverte hic deitatis vocabulum ad Patrem pertinere; » egregia, scilicet animadversio, quasi vero usquam negarint Ariani deitatis vocabulum ad Patrem pertinere. Græca sic habent : Σημείωσαι δὲ τὸ, διὰ ἐπὶ Πατρὸς κείμενον, hoc est, « Nota autem hanc dictionem *per* Patri appositam, » sive de Patre dici. Ubi Theophylactus contra Arianos hunc locum profert, declarans quod hæc præpositio *per*, diminutionem non importet, ut ipsi volebant : cum etiam hic apponatur Patri, ubi dicitur *per voluntatem Dei*, ut fusius ait idem Theophylactus in eum locum Joannis, *Omnia per ipsum facta sunt*, ubi Ariani volebant Filium facere Patre minorem, quod per ipsum sicut per instrumentum aut servum Pater alia fecisset : contra quos ibi adducit hunc ipsum locum, *Per voluntatem Dei;* et item alium ex hoc eodem capite : *Fidelis Deus per quem vocati sumus in societatem Filii sui*, ubi dictio *per*, Patri juncta, nequaquam significat Patrem Filio minorem. Hunc locum pluribus tractavi quod plerisque subobscurus videretur, et a Lonicero quidem male versus, ut qui ex præpositione διὰ deitatem fecerit; a Porsenna vero plane omissus fuisset : solet enim iste si quid placeat liberius tractare ac multa de suo infarcire; et contra si quid non arrideat, illud prorsus omittere : quod hic contigisse videtur, si modo ipsius exemplar cum nostro consenserit, eo sane pervetusto. Nec video cur hic de germana Theophylacti Scriptura dubitare debeamus, cum hujus loci mentionem ipse faciat Joannis primo, ut diximus. Quod autem Lonicerus glossam totam nonnunquam cum textu Pauli prætermiserit, non ipsius voluntate factum esse arbitror, sed ipsius aut scribæ potius negligentia aut errore contigisse.

Hic finem facere fortasse expediret : nam ex hujusmodi locis pro nostra qualicunque mediocritate restitutis facile candidus Lector de reliquis conjicere posset, nec plura, opinor, desideraret : ob morosiores tamen, adhuc paucula ascribam, ut quod hujus Epistolæ capite quarto, ibi : *Magnæ mihi gloriæ*, contrariam posuerat sententiam; et capite quinto, in eum Pauli locum : *In interitum carnis*, scriptum erat : « Hoc est, ut a morbo eum liberet, solvat, » nos sic emendavimus : « Hoc est, ut morbo eum macceret et tabescere faciat, » de castigatione enim corporis loquitur, ut sequentia satis declarant. Capite autem septimo pleraque depravata, et non pauca omissa fuisse, qui totum hoc caput conferre volet, facile deprehendet; quod quidem vel unum caput moroso etiam Lectori, si tamen veritatis studiosus fuerit, hanc nostram operam ut minime supervacaneam, commendare valeat. Possem ex cap. IX, XI et XV, manifeste depravata, et contrariam sententiam continentia proferre, sed in hac priore ad Corinthios Epistola diutius quam statueram sum immoratus. In secundæ vero ad Corinthios Epistolæ capite primo, ibi : *Et spes nostra firma est pro vobis*, glossa hujus textus cum textu sequenti fuerat omissa; atque ita glossa textus sequentis huic erat adjecta, quod etiam factum est ad Romanos XIII, fœdo sane lapsu, ut alios ejusdem capitis præteream. Secundo autem capite bis contrariam reddidit sententiam. Primum in illud Pauli : *Ut ne circumveniamur a Satana*, dixerat : « Non enim a se discre-

pantia Satanas accipit, verum et nostra rapit, » cum dicere debuisset, « Non enim ad se pertinentia Satanas, » etc. Græce enim est : Ὁ γὰρ διάβολος οὐχὶ τὰ αὐτῷ διαφέροντα λαμβάνει. Deinde paulo post in illud Pauli : *Aliis quidem odor mortis in mortem,* pro, Deo acceptabiles esse, dixerat, esse reprobos et minime gratos apud Deum. Sed hic quodam modo excusandus venit, quod Græcus codex fuisset corruptus, quem secutus est fide, ut diximus, nimium bona; nam loco ἀπρόσδεκτοι legendum est εὐπρόσδεκτοι, ut patet ex Chrysostomo et veteri interprete. Sed ad alia properans reliqua hujus Epistolæ capita transilio. Initio autem capitis primi ad Galatas, ibi : *Sed per Jesum Christum,* Theophylactus huic loco objicit quod est in Actis apostolorum cap. XIII, dicens, Καὶ μὴν αἱ Πράξεις ὑπὸ τοῦ Πνεύματος δηλοῦσιν αὐτὸν ἀφορισθῆναι. id est : « Atqui Acta apostolorum a Spiritu sancto indicant eum segregatum esse, » etc., Lonicerus vero, de Pauli operibus intelligens, sic verterat : « Ipsæ res gestæ et opera a Spiritu sancto profecta indicant, » etc., quæ huic loco minime conveniunt : nec quæ statim sequuntur hanc admittunt interpretationem; subnectit enim : « Perspicuum est igitur quod sit una et eadem potestas et Patris et Filii et Spiritus sancti. » Similem objectionem facit ad Rom. primo, ibi : *Per quem accepimus gratiam.* Sed nimium his immoror. Si quis tamen ex aliis Epistolis quædam desideret, conferat primum caput ad Philippenses, ubi non pauca fuisse multum corrupta deprehendet. Expendat item quæ Theophylactus in eum Pauli locum ad Thessalonicenses quarto : *Non hominem spernit, sed Deum,* pulcherrima scripserat, et plurimum fuisse deformata comperiet : et quædam sub finem ejusdem capitis omissa fuisse perspiciet. Atque illinc transeat ad primæ ad Timotheum caput primum : et glossam in illud Pauli, *Sed misericordiam consecutus sum, qiua ignorans feci,* excutiat, et in una et eadem glossa non semel lapsum interpretem notabit. In Epistola vero ad Philemonem quod contra etiam Porsennæ versionem faciat reperiet, ubi : Imperandi quod ad rem pertinet; contrariam habet sententiam. Porsennæ enim accepisse videtur τὸ ἀνῆκον, quasi α privativa particula esset, cum verterit, *quod ad rem non pertinet;* quo in errore pergens, totam Theophylacti pervertit explicationem, cum potius contrarium significaret τὸ ἀνῆκον, nempe quod ad rem pertinet, sive τὸ πρέπον, ut ait Suidas, hoc est quod decet, quod convenit, sicut τὸ καθῆκον *officium* dicitur Ἀνήκω enim est *attineo, pertineo, specto,* sicut καθήκω, προσήκω, *convenio, consentaneus sum.* Sic Demosthenes ait, τὰ εἰς ἀρετὴν ἀνήκοντα, ad virtutem spectantia, interprete Budæo; quæ significatio huic loco maxime convenit. Sed de hujus versione eleganti quidem, sed parum fida, satis antea dictum puto; finem itaque facio, nec verbum addo : qui plura desiderat, totum opus, si lubet, conferat, et, ni fallor, labores nostros boni consulet. Bene vale, candide Lector, et tui Montani conatus tuis studiis prodesse cupientis in bonam partem, quæso, accipe.

Lutetiæ, e museo nostro Tornacensi, XII Octobris, anno MDLII.

MONITUM

T. BAILII EDITORIS LONDINENSIS.

Præmaturus doctissimorum obitus quam gravi Ecclesiæ studiorumque incommodo evenire assolet, condocefecit nuperus reverendissimi viri, atque omni litterarum genere excultissimi, domini Augustini Lindselli, episcopi Herefordensis, inter media optimæ frugis molimina abrepti. Quem ita exstinctum etiam ignoti flebunt. At vero mei muneris esse duxi (qui in istiusmodi studiis illi inservierim) non tam defunctum ignavo questu prosequi, quam quæ voluerit, meminisse; quæ mandaverit, exsequi. Hinc animus mihi accendebatur, hosce Theophylacti Commentarios, quos ille bono publico destinaverat, pro mediocritate mea potius excolere, quam una cum ipso sepelire. Priores ipsius curas atque etiam secundas experti erant : manus tantum deerat suprema. Unde licet fortassis haud usque adeo absolutos, non tamen omnino neglectos prodire comperies. Describebantur e vetusto codice manuscripto illustrissimi comitis Arundeliani, Angliæ mareschalli, viri ut antiquo stemmate, ita politæ antiquitatis studio decantati. Post apographon cum prototypo fideliter commissum, ad unum et alterum exemplar Oxoniense instituta est castigatio. Quia in re quantum ille fidei industriæque præstitit, testando erunt viri ad ele-

gantiorem doctrinam facti, Thomas Triplet, amicus mihi unicus, et Joannes Gregorius; quos in posterioris exemplaris collatione sibi συνεργοὺς ascivit. Cæterarum scilicet illius curarum ego ipse conscius, editionem istam ad mentem ejus, quantum pote, adornavi. Discrepantes codicum lectiones, appinguntur areæ marginali. Asteriscus dictionem loquitur ab uno aut altero codice absentem, atque sine magno sententiæ detrimento delebilem. Ἴσ. tessera est conjecturæ, cui parcius indulsimus, quo tibi facultas magis integra judicandi. Latina quidem versio est Philippi Montani; verum ubique adeo a nobis interpolata atque ad Græcorum veritatem revocata, ut (si per operas typographicas licuisset importune festinabundas) minus tædium foret novæ prorsus condendæ. Id quod committentibus liquebit. Vale.

ANNOTATA

PRO SINGULIS EPISTOLARUM ARGUMENTIS.

Ad Romanos ex Corintho scribit Apostolus, quos nondum viderat, visendi tamen percupidus, quia de his multa acceperat, quorum et suscipit et laudat fidem, ut quam sciret fama et nomine celebrem et ubique vulgatam : et (ut cætera omittam) de gentium vocatione copiosius disserit.

Nec secus ex Epheso ad Corinthios scribit Epistolam, illos objurgans quod plurimum inter se dissiderent, et primarium quemdam e suis rem cum noverca habentem satis negligerent, vellentque sub cohibatus prætextu nonnulli divortia facere, et uxores relinquere : et multi idolothytis vescerentur : et alii cæteris plane contemptis, eos duntaxat demirarentur, qui essent linguarum gratiam consecuti : et, quod erat detestabilius, nequaquam crederent humana corpora post mortem resurrectura. Ad eosdem deinceps et aliam ex Macedonia scribit, quando quidem ex priore plurimum profecissent : quippe quos pœniteret tandiu fornicantem illum tulisse, sed arrepti deinde seditiosissimorum hominum persuasu, legis duntaxat litteræ inhæserunt, indifferentem existimantes gratiam quæ a Christo esset in multos collata : quin etiam et præceptores admodum jactitabant, et gloriæ ducebant, cum Apollo vellent vel Cephæ partes tutari, id est suum quisque quem sectaretur extollere, unde multa erant inter hos oborta dissidia : alioqui in sanctorum alimoniam abunde et liberaliter conferebant.

Ex Roma ad Galatas litteras dedit. Hos enim cum antea ad fidem quam optime instruxisset, et credidissent eo prædicante in Christum Jesum, post ejus discessum mox lapsi, improborum hominum suggestione ut se circumciderent compulsi sunt. Quod utique Paulus ægre ferens, quia præter suam institutionem egissent, incusat acrius quod se celerrime adeo immutassent.

Ex Urbe præterea et ad Ephesios scribit, haud dum tamen per se aditos, sed auditione solum perceptos fideles esse, et Christum Jesum optime credere, et mira quadam in sanctos omnes affici charitate, alioqui a se percupere in fide hac stabiliri. Quocirca et hos per litteras instruit, atque haudquaquam commentitium esse, aut nuper inventum hoc Christi mysterium, sed perstare a sæculo : et alia multa quæ ad hos in fide firmandos maxime faciunt.

Ad Philippenses insuper litteras mittit ex Urbe, quos adierat sane, et ad fidem instruxerat. His itaque Paulo ipsi et sanctis nonnullis ministrantibus necessaria, exorti sunt quidam, qui pravis persuasionibus, et sub legis umbra et circuncisionis obtentu, simplicium quorumdum corrumperent aures, asserentes neminem posse sine lege justificari. Quod Paulus audiens, Philippensium primo fidem probat, et eorum se memoriam habere inter precandum fatetur commemoratque quemadmodum Romæ sese ac Christi fidem tutatus sit, et qui præterea molesti sibi in vinculi fuerint.

Colossensibus etiam ex Urbe litteras impertitur, quippe quos cerneret per homines captiosos et subdolos falsis quibusdam argumentis circumventum iri, qui Christi fidem apertissime Græcis argutiis impugnarent, cum legis umbram et escas vetitas sectarentur et circumcisionem efferrent.

Ex Athenis vero Thessalonicensibus scribit, apud quos antea fuerat diutius commoratus : et quoniam multa cum in Verria, tum Macedoniæ civitate Philippis, tum Corinthi et Thessalonicæ fuerat perpessus, veritus ne vel ex suis pressuris illi offensi haud satis stabiles forent, vel mœrore nimio ob suorum e vita discessum conficerentur, quo patrio more certe plurimum angebantur, Timotheum cum epistola ad eos dimisit, ut in fide obfirmarentur, ne quoquam pacto ab ea desciscerent, sive ipsi afflictarentur, sive alios cernerent afflictari : hortaturque ut ducerent vitam quemadmodum a se accepissent. Commonefacit insuper, ne graviter ferant morientium casum, et alia pleraque. Ad eosdem idcirco ex Urbe et aliam scribit Epistolam, quia apud eos erant nonnulli segniores ad bonum, et nullius momenti viri, qui alios mira arte fallebant, astruentes jamjam instare Christi adventum, cujus et Paulum falso testabantur auctorem, et sese idem cognovisse per Spiritum affirmabant. Cujus rei certior factus Apostolus, per litteras Thessalonicensium primo adauctam fidem collaudat, et gloria ducit quod Christi ob gratiam viriliter ferrent pres-

suras, solaturque asserens illatas his Deum vindicaturum quandoque injurias.

Scribit ad Timotheum ex Laodicea eam ob causam, quia Ephesi erant permulti qui Judaicos ritus servarent, cum longe aliter ipse Ephesios instruxisset, docereque et fallere integriores quosque adniterentur. Quocirca Timotheum hortatur ut Ephesi maneat, et corruptores illos castiget et corrigat, ut tandem a suis erroribus resanescant. Ad eumdem secundo ex Urbe conscribit Epistolam, monetque ut ad se redeat. Erat enim Apostolus ab omnibus jam destitutus, qui secum Romam ex Asia commigraverant, catenis absterriti, quibus erat devinctus.

Ex Nicopoli ad Titum litteras scribit; ibi namque hiemaverat Paulus. In Creta autem Titum reliquerat, ut per urbes institueret sacerdotes. Erant enim ibidem plerique qui sub legis prætextu seducere populum conabantur.

Scribit ex Urbe ad Philemonem, cujus servus Onesimus fugiens Romam se ad Apostolum contulit, apud eumque habitavit conjectum in carcerem, et in vinculis detentum. Hunc itaque cum ei optime obsequeretur, et brevi probus evasisset, ut ei esset acceptior, Philemoni commendat per litteras, hortaturque ut libertate donet, nec eo ut servo, sed ut fratre utatur.

Ad Hebræos demum ex Italia scribit : qui etsi Christi acceperant fidem, haud tamen prorsus a lege defecerant. Quod sane inique ferens Apostolus, etsi ad gentes erat, ut Evangelium prædicaret, jam destinatus, non hos tamen ferebat legis umbris obvolvi, existimans haudquaquam credentibus his molestam hanc fore epistolam, in qua de Christi adventu, lege ipsa umbratili disserat : quam cessasse affirmat, et nihil in posterum valituram, quia Christus advenerit, quem illa præfigurasset.

His itaque Epistolis Paulus tam valida fundamenta jecit, ut increscentis in posterum fidei tanta posset moles imponi.

LECTORI VENETUS EDITOR.

Prodit tomus alter Operum Theophylacti, ea quidem celeritate, quam satis esse putamus ad fidem astruendam promissioni nostræ, qua in *Prævia Declaratione* nos obstrinximus, integram operum præclari hujus auctoris editionem intra quadriennium absolvendam fore. Habes vero hoc in tomo *Commentarios* ipsius in omnes *Pauli Epistolas;* qui quidem aliquoties Latine, Græce autem et Latine semel tantum, nempe Londini anno 1636, in lucem prodiere. Ad hanc editionem satis nitidam et accuratam nostram plane exegimus, nisi quod manifesta quædam Latinæ versionis errata sustulimus. Quod vero hic e nostro adjecimus, præcipue sunt variantes lectiones ex codice bibliothecæ S. Marci depromptæ, quas ad calcem tomi, more nostro, apposuimus. Eas diligenter collegit juvenis industrius Georgius Constantini, natione Græcus, qui similem operam alias etiam nobis impendit. Collectas vero tradidimus Bonifacio Finetti, ordinis Prædicatorum, ut omnibus expensis, solertia sua et judicio, eas quæ frugi alicui esse possent, seligeret. Scilicet nos longe ab eorum opinione sumus, qui quidquid varietatis in codicibus reperiunt, id totum pro variantibus lectionibus habent, totumque in editiones suas effundunt, sicque paginas inutili congerie onerant haud raro. Nos econtra rati, variantes lectiones censendas non esse, nisi quæ phrasim vel sensum perficiunt ac complent, aut certe tales sunt, ut merito ambigas, num hæ vel illæ ab actoris calamo profectæ fuerint, ea omnia prætermittenda putavimus, quæ aut manifestæ sunt amanuensium aberrationes, aut phrasim sensumve, potius quam compleant, reddunt imperfectiorem. Hocce delectu factum est, ut, cum variantes lectiones nostræ satis multæ forent, ad mediocrem numerum redactæ sint. Sed et aliud in causa est, cur ad majorem copiam non excreverint : nempe illæ omissæ sunt omnes quæ (non paucæ quidem) cum variantibus lectionibus ex codicibus Oxoniensibus a Londinensi editore collectis marginique ascriptis conveniebant (*a*). Non deerunt fortasse qui vellent eas quoque hic adnotatas habere, quod referat nonnihil scire an aliqua lectio non unius tantum, sed plurium codicum auctoritate confirmetur. At non existimavimus, rem hanc tanti esse, ut ulteriorem hunc laborem mereri posset ac postulare. Porro variantes istæ lectiones ferme in una vel altera voce sitæ sunt : quas idcirco Græce tantum apponere placuit, eo vel magis quod ex illis non paucæ Græcam phrasim unice spectent, adeoque Latinæ

(*a*) Omnes, ut moris est nostri, collegimus in margine inferiori. Littera *o* Oxoniensem, *m* cod. S. Marci Veneti designat. EDIT. PATR.

versionis tenorem intactum relinquant. Nonnullæ tamen sunt paulo fusiores; quarum Latinam versionem a dicto Bonifacio Finetti factam non prætermittimus; sed eam ad calcem paginæ ponimus, ne ipsarum variantium lectionum seriem initumque ordinem abrumperemus. Ex fusioribus hisce variantibus lectionibus aliæ sunt velut quædam additamenta, quæ ipsi textui edito inseri possent, eumque pleniorem reddere; aliæ vero sunt potius diversæ expositiones, aut eædem etiam quoad sensum, sed verbis diversis expressæ; et quidem modo ampliores expositionibus textus editi; modo breviores, quæ scilicet textum editum veluti compendio exhibent. Perspicuum idcirco est, codices plerosque qui hos Commentarios continent, interpolatrices manus expertos esse : neque enim fieri potest ut tam breviores quam fusiores expositiones hujusmodi ab eadem Theophylacti manu effluxerint. Sed quænam Theophylacto sint ascribendæ, quænam interpolatori alicui, nemo, meo judicio, definire potest, cui præ manibus non sit ipsum Theophylacti autographum. Neque enim ad id satis esse putamus, majorem codicis vetustatem; tum quod difficile sit, eam exploratam satis habere, cum sæpe vetustatis incertæ sint notæ : tum quod recentior codex sincerum esse possit vetustioris ac purioris codicis apographum. Si quis tamen breviores expositiones potius quam fusiores, Theophylacti esse velit, nec ille rem satis verisimilem affirmabit, utpote compendiario commentandi generi quo delectabatur Theophylactus et præsertim in hisce Commentariis, qui in aliquibus codicibus Ἐξήγησις ἐν ἐπιτομῇ, *Compendiaria Expositio* inscribuntur, apprime consentaneam. Quod si hoc verum sit, habes profecto, benevole Lector, in Variantibus lectionibus nostris, expositiones aliquot iis, quæ in edito textu habentur, hoc nomine, præferendas. Animadvertas hic vero, nos, cum edita loca respondentibus sibi in nostro codice textibus ampliora sunt, nequaquam integra referre, ne nimis vacui e regione respondeat; sed demptis iis quæ in medio sunt, eorum absentiam punctis aliquod ordinatim positis indicamus. Codex unde hæ variantes lectiones desumptæ sunt, nil peculiare habet quod hic commemoretur. Chartaceus is est, et XIV circiter sæculo scriptus censetur a clar. viris qui *Manuscriptorum Græcorum bibliothecæ S. Marci* Catalogum ediderc. Variantes lectiones nostras excipiunt Observationes Latini Latinii, quas ut in primo tomo, ita et in isto apponimus, ne quid ad editionis nostræ ornamentum disideretur : qua de causa præmittimus etiam non solum Philippi Montani Præfationem, verum etiam *Adnotata*, queis cujuslibet Epistolæ argumentum paucis exhibetur, et unde singulæ scriptæ sint, indicatur, quæ cum exstent in editionibus omnibus Latinis quas vidimus, Christofori Porsennæ, qui primus hosce Commentarios Latine transtulit atque vulgavit, esse putamus. Tomum denique claudunt duo Indices, Latinus unus, Græcus alter; uterque, locupletissimus : quo vel solo additamento haud parum sese editio nostra supra cæteras commendat. Sed non est cur pluribus te detineamus, amice Lector. Jam fruere præclaris hisce Commentariis : et tomum tertium, qui pleraque vel prorsus inedita, vel rarissima complectetur, brevi intervallo temporis secuturum, securus expecta. Interim vale.

ΘΕΟΦΥΛΑΚΤΟΥ

ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΒΟΥΛΓΑΡΙΑΣ

ΤΗΣ

ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΠΑΥΛΟΥ

ΠΡΟΣ ΡΩΜΑΙΟΥΣ ΕΠΙΣΤΟΛΗΣ ΕΞΗΓΗΣΙΣ.

—

THEOPHYLACTI

BULGARIÆ ARCHIEPISCOPI

EPISTOLÆ D. PAULI AD ROMANOS EXPOSITIO.

—

ARGUMENTUM EPISTOLÆ AD ROMANOS. ΥΠΟΘΕΣΙΣ ΤΗΣ ΠΡΟΣ ΡΩΜΑΙΟΥΣ ΕΠΙΣΤΟΛΗΣ.

1 *Assidua divinarum Scripturarum lectio ad ipsarum cognitionem ducit. Mentiri enim nescit, qui dixit : «Quærite, et invenietis : pulsate, et aperietur vobis*[a]*. » Proinde Epistolarum beati Pauli mysteria perdiscemus, si assidue diligenterque in eis versemur. Cæteris enim omnibus doctrinæ ratione præstantior erat. Et merito quidem. Nam quoniam omnibus abundantius laboravit, ampliorem etiam Spiritus gratiam assecutus est. Neque hoc ex Epistolis ejus tantummodo, verum etiam ex apostolorum Actis perspicuum fit. Mercurius enim ab infidelibus ob sermonis præstantiam existimatus est. Prima autem nobis proponitur hæc ad Romanos Epistola, non quod prima scripta fuerit : binæ enim illæ ad Corinthios hanc præcedunt et istas rursum ea* **2** *quæ est ad Thessalonicenses, in* B *quas eos de ministerio Hierosolymam mittendo non sine laude commonefacit. Præterea Epstola ad Galatas hanc ad Romanos præcedit. Atqui cæteris Epistolis hæc est prior, hæc ad Romanos, inquam. Quid itaque factum est, ut primum locum obtinuerit? Quoniam in sacra Scriptura hujusmodi ordo non est necessarius. Siquidem et duodecim prophetæ, etiamsi proxima temporum serie alter alterum non subsequatur, sed longo intervallo ab invicem distent, in Bibliorum tamen serie continuato ordine collocantur. Scribit autem Paulus ad Romanos, perinde ac si Christi ministerio fungendi necessitas ipsi incumberet, ac veluti ad eos, qui universo terrarum orbi præsidebant. Nam qui capiti prodest, toti corpori profuerit.* C

A Ἡ συνεχὴς ἀνάγνωσις τῶν θείων Γραφῶν εἰς τὴν γνῶσιν αὐτῶν ἄγει· ἀψευδὴς γὰρ ὁ εἰπών· « Ζητεῖτε καὶ εὑρήσετε, κρούετε καὶ ἀνοιγήσεται ὑμῖν. » Καὶ τῶν Ἐπιστολῶν τοίνυν τοῦ μακαρίου [1] Παύλου τὰ μυστήρια μαθησόμεθα, συνεχῶς αὐ ταῖς [2] καὶ ἐμμελῶς ἐντυγχάνοντες· τῶν γὰρ ἄλλων ἁπάντων ἐπλεονέκτησε τῷ τῆς διδασκαλίας λόγῳ. Καὶ εἰκότως· ἐπειδὴ γὰρ περισσότερον πάντων ἐκοπίασε, δαψιλεστέραν καὶ τὴν τοῦ Πνεύματος ἐπεσπάσατο [3] χάριν. Καὶ οὐ μόνον ἀπὸ τῶν Ἐπιστολῶν τοῦτο δῆλον, ἀλλὰ καὶ ἀπὸ τῶν Πράξεων. Ἑρμῆς γὰρ ἐνομίσθη παρὰ τοῖς ἀπίστοις, διὰ τὸ τοῦ λόγου κατάρχειν. Πρόκειται δὲ ἡμῖν Πρώτη ἡ πρὸς Ῥωμαίους, οὐκ ἐπειδὴ πρώτη αὕτη ἐγράφη· καὶ γὰρ πρὸ αὐτῆς εἰσὶν αἱ πρὸς Κορινθίους δύο· καὶ πρὸ τούτων αὖ ἡ πρὸς Θεσσαλονικεῖς, ἐν ᾗ περὶ τῆς εἰς τὰ Ἱεροσόλυμα πεμπομένης διακονίας ἐπαινῶν αὐτοὺς αἰνίττεται· ἀλλὰ καὶ ἡ πρὸς Γαλάτας προτέρα ἐστὶ ταύτης τῆς πρὸς Ῥωμαίους. Τῶν μέντοι ἄλλων Ἐπιστολῶν προτέρα αὕτη, ἡ πρὸς Ῥωμαίους, φημί. Πῶς οὖν πρώτη τέτακται; Ὅτι παρὰ τῇ Γραφῇ ἡ τοιαύτη τάξις οὐκ ἀναγκαία. Καὶ γὰρ καὶ οἱ δώδεκα προφῆται, οὐκ ἐφεξῆς ὄντες ἀλλήλους κατὰ τοὺς χρόνους, ἀλλὰ πολλῷ [4] διεστηκότες ἀλλήλων, ὅμως ἐν τῇ τῶν βιβλίων τάξει ἐφεξῆς εἰσι κείμενοι. Γράφει δὲ Ῥωμαίοις ὁ Παῦλος, οἷα δὴ χρέος ἔχων λειτουργὸς εἶναι Χριστοῦ, καὶ ὡς προκαθημένοις τῆς οἰκουμένης. Ὁ γὰρ τὴν κεφαλὴν ὠφελῶν καὶ τὸ λοιπὸν σῶμα ὠφέλησε.

[a] Matth. VII, 7.

Variæ lectiones.

[1] μεγάλου o. [2] αὐτῷ o. [3] ἐπορίσατο m. [4] ἴσ. πολύ o.

THEOPHYLACTI COMMENTARIUS
IN EPISTOLAM AD ROMANOS.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΠΡΩΤΟΝ.

« Παῦλος. » Οὔτε ὁ Μωσῆς, οὔτε πολλοὶ τῶν μετ' αὐτὸν, ἀλλ' οὐδὲ οἱ εὐαγγελισταὶ, τὰ ὀνόματα αὐτῶν προτεθείκασι τῶν συγγραμμάτων. Ὁ δὲ μακάριος οὗτος, πανταχοῦ τῶν Ἐπιστολῶν, τὸ ἑαυτοῦ ὄνομα πρτίθησι· διότι ἐκεῖνοι μὲν πρὸς τοὺς παρόντας ἔγραφον· οὗτος δὲ διὰ μακροῦ τὰ γράμματα διετέμπετο, καὶ εἰκότως τὸν νόμον τοῦ ἐπιστολικοῦ χαρακτῆρος ἐκλήρου. Ἐν μέντοι τῇ πρὸς Ἑβραίους οὐ ποιεῖ τοῦτο. Ἐπειδὴ γὰρ ἀπεχθῶς εἶχον πρὸς αὐτὸν, ἵνα μὴ τοῦ ὀνόματος εὐθὺς ἀκούσαντες ἀποτηδήσωσι, κρύπτει τοῦτο ἐν προοιμίοις. Τίνος δὲ ἕνεκα ἀπὸ Σαύλου Παῦλος ἐκλήθη; Ἵνα μηδὲ κατὰ τοῦτο ἐλαττωθῇ τοῦ κορυφαίου τῶν ἀποστόλων, ἐπικληθέντος Κηφᾶ, ὃ ἑρμηνεύεται « Πέτρος, » καὶ τῶν υἱῶν Ζεβεδαίου, ἐπονομασθέντων Βοανεργὲς, ὅ ἐστι, « υἱοὶ βροντῆς. »

« Δοῦλος. » Πολλοὶ δουλείας τρόποι. Ὁ ἀπὸ τῆς δημιουργίας, καθ' ὃν, « Τὰ πάντα δοῦλα σά· » ὁ ἀπὸ τῆς πίστεως, καθ' ὃν εἴρηται· « Ὅτι ὑπηκούσατε εἰς ὃν παρεδόθητε τύπον διδαχῆς· ὁ ἀπὸ τῆς πολιτείας, καθ' ὃν καὶ Μωσῆς θεράπων Θεοῦ. Κατὰ πάντας οὖν τούτους τοὺς τρόπους, δοῦλος ὁ Παῦλος.

« Ἰησοῦ Χριστοῦ. » Τὰ τῆς οἰκονομίας ὀνόματα προβάλλεται, ἀπὸ τῶν κάτωθεν ἐπὶ τὰ ἄνω ἀνατρέχων. Καὶ γὰρ μετὰ τὴν σάρκωσιν, Ἰησοῦς καὶ Χριστός. Ἐχρίσθη γάρ, ἐλαίῳ μὲν οὐδαμῶς, τῷ δὲ ἁγίῳ Πνεύματι· ὃ καὶ κυριώτερον πάντως τοῦ ἐλαίου. Ὅτι δὲ καὶ χωρὶς τοῦ ἐλαίου χρίσις ἐστὶν, ἐν μόνῳ τῷ Πνεύματι, ἄκουσον· « Μὴ ἅπτεσθε τῶν χριστῶν μου· » περὶ τῶν πρὸ τοῦ νόμου γὰρ ὁ λόγος, ὅτε οὐδὲ ὄνομα τῆς τοῦ ἐλαίου χρίσεως ἦν.

« Κλητός. » Ταπεινοφροσύνης τὸ ῥῆμα· δείκνυσι γὰρ, ὅτι οὐκ αὐτὸς ζητήσας εὗρεν, ἀλλὰ κληθεὶς παρεγένετο.

« Ἀπόστολος. » Τοῦτο τέθεικε πρὸς ἀντιδιαστολὴν τῶν ἑτέρων κλητῶν. Καὶ πάντες μὲν γὰρ οἱ πιστοὶ, κλητοί· ἀλλ' ἐκεῖνοι μὲν, μέχρι τοῦ πιστεῦσαι· ἐγὼ δὲ, φησὶ, καὶ τὴν ἀποστολὴν ἐνεχειρίσθην, ἣν καὶ ὁ Χριστὸς ἐγκεχείριστο, παρὰ τοῦ Πατρὸς ἀποσταλείς.

« Ἀφωρισμένος εἰς Εὐαγγέλιον Θεοῦ. » Τουτέστιν, Ἀπεκληρωμένος εἰς τὴν τοῦ Εὐαγγελίου διακονίαν. Καὶ ἄλλως δὲ, τὸ, « Ἀφωρισμένος, » ἀντὶ τοῦ, Προωρισμένος εἰς τοῦτο· ὡς καὶ πρὸς Ἱερεμίαν φη-

3 CAPUT PRIMUM.

VERS. 1. « Paulus. » Neque Moses, neque plerique alii, qui illum sunt subsecuti, imo neque evangelistæ nomina sua scriptis suis præposuerunt. Divus autem iste, ubique Epistolis suis nomen suum præponit : quod illi quidem ad præsentes scribebant, hic vero e longinquo litteras mittebat, et ut par erat, characteris epistolaris legem complebat. In Epistola tamen ad Hebræos istud non facit. Nam quoniam infesto erga ipsum erant animo, ne statim, audito ejus nomine, protinus resilirent, istud in procœmio occultat. Cujus autem rei gratia ex Saulo Paulus dictus est? Ut neque in hoc, apostolorum antesignano, qui Cephas appellatus est, quod valet, si interpreteris, « Petrus » , minor esset : aut filiis Zebedæi, qui Boanerges, id est, « Filii tonitrui, » cognominati fuere.

« Servus. » Servitutis multi sunt modi. Alius quidem ab opificio et creatione, secundum quem dicitur : « Omnia tibi serviunt a* ; » alius a fide, juxta quem dictum est : « Quoniam obediistis, in quam traditi estis, formam doctrinæ [b] ; » alius a vitæ instituto : quo modo Moses dictus est famulus Dei. Proinde modis his omnibus Paulus nominatur servus.

« Jesu Christi. » OEconomiæ et dispensationis nomina præponit, ab inferioribus ad superiora recurrens, Etenim post incarnationem, Jesus, et Christus, id est, Unctus, dictus est : unctus enim est, haudquaquam oleo, sed Spiritu sancto, qui oleo est omnino pretiosior. Porro quod unctio etiam sine oleo sit, per Spiritum solum, audi : « Ne tangatis unctos meos [c] . » Quod verbum, de iis, qui ante legem fuere, accipiendum est, quo tempore unctionis per oleum ne nomen quidem innotuit.

« Vocatus. » Humilis et modesti animi hoc verbum est. Indicat enim quod non ipse quærendo invenerit, sed vocatus accesserit.

« Apostolus. » Hoc posuit ad aliorum discrimen qui vocati sunt. Etenim fideles omnes, vocati : at illi ad credendum duntaxat : Mihi vero, inquit, muneris apostolici functio, seu legatio commissa est, quæ et Christo, cum a Patre mitteretur, concredita erat.

« Segregatus in Evangelium Dei. » Hoc est, Selectus ad Evangelii ministerium. Aliter autem et « Segregatus, » pro eo, quod est Prædestinatus ad hoc, accipitur; ut cum ad Jeremiam Deus ait :

[a] Psal. CXVIII, 91. [b] Rom. VI, 17. [c] Psal. X, 15.

« Priusquam exires ex matrice sanctificavi te [d]. » Quinetiam ipse Paulus alibi ait : « Quando visum est Deo, qui me segregavit ex utero matris meæ [e]. » Porro non frustra dicit, « Vocatus sum, et segregatus in Evangelium. » Quoniam vero ei ad arrogantes sermo erat, illum fide dignum efficit, ceu divinitus missum. Evangelium autem dicitur, non solum propter bona jam peracta, verum etiam ob futura. Consolatur insuper auditorem ipso statim Evangelii nomine. Non enim tristia quædam, qualia prophetarum vaticinia, sed innumerorum bonorum thesauros Evangelium complectitur. Deinde, Evangelium hoc Dei est, hoc est Patris, tum quod ab ipso donatum sit, tum quod ipsum manifestum reddat. Etsi enim in Veteri Testamento cognitus erat, solis tamen Judæis erat cognitus, neque illis ipsis, ut Pater. Postea vero per Evangelium revelatus est universo terrarum orbi, una cum Filio suo.

σὲν ὁ Θεός· « Πρὸ τοῦ σε ἐξελθεῖν ἐκ μήτρας, ἡγίακά σε. » Καὶ ὁ Παῦλος δὲ αὐτὸς ἀλλαχοῦ φησιν · « Ὅτε εὐδόκησεν ὁ Θεὸς, ὁ ἀφορίσας με ἐκ κοιλίας μητρός μου. » Οὐ μάτην δὲ λέγει, ὅτι « Κλητός εἰμι, » καὶ ὅτι « Ἀφωρισμένος εἰς τὸ Εὐαγγέλιον. « Ἀλλ' ἐπειδὴ πρὸς ἀλαζόνας ἦν ὁ λόγος αὐτῷ, ἀξιόπιστον αὐτὸν ποιεῖ, ὡς θεόθεν ὄντα. Εὐαγγέλιον δὲ λέγεται, οὐ διὰ τὰ γενόμενα ἀγαθὰ μόνον, ἀλλὰ καὶ διὰ τὰ μέλλοντα. Παραμυθεῖται δὲ καὶ τὸν ἀκροατὴν εὐθὺς διὰ τοῦ ὀνόματος. Οὐ γὰρ σκυθρωπά τινα, οἷα τὰ τῶν προφητῶν, ἀλλὰ μυρίων ἀγαθῶν θησαυροὺς [5] περιέχει. Τὸ δὲ Εὐαγγέλιον τοῦτο τοῦ Θεοῦ ἐστι, τουτέστι, τοῦ Πατρὸς, καὶ ὡς δωρηθὲν παρ' αὐτοῦ, καὶ ὡς γνωρίζον αὐτόν. Εἰ γὰρ καὶ ἐν τῇ Παλαιᾷ ἐγνωστο, ἀλλ' Ἰουδαίοις μόνοις· καὶ οὐδὲ τούτοις, ὡς Πατήρ· ὕστερον δὲ διὰ τοῦ Εὐαγγελίου ἐξεκαλύφθη τῇ οἰκουμένῃ πάσῃ, μετὰ τοῦ Υἱοῦ.

Vers. 2. « Quod antea promiserat per prophetas suos. » Cum tanquam novam, prædicationem illam Evangelii calumniarentur, demonstrat hoc ipsum vel Græcis (sive gentibus) antiquius esse, et in prophetis jam antea perscriptum. Præterea ipsum Evangelii vocabulum in Davide invenitur, dum inquit : « Dominus dabit verbum evangelizantibus, virtute multa [f]. » Et in Isaia : « Quam speciosi pedes evangelizantium pacem [g]. »

« Ὃ προεπηγγείλατο διὰ τῶν προφητῶν αὐτοῦ. » Ἐπειδὴ ὡς καινὸν διέβαλλον τὸ κήρυγμα, δείκνυσιν αὐτὸ πρεσβύτερον ὂν καὶ Ἑλλήνων, καὶ ἐν προφήταις προδιαγραφόμενον· καὶ αὐτοῖς δὲ ῥήμασι τοῦ Εὐαγγελίου τὸ ὄνομα εὑρίσκεται ἐν Δαυὶδ, ὡς τὸ, « Κύριος δώσει ῥῆμα τοῖς εὐαγγελιζομένοις, δυνάμει [6] πολλῇ· καὶ ἐν Ἡσαΐᾳ, « Ὡς ὡραῖοι οἱ πόδες τῶν εὐαγγελιζομένων εἰρήνην! »

« In Scripturis sanctis. » Non enim verba duntaxat prophetæ fecerunt, sed et litteris mandarunt sua, ac per res figurarunt : quemadmodum Abraham per Isaacum, et Moses per serpentem, manuumque extensionem, agnique mactationem. Etenim cum ardua quæpiam moliturus est Deus, multo eadem ante tempore vaticinatur ac prædicit. Quando ergo ait quod : « Multi prophetæ cupierunt videre quæ videtis, et non viderunt [h] : » hoc dicit, nempe, quod carnem illam suam non viderint, adeoque signa ipsa, quæ ipsorum oculis fuerant exposita.

« Ἐν Γραφαῖς ἁγίαις. » Οὐ γὰρ ἔλεγον οἱ προφῆται μόνον, ἀλλὰ καὶ ἔγραφον, καὶ διὰ πραγμάτων ἐτύπουν · ὡς Ἀβραὰμ διὰ τοῦ Ἰσαὰκ, καὶ ὁ Μωϋσῆς διὰ τοῦ ὄφεως, καὶ τῆς τῶν χειρῶν ἐκτάσεως, καὶ τῆς τοῦ ἀμνοῦ σφαγῆς. Καὶ γὰρ ὅταν μέλλῃ μεγάλα τινὰ κατασκευάζειν [7] ὁ Θεὸς, πρὸ πολλῶν αὐτὰ προαναφωνεῖ χρόνων. Εἰ οὖν [8] καὶ λέγει, ὅτι « Πολλοὶ προφῆται ἐπεθύμησαν ἰδεῖν ἃ βλέπετε, καὶ οὐκ εἶδον, » Αὐτὴν τὴν σάρκα, φησὶν, οὐκ εἶδον, καὶ αὐτὰ ἐπὶ τῶν ὄψεων τὰ σημεῖα.

Vers. 3. « De Filio suo, qui natus est ex semine David secundum carnem. » Hic perspicue duas generationes manifestat : per hoc enim quod ait, « De Filio ejus. » hoc est Dei, supernam generationem : per hoc autem quod apponit, « Ex semine David, » inferiorem hanc. Adjiciens porro, « Secundum carnem, » indicavit quod et secundum spiritum ejusdem sit generatio. Quocirca non de nudo et simplici homine Evangelium hoc est : nam de Filio Dei est; neque de nudo et simplici Deo : nam de nato ex semine Davidis secundum carnem; ita ut idem sit utrumque, nempe et Filius Dei et filius Davidis. In posterum itaque Nestorius erubescat. Generationis autem ejus, quæ 5 est secundum carnem, meminit etiam iste, perinde ac tres evange-

« Περὶ τοῦ Υἱοῦ αὐτοῦ τοῦ γενομένου ἐκ σπέρματος Δαυὶδ κατὰ σάρκα. » Ἐνταῦθα φανερῶς τὰς δύο γεννήσεις δηλοῖ· ἐν μὲν τῷ εἰπεῖν, « Περὶ τοῦ Υἱοῦ αὐτοῦ, » τουτέστι τοῦ Θεοῦ, τὴν ἄνω γέννησιν· ἐν δὲ τῷ προσθεῖναι, « Ἐκ σπέρματος Δαυὶδ, » τὴν κάτω· προσθεὶς δὲ καὶ τὸ, « Κατὰ σάρκα, » ἔδειξεν ὅτι κατὰ πνεῦμα γέννησίς ἐστι τοῦ αὐτοῦ. Οὐ τοίνυν περὶ ψιλοῦ ἀνθρώπου ἐστὶ τὸ Εὐαγγέλιον· περὶ γὰρ τοῦ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ ἐστιν· ἀλλ' οὐδὲ περὶ ψιλοῦ Θεοῦ· περὶ γὰρ τοῦ γενομένου ἐκ σπέρματος Δαυὶδ κατὰ σάρκα, τοῦ αὐτοῦ ὄντος ἀμφότερα, καὶ Υἱοῦ Θεοῦ, καὶ υἱοῦ Δαυίδ. Καὶ λοιπὸν αἰσχυνέσθω Νεστόριος. Τῆς δὲ κατὰ σάρκα γεννήσεως αὐτοῦ μέμνηται καὶ οὗτος, ὡς καὶ οἱ τρεῖς Εὐαγγελισταὶ, ὡς ἂν ἀπὸ ταύτης χειραγωγήσῃ τοὺς ἀκροατὰς εἰς [9.10] τὴν ἄνω

[d] Jerem. I. 5, [e] Galat. I 15. [f] Psal. LXVII, 13. [g] Isa. LII, 7. [h] Matth. XIII, 16.

Variæ lectiones.

[5] θησαυρόν O. [6] εἰρήνην O. [7] προκατασκευάζειν O. [8] γοῦν O. [9.10] ἐπὶ O.

γέννησιν. Καὶ γὰρ καὶ αὐτὸς ὁ Κύριος πρῶτον ὤφθη ἄνθρωπος, εἶτα ἐγνώσθη Θεός.

« Τοῦ ὁρισθέντος Υἱοῦ Θεοῦ ἐν δυνάμει, κατὰ Πνεῦμα ἁγιωσύνης, ἐξ ἀναστάσεως νεκρῶν, Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ Κυρίου ἡμῶν. » Εἶπεν ἄνω, ὅτι « περὶ τοῦ Υἱοῦ αὐτοῦ » ἐστι τὸ Εὐαγγέλιον· νῦν οὖν κατασκευάζει, πῶς ἐγνώσθη Υἱὸς τοῦ Θεοῦ, καί φησι, « τοῦ ὁρισθέντος, » τουτέστιν, ἀποδειχθέντος [11], βεβαιωθέντος, κριθέντος. Ὅρος γὰρ ἡ κρίσις, καὶ ἡ ψῆφος, καὶ ἡ ἀπόφασις. Πάντες γὰρ ὡρίσαντο καὶ ἐψηφίσαντο αὐτὸν εἶναι Υἱὸν Θεοῦ. Πόθεν; Ἐν δυνάμει, τουτέστιν, ἀπὸ τῆς δυνάμεως τῶν σημείων ὧν [12] ἐποίει. Ἀλλὰ καὶ « κατὰ Πνεῦμα ἁγιωσύνης, » τουτέστιν, ἐκ τοῦ Πνεύματος, δι' οὗ ἡγίαζε τοὺς πιστεύοντας· Θεοῦ γὰρ τὸ τοιαῦτα χαρίζεσθαι. Ἀλλὰ καὶ « ἐξ ἀναστάσεως νεκρῶν· » πρῶτος γὰρ οὗτος, καὶ μόνος, ἑαυτὸν ἤγειρε. Καὶ ἐκ τῆς ἀναστάσεως οὖν ὡρίσθη καὶ ἀνεφάνθη Υἱὸς Θεοῦ· μέγα γὰρ καὶ τοῦτο, ὡς καὶ αὐτὸς λέγει· « Ὅταν ὑψώσητέ με ἀπὸ τῆς γῆς, τότε γνώσεσθε, ὅτι ἐγώ εἰμι. »

« Δι' οὗ ἐλάβομεν χάριν καὶ ἀποστολὴν εἰς ὑπακοὴν πίστεως. » Ὅρα εὐγνωμοσύνην. Οὐδὲν, φησὶν, ἡμέτερον, ἀλλὰ πάντα ἐλάβομεν διὰ τοῦ Υἱοῦ [13]. Καὶ μὴν διὰ τοῦ Πνεύματος ἔλαβον τὴν ἀποστολὴν καὶ τὴν χάριν. « Ἐκεῖνος γὰρ, φησὶν, ὁδηγήσει ὑμᾶς· » καὶ τὸ Πνεῦμά φησιν, « Ἀφορίσατέ μοι τὸν Παῦλον καὶ τὸν Βαρνάβαν· καὶ, « Διὰ τοῦ Πνεύματος δίδοται λόγος σοφίας. » Καὶ τί τοῦτο; Τὰ τοῦ Πνεύματος τοῦ Υἱοῦ εἰσι, καὶ τὸ ἐμπαλιν. « Χάριν δὲ, φησὶν, ἐλάβομεν καὶ ἀποστολὴν, « τουτέστιν, Οὐκ αὐτοὶ κατωρθώσαμεν τὸ γενέσθαι ἀπόστολοι, ἀλλ' ἐκ τῆς ἄνωθεν χάριτος τοῦτο. Ἀλλὰ καὶ τὸ πείθειν, τῆς χάριτος· τὸ μὲν γὰρ περιιέναι καὶ κηρύττειν, τῶν ἀποστόλων· τὸ δὲ πείθειν τοὺς ἀκούοντας, ὅλον τοῦ Θεοῦ. » Εἰς ὑπακοὴν πίστεως. » Οὐκ εἰς λογομαχίας καὶ ζητήσεις, ἢ κατασκευὰς, ἀπεστάλημεν, φησὶν, ἀλλ' εἰς ὑπακοὴν πίστεως· ἵνα, φησὶν, οἱ διδασκόμενοι ὑπακούωσιν, ἀναντιῤῥήτως πιστεύοντες.

« Ἐν πᾶσι τοῖς ἔθνεσιν ὑπὲρ τοῦ ὀνόματος αὐτοῦ. » — « Ἐν πᾶσι δὲ τοῖς ἔθνεσιν » ἐλάβομεν χάριν, οὐκ ἐγὼ μόνος, ἀλλὰ καὶ οἱ λοιποὶ ἀπόστολοι. Οὐ γὰρ ἤδη Παῦλος πάντα τὰ ἔθνη περιῆλθεν· εἰ μή τις εἴπῃ, ὅτι εἰ καὶ μὴ ζῶν, ἀλλ' οὖν μετὰ τελευτὴν εἰς πάντα τὰ ἔθνη περιέεισι διὰ τῶν Ἐπιστολῶν. Ἵνα δὲ πιστεύσωσιν ἀκούοντες [14] περὶ τοῦ ὀνόματος τοῦ Χριστοῦ, φησὶ [15] περὶ τῆς οὐσίας αὐτοῦ. Τὸ γὰρ ὄνομα τοῦ Χριστοῦ ἦν, ὃ καὶ τὰ σημεῖα ἐποίει. Καὶ τοῦτο δὲ πίστεως δεῖται· οὐδὲ γὰρ, οὐδ' αὐτὸ λογισμῷ καταληπτόν. Ὅρα δὲ τὴν δωρεὰν τοῦ Εὐαγγελίου, οὐχ ἑνὶ ἔθνει, ὡς ἡ Παλαιὰ, ἀλλὰ πᾶσι δοθεῖσαν.

listæ : ut ab hac auditores ad supernam illam generationem quasi manu ducat. Siquidem et ipse Dominus primum visus est homo, deinde cognitus est Deus.

VERS. 4. « Qui definitus est Filius Dei in virtute secundum Spiritum sanctificationis, ex resurrectione mortuorum, Jesu Christi Domini nostri. » Supra dixit, Evangelium esse « de Filio suo : » nunc igitur astruit, quanam ratione cognitus sit Filius Dei, inquiens, « definitus, » hoc est, demonstratus, confirmatus, judicatus. Definitio enim est ipsa judicatio, suffragium seu calculus et sententia. Nam cuncti definierunt judicaruntque ipsum esse Filium Dei. Undenam? « In virtute, » hoc est, ex potentia et efficacia signorum quæ faciebat. Præterea « secundum Spiritum sanctificationis, » hoc est, ex Spiritu per quem sanctificabat credentes. Dei enim est, donare talia. Quinetiam « ex resurrectione mortuorum : » nam primum ille, et solus, se ipse excitavit. Itaque ex resurrectione definitus est ac declaratus Filius Dei. Magnum enim et hoc est, perinde atque ipse ait : « Cum exaltaveritis me a terra, tum cognoscetis quod ego sum [i]. »

VERS. 5. « Per quem accepimus gratiam et apostolatum ad obediendum fidei. » Vide modestiam et animi candorem : Nihil, inquit, nostrum, sed omnia per Filium accepimus. Atqui per Spiritum accepere apostolatum et gratiam. « Ille enim, inquit, docebit vos [j]. » Et Spiritus ait : « Segregate mihi Paulum et Barnabam [k]; » ac, « Per Spiritum datur sermo sapientiæ [l]. » Ecquid hoc? Quæ Spiritus sunt, Filii pariter sunt, et contra. « Gratiam » autem, inquit, « accepimus et apostolatum, » hoc est, Non ipsi virtute nostra, ut apostoli efficeremur, impetravimus, sed hoc a superna gratia. Imo et persuadere gratiæ est. Circuire enim et prædicare apostolorum munus est : persuadere vero auditoribus totum est Dei. « Ad obediendum fidei. » Non ad inanem verborum pugnam, non ad quæstiones, aut ad artificiosam orationis structuram missi sumus, inquit; verum « ad obediendum fidei, « ut qui instituti fuerint, credentes, inquit, citra contradictionem obediant.

« In omnibus gentibus pro nomine ejus. » — « In omnibus *porro* gentibus » accepimus gratiam, non ego solus, verum reliqui etiam apostoli : non enim jam Paulus omnes gentes circumierat. Nisi quispiam dicat quod, etiamsi non vivus, post mortem tamen ad omnes gentes transeat per Epistolas. Ut autem credant, audientes de nomine Christi, non de essentia ipsius. Nomen enim Christi erat, quod et signa faciebat. Atque istuc fide opus habet : neque enim ratione comprehendi potest. Animadverte hic Evangelii donum, non uni videlicet genti, Veteris 6 Testamenti in morem, sed omnibus communicatum.

[i] Joan. VIII. 28. [j] Joan. XVI, 13. [k] Act. XIII, 2. [l] I Cor. XII, 8.

Variæ lectiones.

[11] ἀναδειχθέντος m. [12] ἃ o. [13] ἀπὸ τοῦ Θεοῦ o. [14] οἱ ἀκούοντες m. [15] οὐ γὰρ o.

VERS 6. « In quibus estis et vos vocati Jesu Christi. » Hic tollit illorum fastum et supercilium. » Non enim plus quam cæteræ gentes obtinuistis, qui videmini imperare, quin vobis perinde ac cæteris prædicamus. Nolite igitur gloriari. Potest etiam aliter intelligi : Vocati enim estis et ipsi, gratia anticipati, non propria virtute accedentes.

VERS. 7. « Omnibus qui Romæ estis, dilectis Dei, vocatis sanctis. » Non omnibus simpliciter Romæ agentibus, sed « dilectis Dei. » Unde vero liquet quod dilecti? ex sanctificatione. Sanctos autem fideles vocat omnes. Rursus autem, « Vocatis, » apposuit, beneficium illis ad memoriam revocans, ac simul indicans, quod Etiamsi ex consulibus et primatibus eratis, Deus tamen eadem vos vocatione vocavit, qua privatos, peræque vos diligens et sanctificans. Quoniam igitur similiter et dilecti estis, et vocati, et sanctificati, in tenuiores ne efferamini.

« Gratia vobis et pax. » Quin et Dominus verbum hoc primum apostolis ædes intrantibus dicendum præcepit, verbum, inquam, pacis. Neque enim exiguum bellum diremit, quod nobis peccatum adversus Deum pepererat : pax autem illa non ex nostris laboribus, sed ex divina gratia profluxit : prius itaque gratia est, deinde pax. Hæc itaque duo bona perpetua manere optat et immota, ne denuo nobis in peccatum relabentibus aliud bellum exsuscitetur.

« Deo Patre nostro, et Domino Jesu Christo. » Papæ! quantum valuit gratia ex divina orta dilectione! Nam qui hostes et inglorii eramus, Patrem nacti sumus ipsum Deum. « A Deo Patre igitur et Domino nostro Jesu Christo, » sit vobis stabilis gratia et pax : ab his, inquam, qui hæc ut dederunt, ita et conservare possunt.

VERS. 8. « Primum quidem gratias ago Deo meo per Jesum Christum, pro omnibus vobis, quoniam fides vestra annuntiatur in universo mundo. » Procœmium anima Pauli dignum, quo docemur et ipsi gratias agere, nec pro nostris tantum, sed etiam proximorum bonis : hoc namque charitas est. Gratias autem agit, non pro terrestribus quibusdam et pereuntibus bonis, verum propterea quod Romani crediderunt. Porro, quod ait, « Deo meo, » affectum, quem habebat, declaravit, Deum communem sibi privatim vindicando : quod et factitarunt prophetæ. Quinetiam Deus hoc ipse facit, Deum Abrahami et Isaaci et Jacobi sese nominans [m], ut suam erga ipsos charitatem demonstraret. Gratias agere autem inquit, « per Jesum Christum. » Iste enim nobis gratiarum actionis ad Deum Patre mediator est, non solum nos docens gratias agere, sed et nostram gratiarum actionem Patri offerens. Cujus porro rei causa gratias agit? Quod « fides » Romanorum « annuntiatur in universo mundo. » Duarum illis rerum testimonium dicit, et quod crediderunt, et quod

« Ἐν οἷς ἐστε καὶ ὑμεῖς κλητοὶ Ἰησοῦ Χριστοῦ. » Ἐνταῦθα καθαιρεῖ αὐτῶν τὴν ὀφρύν. Οὐ γὰρ πλέον ἔσχετε [16] τῶν ἄλλων ἐθνῶν, οἱ δοκοῦντες ἄρχειν· ἀλλ' ὥσπερ τοῖς ἄλλοις, οὕτω καὶ ὑμῖν, κηρύττομεν· μὴ οὖν κομπάζετε. Ἀλλὰ καὶ ἄλλως· Κλητοὶ γάρ ἐστε καὶ αὐτοί, χάριτι προληφθέντες, οὐκ ἀφ' ἑαυτῶν προσελθόντες [17].

« Πᾶσι τοῖς οὖσιν ἐν Ῥώμῃ ἀγαπητοῖς Θεοῦ, κλητοῖς ἁγίοις. » Οὐ πᾶσιν ἁπλῶς τοῖς ἐν Ῥώμῃ, ἀλλὰ « τοῖς ἀγαπητοῖς Θεοῦ. » Πόθεν δῆλον, ὅτι ἀγαπητοί; Ἐκ τοῦ ἁγιασμοῦ· ἁγίους δὲ τοὺς πιστοὺς καλεῖ πάντας. Πάλιν δὲ τὸ, « Κλητοῖς, » προσέθηκε, τῆς εὐεργεσίας αὐτοὺς ἀναμιμνήσκων, καὶ δεικνύων, ὅτι Κἂν ἐξ ὑπάτων καὶ ὑπάρχων ἦτε, ἀλλ' ὁ Θεὸς ὑμᾶς ἐν τῇ αὐτῇ κλήσει ἐκάλεσεν, ᾗ καὶ τοὺς ἰδιώτας, ὁμοίως ὑμᾶς ἀγαπήσας καὶ ἁγιάσας. Ἐπεὶ οὖν καὶ ἠγαπήθητε, καὶ ἐκλήθητε, καὶ ἡγιάσθητε ὁμοίως, κατὰ τῶν εὐτελεστέρων μὴ ἐπαίρεσθε.

« Χάρις ὑμῖν καὶ εἰρήνη. » Καὶ ὁ Κύριος τοῦτο πρῶτον ῥῆμα εἰς τὰς οἰκίας εἰσιοῦσι τοῖς ἀποστόλοις λέγειν ἐπέταξε, τὸ τῆς εἰρήνης. Οὐδὲ γὰρ μικρὸν πόλεμον κατέλυσεν, ὃν ἡμῖν ἡ ἁμαρτία πρὸς τὸν Θεὸν ἀπέτεκεν· ἡ δὲ εἰρήνη αὕτη οὐκ ἐξ ἡμετέρων πόνων, ἀλλ' ἐκ τῆς θείας χάριτος· πρότερον οὖν ἡ χάρις, εἶτα ἡ εἰρήνη. Ταῦτα οὖν τὰ δύο ἀγαθὰ ἐπεύχεται μένειν διηνεκῆ καὶ ἀκίνητα, ὥστε μὴ πάλιν ἁμαρτόντων ἡμῶν, ἕτερον ἀναῤῥιπισθῆναι πόλεμον.

« Ἀπὸ Θεοῦ Πατρὸς ἡμῶν, καὶ Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ. » Βαβαί, πόσον ἡ χάρις ἴσχυσεν [18], ἡ ἐκ τῆς θείας ἀγάπης! Οἱ γὰρ ἐχθροὶ καὶ ἄτιμοι Πατέρα ἔσχομεν τὸν Θεόν. Ἀπὸ γοῦν τοῦ Θεοῦ Πατρὸς, καὶ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, εἴη ὑμῖν βεβαία ἡ χάρις, καὶ ἡ εἰρήνη· τῶν καὶ δόντων ταῦτα, καὶ δυναμένων φυλάξαι.

« Πρῶτον μὲν εὐχαριστῶ τῷ Θεῷ μου διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ, ὑπὲρ πάντων ὑμῶν, ὅτι ἡ πίστις ὑμῶν καταγγέλλεται ἐν ὅλῳ τῷ κόσμῳ. » Πρέπον τῇ Παύλου ψυχῇ τὸ προοίμιον, δι' οὗ διδασκόμεθα καὶ αὐτοὶ εὐχαριστεῖν· καὶ οὐχ ὑπὲρ οἰκείων ἀγαθῶν μόνον, ἀλλὰ καὶ τῶν πλησίον· τοῦτο γὰρ ἀγάπη. Εὐχαριστεῖ δὲ, οὐκ ἐπὶ γηΐνοις τισὶ καὶ ἀπολλυμένοις, ἀλλ' ὅτι ἐπίστευσαν Ῥωμαῖοι. Εἰπὼν δὲ, « Τῷ Θεῷ μου, » ἔδειξε τὴν διάθεσιν ἣν ἔχει, τὸν κοινὸν Θεὸν ἰδιοποιούμενος, ὡς καὶ οἱ προφῆται. Καὶ ὁ Θεὸς δὲ αὐτὸς τοῦτο ποιεῖ, Θεὸν Ἀβραὰμ, καὶ Ἰσαὰκ, καὶ Ἰακὼβ, αὐτὸν ὀνομάζων, ἵνα τὴν πρὸς αὐτοὺς ἀγάπην ἐνδείξηται. Εὐχαριστεῖν δέ φησι διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ· οὗτος γὰρ καὶ τῆς πρὸς τὸν Πατέρα εὐχαριστίας [19] ἡμῖν ὁ μεσίτης, οὐ μόνον διδάξας εὐχαριστεῖν, ἀλλὰ καὶ προσάγων τὴν ἡμετέραν εὐχαριστίαν τῷ Πατρί. Τίνος δὲ χάριν εὐχαριστεῖ; Ὅτι ἡ πίστις τῶν Ῥωμαίων καταγγέλλεται [20] ἐν ὅλῳ τῷ κόσμῳ. Δύο αὐτοῖς μαρτυρεῖ, ὅτι τε ἐπίστευσαν, καὶ ὅτι μετὰ τοσαύτης παῤῥησίας, ὥστε τὴν πίστιν αὐτῶν καταγγέλλεσθαι ἐν ὅλῳ τῷ κόσμῳ, καὶ δι'

[m] Exod. III, 15.

Variæ lectiones.

[16] ἔχετε m. [17] προσληφθέντες m. [18] ηὔξησεν o. [19] εὐεργεσίας o. [20] ἡμεῖς οὖν m.

αὐτῶν ὠφελεῖσθαι πάντας, εἰς ζῆλον καὶ μίμησιν τῆς βασιλίδος πόλεως ἐκκαιομένους. Καίτοι δὲ τοῦ Πέτρου κηρύξαντος ἐν Ῥώμῃ, ὅμως τὰ ἐκείνου οἰκεῖα ἡγούμενος, εὐχαριστεῖ ὑπὲρ τῆς πίστεως τῶν τοῦ Πέτρου μαθητῶν· οὕτω βασκανίας ἀπήλλακτο.

A tanta libertate et fiducia crediderunt, ut fides illorum in universo mundo prædicetur, adeoque per ipsos alii omnes utilitatem percipiant, ad regiæ scilicet urbis æmulationem et imitationem accensi. Imo cum Petrus Romæ Evangelium prædicasset, quæ illius erant, sua reputans, pro fide Petri discipulorum gratias agit : adeo ab invidia quidem alienus erat.

« Μάρτυς γάρ μού ἐστιν ὁ Θεὸς, ᾧ λατρεύω ἐν τῷ πνεύματί μου, ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ τοῦ Υἱοῦ αὐτοῦ, ὡς ἀδιαλείπτως μνείαν ὑμῶν ποιοῦμαι πάντοτε, ἐπὶ τῶν προσευχῶν μου. » Ἐπειδὴ οὐδέπω ἦν αὐτοὺς ἑωρακὼς, ἔμελλε δὲ εἰπεῖν, ὅτι « Ἀεὶ μέμνημαι ὑμῶν, » μάρτυρα καλεῖ τὸν τὰς καρδίας εἰδότα. Ὅρα δὲ σπλάγχνα, εἴ γε πάντοτε ἐμέμνητο ἀνθρώπων μηδὲ ὁραθέντων αὐτῷ. Καὶ ποῦ; Ἐν ταῖς προσευχαῖς, καὶ τότε ἀδιαλείπτως. Λατρεύω δὲ τῷ Θεῷ, ὅ ἐστι, δουλεύω· « ἐν τῷ πνεύματί μου, » τοῦτ' ἔστιν, οὐ σαρκικὴν λατρείαν, ἀλλὰ πνευματικήν. Ἡ μὲν γὰρ Ἑλληνικὴ λατρεία, καὶ σαρκικὴ καὶ πεπλανημένη· ἡ δὲ Ἰουδαϊκὴ, ἀπλανὴς μὲν, ἀλλὰ σωματικὴ καὶ αὕτη· ἡ δὲ κατὰ Χριστὸν λατρεία, καὶ ἀληθινὴ, καὶ πνευματική· ὅ καὶ ὁ Κύριος τῇ Σαμαρείτιδί φησιν, ὅτι « Οἱ ἀληθινοὶ προσκυνηταὶ ἐν πνεύματι καὶ ἀληθείᾳ προσκυνήσουσιν. » Ἐπεὶ δὲ πολλοὶ τῆς λατρείας [21] εἰ τρόποι (ὁ μὲν γὰρ λατρεύει καὶ δουλεύει Θεῷ ἐν τῷ τὰ καθ' ἑαυτὸν μόνα οἰκονομεῖν· ὁ δὲ ἐν τῷ καὶ ξένων ἐπιμελεῖσθαι, καὶ χηρῶν προΐστασθαι, ὡς οἱ περὶ Στέφανον· ὁ δὲ ἐν τῇ τοῦ λόγου διακονίᾳ), διὰ τοῦτό φησιν ὁ Παῦλος, ὅτι « ὯΙ ἐγὼ λατρεύω ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ τοῦ Υἱοῦ [22]. » Καίτοι τοῦ Πατρὸς ἔφησεν [23] εἶναι τὸ Εὐαγγέλιον ἄνω· ἀλλ' οὐδὲν καινόν· τὰ γὰρ τοῦ Πατρὸς, τοῦ Υἱοῦ· καὶ τὰ τοῦ Υἱοῦ, τοῦ Πατρός. Λέγει δὲ τοῦτο, δεικνύων ἀναγκαίαν αὐτῷ τὴν τοιαύτην ὑπὲρ αὐτῶν φροντίδα. Ὁ γὰρ τὴν δουλείαν τοῦ Εὐαγγελίου ἐγκεχειρισμένος ἀνάγκην ἔχει πάντων φροντίζειν τῶν τὸν λόγον παραδεχομένων.

B Intuere vero hic apostolica viscera, affectumque singularem, siquidem passim meminit hominum, quos etiam non conspexerat. Ubi hoc? In precationibus, idque incessanter. Colo autem Deum, hoc est, servio Deo; « in spiritu meo, » id est, non carnali cultu; sed spirituali. Gentilis enim cultus et carnalis et erroneus est : Judaicus autem, erroris quidem expers, attamen et ipse corporalis est. Christianus autem cultus, et verus est et spiritualis : quod et Dominus Samaritanæ dici : « Veri adoratores in spiritu et veritate adorabunt [a]. » Quoniam vero multi sint cultus modi (alius enim Deum colit, illique inservit in suarum tantummodo rerum dispensatione : alius hospitibus et C peregrinis adhibendo curam, ac viduarum præfecturam neque non sollicitudinem gerendo, itidem ut Stephanus : alius in verbi ministerio), propter hoc ipsum Paulus inquit : « Cui ego servio in Evangelio Filii. » Atqui supra dixit, Evangelium esse Patris; sed nihil mirum. Quæ enim Patris sunt, Filii etiam sunt; et quæ Filii, Patris. Hæc autem commemorans, necessariam suam super illis curam demonstrat. Cui enim Evangelii annuntiandi servitus est commissa, illi necesse est, ut omnium qui verbum exceperunt, curam gerat.

VERS. 9. « Testis enim mihi est Deus, cui servio in spiritu meo, in Evangelio Filii ejus, quod sine intermissione mentionem vestri faciam semper in orationibus meis. » Quia nunquam eos viderat, dicturus autem erat, « Semper mentionem vestri facio, » testem invocat eum qui cordis abdita novit.

« Δεόμενος εἴ πως ἤδη ποτὲ εὐοδωθήσομαι ἐν τῷ θελήματι τοῦ Θεοῦ, ἐλθεῖν πρὸς ὑμᾶς. » Νῦν προστίθησι καὶ ὑπὲρ τίνος αὐτῶν μέμνηται· Ὑπὲρ τοῦ « ἐλθεῖν, » φησὶ, « πρὸς ὑμᾶς. » Ὅρα δὲ πῶς ἐφίλει μὲν αὐτοὺς, καὶ ἔσπευδεν ἰδεῖν· οὐ μὴν παρὰ τὸ τῷ Θεῷ δοκοῦν. Ἀλλ' ἡμεῖς, ἢ οὐδένα φιλοῦμεν, ἢ ἐπειδὴν φιλήσωμέν ποτε, παρὰ τὸ δοκοῦν τῷ Θεῷ τοῦτο ποιοῦμεν. Ὁ δὲ Παῦλος, τὸ μὲν εὔχεσθαι ἐπιτεταμένως ὡς ἂν αὐτοὺς ἴδῃ, ἀπὸ ἀγάπης σφοδρᾶς ἐποιεῖτο· τὸ δὲ ὑπείκειν τῷ τοῦ Θεοῦ νεύματι, ἀπὸ εὐλαβείας πολλῆς ἐδείκνυ. Καὶ ἡμεῖς ἐν τῷ αἰτεῖν ἐπιτυγχάνοντες, μὴ ἀσχάλλωμεν. Οὐ γάρ ἐσμεν Παύλου βελτίους, ὃς καὶ ὑπὲρ τοῦ σκόλοπος τρὶς τὸν Κύριον παρεκάλεσε καὶ οὐκ ἔτυχε· τοῦτο γὰρ τὸ συμφέρον.

VERS. 10. « Obsecrans si quo modo tandem aliquando prosperum iter habeam in voluntate Dei, ut veniam ad vos. » Nunc adjicit, qua de causa illorum meminerit, nempe, « Ut veniam, » inquit, D « ad vos. » Vide autem quam impense quidem eos amabat ac videre festinabat; non tamen præter voluntatem Dei. Nos vero, aut neminem amore complectimur, aut si quem unquam complexi fuerimus, hoc præter voluntatem Dei agimus. Cæterum quod Paulus § jugiter orabat ut videret eos, ex vehementi hoc charitate faciebat : quod vero Dei nutui obtemperat, religionis erat indicium. Nos itaque, si quando precum nostrarum non efficiamur compotes, ne ægre feramus. Neque enim Paulo sumus meliores, qui pro stimulo ter Deum precatus est, nec tamen quod voluit est assecutus : hoc enim illi profuit.

« Ἐπιποθῶ γὰρ ἰδεῖν ὑμᾶς, ἵνα τι μεταδῶ χά-

VERS. 11. « Desidero enim videre vos, ut aliquod

[a] Joan. IV, 23.

Variæ lectiones.

[21] δουλείας O. [22] φησὶ παρακλήσεως M. [23] εἶπεν O.

vobis donum impertiar spirituale. » Alii pro aliis quidem rebus longam profectionem suscipiunt : ego vero, inquit, « ut vobis aliquid impertiar. » Hoc autem dicit, modestiam spirans. Non enim ait, Ut instituam vos, sed, Ut quod accepi, communicem. Et hoc quoque exiguum et modestum. Porro, donum sive gratia, omne id est, quod ad audientium commoditatem doctores indicant : nam etiamsi rectum officium, et ex virtute factum esse videatur, attamen recte ac præclare a nobis facta, propterea quod superno opus habeant auxilio, dona sunt et charismata.

A ρισμα ὑμῖν πνευματικόν. » Ἄλλοι μὲν ὑπὲρ ἄλλων ὁδοιπορίας [24] μακρὰς στέλλονται, ἐγὼ δὲ, φησὶν, « ἵνα τι μεταδῶ ὑμῖν. » Μετριοφρονῶν δὲ τοῦτο λέγει· οὐ γὰρ εἶπεν, Ἵνα διδάξω, ἀλλ', Ἵνα ὅπερ ἔλαβον, μεταδῶ. Καὶ τοῦτο μικρὸν καὶ σύμμετρον. Χάρισμα δέ [25] ἐστι πᾶν, ὅπερ οἱ διδάσκαλοι εἰς [26] ὠφέλειαν τῶν ἀκουόντων ἐνδείκνυνται. Εἰ γὰρ καὶ κατόρθωμα δοκεῖ, ἀλλ' οὖν καὶ τὰ κατορθώματα ἡμῶν χαρίσματά εἰσι, διὰ τὸ τῆς ἄνωθεν δεῖσθαι ῥοπῆς.

Vers. 12. « Ad confirmandos vos : hoc autem est, ut communem capiam consolationem in vobis per mutuam fidem vestram simul et meam. » Clanculum indicavit multa ipsis opus esse correctione. Postquam autem et hoc valde molestum erat (dicere namque potuissent : Quid ais? Concutimur? Circumferimur? tuaque ut confirmemur opera indigemus?) infert, « Hoc autem est, ut consolationem simul capiam. » Quod vero ait, hujusmodi est : Multas sustinuistis afflictiones : « Desideravi igitur vos videre, » ut quadantenus vos consolarer, imo potius, ut et ipse consolationem acciperem : commune enim hoc lucrum est. Quasi enim in captivitate degentes, qui tum fideles erant, opus habebant mutuo conventu, quo impense alter alterum consolarentur. Quid inde? Num et Paulus illorum auxilio indigebat? Absit a te istud, o Ecclesiæ columna! Verum ne impetuosum sermonem faciat, neve illos feriat seu percellat, uti diximus, ea propter et sese eorum consolationis indigere ait. Sin autem quispiam consolationem hic dixerit esse lætitiam, quam ob fidei Romanorum incrementum habuerit, atque ea indigere Paulum, recte mea quidem sententia dixerit : quod et perspicuum est ex eo quod ait, « Per mutuam fidem vestram simul et meam; » ut sit hæc sententia : Ego quidem conspecta fide vestra solamen capiam, atque lætabor ex animo : vos vero per meam fidem confirmabimini, consolatione accepta de iis rebus, quibus fortasse præ pusillanimitate concutimini. Verum hæc non aperte dicit, sed orationem artificiose contexit, uti dictum est.

« Εἰς τὸ στηριχθῆναι ὑμᾶς· τοῦτο δέ ἐστι, συμπαρακληθῆναι ἐν ὑμῖν, διὰ τῆς ἐν ἀλλήλοις πίστεως ὑμῶν τε καὶ ἐμοῦ. » Λανθανόντως ἔδειξε πολλῆς δεομένους διορθώσεως. Ἐπεὶ δὲ καὶ τοῦτο σφόδρα φορτικὸν ἦν (εἶπον γὰρ ἄν· Τί λέγεις; Σαλευόμεθα; περιφερόμεθα; καὶ σοῦ δεόμεθα εἰς τὸ στηριχθῆναι;) ἐπάγει· « Τοῦτο δέ ἐστι, συμπαρακληθῆναι. » Ὃ δὲ λέγει τοιοῦτόν ἐστι· Πολλὰς ὑπεμείνατε θλίψεις· ἐπεθύμησα τοίνυν ἰδεῖν ὑμᾶς, ἵνα τι παρακαλέσω· μᾶλλον δὲ, ἵνα καὶ αὐτὸς παράκλησιν δέξωμαι· κοινὸν γάρ ἐστι τὸ κέρδος. Ὥσπερ γὰρ ἐν αἰχμαλωσίᾳ ὄντες, οἱ τότε πιστοὶ ἐδέοντο τῆς πρὸς ἀλλήλους συναγωγῆς, καὶ μεγάλως παρεμυθοῦντο. Τί οὖν; Καὶ Παῦλος ἐδεῖτο τῆς παρ' ἐκείνων συμμαχίας; Ἄπαγε, ὁ τῆς Ἐκκλησίας στῦλος! Ἀλλ' ἵνα μὴ καταφορικὸν [27] ποιήσῃ τὸν λόγον, καὶ πλήξῃ, ὡς εἴπομεν, αὐτοὺς, τούτου ἕνεκεν καὶ αὐτὸς [28] δεῖσθαι τῆς παρ' ἐκείνων παρακλήσεως ἔφη. Εἰ δέ τις ἐνταῦθα παράκλησιν εἶναι λέγει τὴν εὐφροσύνην, τὴν ἐπὶ τῇ τῆς πίστεως τῶν Ῥωμαίων ἐπιδόσει, καὶ ταύτης δεῖσθαι τὸν Παῦλον, καλῶς ἂν εἴποι· ὃ ὅῆλον καὶ ἐκ τοῦ λέγειν· « Διὰ τῆς ἐν ἀλλήλοις πίστεως ὑμῶν τε καὶ ἐμοῦ· » ὡς εἶναι τὸν λόγον τοιοῦτον· Καὶ ἐγὼ μὲν, ἰδὼν τὴν πίστιν ὑμῶν, παρακληθήσομαι καὶ εὐφρανθήσομαι· καὶ ὑμεῖς δὲ ὑπὸ τῆς ἐν ἐμοὶ πίστεως στηριχθήσεσθε, παραμυθηθέντες ἐφ' οἷς ἴσως διὰ μικροψυχίαν σαλεύεσθε. Ἀλλ' οὐ ταῦτα λέγει φανερῶς, ἀλλὰ μεθοδεύει τὸν λόγον, ὡς εἴρηται.

Vers. 13. « Nolo autem vos ignorare, fratres, quod sæpe proposui venire ad vos, et prohibitus sum hucusque. » Potsquam supra dixerat, Opto venire ad vos, ac verisimile erat quosdam cogitare secum, Si optas et concupiscis 9 consolari, et consolationem rursus accipere, quid est quod prohibeat, quo minus venias? subintulit, quoniam « Prohibitus sum » a Deo. Animadverte vero, quomodo non curiose inquirat cur sit prohibitus. Nam Dominicis mandatis plane obsequitur, erudiens et nos, ne curiose indagemus ea quæ Deus facit. Denuntiat itaque Romanis, quod non per socordiam aut contemptum non venerit. Adeo enim ardenter vos diligo, inquit, ut neque prohibitus destiterim, sed terum atque iterum conatus sum venire, ob vehementem erga vos dilectionem.

« Οὐ θέλω δὲ ὑμᾶς ἀγνοεῖν, ἀδελφοὶ, ὅτι πολλάκις προεθέμην πρὸς ὑμᾶς ἐλθεῖν, καὶ ἐκωλύθην ἄχρι τοῦ δεῦρο. » Ἐπειδὴ ἀνωτέρω εἶπεν, ὅτι Εὔχομαι ἐλθεῖν πρὸς ὑμᾶς, εἰκὸς δὲ ἦν τινας ὑπονοῆσαι, ὅτι Εἰ εὔχῃ καὶ ἐπιθυμεῖς παρακαλέσαι, καὶ παρακληθῆναι, τί τὸ κωλύον ἐλθεῖν; ἐπήγαγεν, ὅτι « Ἐκωλύθην » ἐλθεῖν ὑπὸ Θεοῦ [29]. Ὅρα δὲ, πῶς οὐ περιεργάζεται διὰ τί ἐκωλύθη, ἀλλ' ὑπείκει [30] τοῖς Δεσποτικοῖς προστάγμασι, παιδεύων καὶ ἡμᾶς, ἵνα μὴ περιεργαζώμεθα ἃ ὁ Θεὸς ποιεῖ. Δείκνυσιν οὖν τοῖς Ῥωμαίοις, ὅτι οὐ διὰ ῥᾳθυμίαν, ἢ καταφρόνησιν, οὐκ ἦρχετο. Τοσοῦτον γὰρ περικαίομαι ὑμῶν, ὅτι οὐδὲ κωλυόμενος ἀφιστάμην, ἀλλὰ πάλιν καὶ πάλιν ἐπεχείρουν ἐλθεῖν, διὰ τὴν σφοδρὰν περὶ ὑμᾶς ἀγάπην.

Variæ lectiones.

[24] ἀποδημίας O. [25] γὰρ O. [26] πρὸς O. [27] κατάφορον O. [28] Ἴσ. αὐτόν. [29] παρὰ Θεοῦ O. [30] ὑπέκειτο O.

« Ἵνα τινὰ καρπὸν σχῶ καὶ ἐν ὑμῖν, καθὼς καὶ ἐν τοῖς λοιποῖς ἔθνεσιν. » Ἐπειδὴ περίβλεπτος ἦν ἡ πόλις, καὶ πάντες πρὸς αὐτὴν συνέῤῥεον, διὰ τὰ ἐν αὐτῇ [31] θαύματα, καὶ τὴν δόξαν αὐτῆς, ἵνα μή τις νομίσῃ τὸν Παῦλον διὰ τὴν αὐτὴν αἰτίαν ἐπιθυμεῖν τῆς θέας αὐτῶν, φησί· Διὰ τοῦτο ἐπεθύμουν ἐλθεῖν, « ἵνα τινὰ καρπὸν σχῶ. » Ἅμα δὲ καὶ τὴν ἄλλην ὑπόνοιαν λύει· ἴσως γὰρ εἶπεν ἄν τις, ὅτι Διὰ τοῦτο ἐκωλύου, διότι οὐ κατὰ Θεὸν ἐλθεῖν ἐβούλου. Φησὶν οὖν, ὅτι Καρπὸν σχεῖν ἐβουλόμην. Οὐκ εἶπε δέ, Ἵνα κατηχήσω, ἵνα διδάξω· ἀλλὰ μετριοφρονῶν, « Ἵνα τινὰ καρπὸν σχῶ »· ὥσπερ καὶ ἀνωτέρω, « Ἵνα τι μεταδῶ χάρισμα. » Συστέλλων δὲ καὶ αὐτούς, φησί· « Καθὼς καὶ ἐν τοῖς λοιποῖς ἔθνεσι. » Μὴ γὰρ ἐπειδὴ βασιλεύετε, νομίσητε κρείττους εἶναι τῶν λοιπῶν ἐθνῶν· ἐν ἴσῃ γὰρ τάξει ἵστασθε.

A « Ut fructum aliquem habeam in vobis, quemadmodum et in reliquis gentibus. » Quia celeberrima erat urbs, et omnes ad eam confluebant propter miranda quæ in ipsa spectabantur, et magnificentiam ejus, ne quis existimet, quod Paulus ob eamdem causam eos videre desideret, Propter hoc, inquit, desiderabam venire, « ut fructum aliquem habeam. » Simul autem et aliam suspicionem diluit. Forsan enim dixisset quispiam, Eam ob causam prohibebaris, quod non secundum Dei voluntatem venire volueris: dicit igitur, Fructum habere volebam. Non, autem ait, Ut instituam, ut doceam, verum moderate loquens, « Ut aliquem fructum habeam. » Perinde ac supra, « Ut aliquod donum impertiam. » Illorum autem factum compescens, inquit, « Quemadmodum B et in reliquis gentibus. » Non enim quia imperium orbis penes vos est, arbitremini vos reliquis gentibus præstantiores esse : æquali enim ordine collocamini.

« Ἕλλησί τε καὶ Βαρβάροις, σοφοῖς τε καὶ ἀνοήτοις ὀφειλέτης εἰμί. Οὕτω τὸ κατ' ἐμὲ πρόθυμον καὶ ὑμῖν τοῖς ἐν Ῥώμῃ εὐαγγελίσασθαι. « Καὶ τοῦτο μετριοφροσύνης. Οὐδὲν, γὰρ, φησὶν, ἐγὼ χαρίζομαι, ἀλλ' ἐπίταγμα πληρῶ Δεσποτικὸν, καὶ τῷ Θεῷ εὐχαριστεῖν δεῖ ὑμᾶς· ἐκεῖνος γὰρ ὁ εὐεργετῶν, ἐγὼ δὲ ὀφειλέτης εἰμὶ, καὶ ἀπαραίτητον χρέος ἔχω τὸ κηρύττειν· ὃ καὶ τοῖς Κορινθίοις ἔφη· « Οὐαί μοι, ἐὰν μὴ εὐαγγελίζωμαι. » Πρόθυμος οὖν εἰμι καὶ ὑμῖν κηρύξαι, κἂν κίνδυνοι προορῶνται· οὕτως ἔζεε τῇ ὑπὲρ τοῦ Χριστοῦ σπουδῇ.

VERS. 14, 15, « Græcis et Barbaris, sapientibus et insipientibus debitor sum. Ita quantum in me est, paratus sum et vobis, qui Romæ estis, evangelizare. » Hoc etiam ex modestia manat. Nihil enim, inquit, ego dono, verum Domini mei mandatum adimpleo, Deoque vos gratias agere convenit: siquidem ille benefactor est, ego vero « debitor sum, » et irrecusabile debitum habeo prædicandi, ipsum scilicet munus : quod et Corinthiis dicebat : « Væ mihi, si non evangelizavero [o]. » Proinde sane paratus sum et vobis Evangelium annuntiare, etiamsi pericula oculis observentur. Tanto in Christum flagrabat studio.

« Οὐ γὰρ ἐπαισχύνομαι τὸ Εὐαγγέλιον τοῦ Χριστοῦ· δύναμις γὰρ Θεοῦ ἐστιν εἰς σωτηρίαν παντὶ τῷ πιστεύοντι. » Ἐπειδὴ οἱ Ῥωμαῖοι σφόδρα ἦσαν ἐκπεπληγμένοι περὶ τὴν τοῦ κόσμου δόξαν, αὐτὸς δὲ ἤμελλε κηρύττειν τὸν πάντα τὰ τῆς ἀτιμίας [32] ὑπομείναντα Ἰησοῦν, καὶ εἰκὸς ἦν αὐτοὺς ἐπαισχύνεσθαι τοιούτῳ δοκοῦντι Σωτῆρι· διὰ τοῦτό φησιν· « Οὐκ ἐπαισχύνομαι· ἐκείνους γέως διδάσκων μὴ ἐπαισχύνεσθαι, ἐπείτοι γε αὐτὸς οὐ μόνον οὐκ ἐπησχύνετο, ἀλλὰ καὶ ἐνεκαλλωπίζετο τῷ ἐσταυρωμένῳ καὶ ἐνεκαυχᾶτο. Ἅμα δὲ καὶ ἐπειδὴ αὐτοὶ ἐπὶ σοφίᾳ ἐκόμπαζον, Ἐγὼ, φησὶ, σταυρὸν ἔρχομαι κηρύττων· καὶ οὐ διὰ τοῦτο αἰσχύνομαι· « Δύναμις γὰρ Θεοῦ ἐστιν εἰς σωτηρίαν [33]. » Ἔστι καὶ δύναμις εἰς κόλασιν, ὡς τοῖς Αἰγυπτίοις ἐνεδείκνυτο ὁ Θεὸς τὴν αὐτοῦ δύναμιν, κολάζων αὐτούς. Ἔστι καὶ εἰς ἀπώλειαν, ὡς τὸ, « Φοβήθητε τὸν δυνάμενον ἀπολέσαι ἐν γεέννῃ. » Ἃ D τοίνυν ἐγὼ ὁ Παῦλος κηρύττω, οὐ κόλασιν καὶ ἀπώλειαν παρέχει, ἀλλὰ σωτηρίαν. Τίνι δέ; « Παντὶ τῷ πιστεύοντι. » Οὐ γὰρ ἁπλῶς πᾶσίν ἐστιν εἰς σωτηρίαν τὸ Εὐαγγέλιον, ἀλλὰ τοῖς παραδεχομένοις.

VERS. 16. « Non enim pudet me Evangelii Christi. Virtus enim Dei est ad salutem omni credenti. » Cum Romani ad mundi hujus gloriam mirifice obstupefacti essent, ipse vero prædicaturus erat, qui nihil non ignominiæ pertulerat, Jesum; ac verisimile erat ipsis pudori hoc fore, si talis existimaretur Servator : propterea, « Non me pudet, « inquit : illos juxta docens, ne pudefiant : quandoquidem et ipse nedum non pudefiebat, quin potius pulchrum sibi putabat, et gloriabatur eo nomine. Quia vero et ipsi sapientiæ nomine turgidi erant, Ego, inquit, crucem **10** venio prædicaturus, nec propterea pudore suffundor : nam, » Virtus Dei est in salutem. » Est etiam virtus (sive potentia, ad punitionem, quemadmodum Ægyptiis suam Deus potentiam demonstrabat, ipsos pœna afficiens. Est præterea et ad interitum, ut cum ait : « Timete eum, qui potest perdere in gehenna [p]. » Quæ igitur ego Paulus prædico, non pœnam neque interitum continent, sed salutem. Cui autem? « Omni credenti. » Non enim simpliciter cunctis Evangelium cedit ad salutem, sed accipientibus illud.

« Ἰουδαίῳ τε πρῶτον καὶ Ἕλληνι. » Τὸ, « Πρῶτον, » ἐνταῦθα, τάξεώς ἐστι τιμὴ, οὐ χάριτος πλεονασμός.

« Judæo primum, et Græco. » *Primum* hic est ordinis honos, non gratiæ exuberantia. Non enim

[o] I Cor. IX, 16. [p] Matth. X, 28.

Variæ lectiones.

[31] ἐνταῦθα o. [32] ἀδοξίας o. [33] ἡ σωτηρία m.

plus habet Judæus (aut præferendus est) eo quod majorem justitiam acceperit : verum quod primus eam acceperit, honoratus est : solius idcirco verbi est honor.

A Οὐ γὰρ πλέον ἔχει ὁ Ἰουδαῖος, ἐν τῷ μείζονα λαβεῖν δικαιοσύνην, ἀλλ' ἐν τῷ πρῶτον αὐτὴν λαβεῖν, τετίμηται· ῥήματος οὖν ἐστι τιμὴ μόνον.

VERS. 17. « Justitia enim Dei in ipso revelatur ex fide in fidem, sicut scriptum est : Justus autem ex fide vivet [q]. » Cum dixerit quod ad salutem esset Evangelium, exponit, qui hoc fit: nempe quod servet nos « justitia Dei, » non sane nostra. Qualem enim justitiam nos haberemus exsecrati operibus et corrupti? At vero Deus justificavit nos, non ex operibus, sed ex fide, quæ ad fidem uberiorem et majorem procedere debet. Nec enim satis est primum credidisse, sed ex introductoria fide oportet nos ascendere ad consummatiorem fidem, immobilem nempe et firmam sedem, seu stabilimentum : B sicut et apostoli dixerunt ad Dominum : « Adauge nobis fidem [r], » Confirmat autem quod ait, nempe, quod ex fide justificati sumus, ex prophetia Habacuc : « Justus enim, inquit, ex fide vivet. » Cum enim ea quæ nobis per gratiam suam Deus impertiit, humanas cogitationes excedant, merito nobis fide opus est. Nam si cœperimus curiosi divinarum rerum scrutatores esse, universum perdidimus.

« Δικαιοσύνη γὰρ Θεοῦ ἐν αὐτῷ ἀποκαλύπτεται ἐκ πίστεως εἰς πίστιν, καθὼς γέγραπται· Ὁ δὲ δίκαιος ἐκ πίστεως ζήσεται. » Εἰπὼν, ὅτι εἰς σωτηρίαν ἐστὶ τὸ Εὐαγγέλιον, λέγει καὶ πῶς ἐστι τοῦτο. Ὅτι ἡ δικαιοσύνη τοῦ Θεοῦ σώζει ἡμᾶς· οὐ γὰρ ἡμετέρα. Ποίαν γὰρ εἴχομεν [34] δικαιοσύνην ἡμεῖς ἐβδελυγμένοι τοῖς ἔργοις καὶ διεφθαρμένοι; Ἀλλ' ὁ Θεὸς ἐδικαίωσεν ἡμᾶς, οὐκ ἐξ ἔργων, ἀλλ' ἐκ πίστεως, ἥτις εἰς πίστιν πλείω καὶ μείζω προκόπτειν ὀφείλει. Οὐ γὰρ ἀρκεῖ τὸ πρώτως πιστεῦσαι, ἀλλ' ἐκ τῆς εἰσαγωγικῆς πίστεως δεῖ ἡμᾶς ἀναβαίνειν εἰς τὴν τελεωτέραν πίστιν, τὴν ἀμετάσειστον δηλαδὴ καὶ βεβαίαν ἕδρυσιν, καθὸ καὶ οἱ ἀπόστολοι εἶπον πρὸς τὸν Κύριον· « Πρόσθες [35] ἡμῖν πίστιν. » Βεβαιοῖ δὲ ὃ λέγει, φημὶ δὲ, ὅτι ἐκ πίστεως ἐδικαιώθημεν, ἀπὸ τῆς τοῦ Ἀββακούμ· « Ὁ δίκαιος γὰρ, φησὶν, ἐκ πίστεως ζήσεται. » Ἐπειδὴ γὰρ ἅπερ ἡμῖν ὁ Θεὸς ἐχαρίσατο, ὑπερβαίνει τοὺς ἀνθρωπίνους λογισμοὺς, εἰκότως τῆς πίστεως δεῖ ἡμῖν· ὡς ἐάν γε ἀρξώμεθα περιεργάζεσθαι, τὸ πᾶν ἀπωλέσαμεν.

VERS. 18. « Revelatur enim ira Dei de cœlo super omnem impietatem et injustititam hominum, veritatem in injustitia detinentium. « Cum a commodioribus orsus esset, dixissetque justitiam Dei per Evangelium revelari, nunc ea profert quæ terrere C queant : novit enim quod plures metu ad virtutem trahuntur. Hunc in modum Deus regni mentionem faciens, simul gehennæ meminit : Prophetæ item primum bona præponunt, deinde mala subjiciunt. Nam illa quidem sunt præcedentis et præcipuæ voluntatis Dei, hæc autem nostræ ignaviæ. Considera autem hic orationis consecutionem ; Venit, inquit, Dominus justitiam tibi afferens, noxæque dimissionem : quæ si non admiseris, tum revelatur ira Dei de cœlo, quæ videlicet in secundo exprometur adventu. Ac hodie quidem experimur iram ejus, **11** verum ad correctionem : tum vero ad supplicium tantumodo. Et nunc quidem ab hominibus videmur in multis lædi et affligi : tunc vero manifesta erit pœna divina « super omnem impietatem. » Ve- D rus sane cultus et pietas una est: impietas vero, multifida: eam ob rem dixit, « Omnem impietatem, » ceu multæ sint ejus viæ : « et injustitiam hominum. » Aliud est impietas, et aliud injustitia. Illa enim in Deum, injustitia vero in homines. Ac illa quidem mentis in speculatione versantis peccatum est, hæc vero id opere consistentis. Hujus porro sunt multæ semitæ. Nam injurius est quispiam proximo, cum in pecunia et facultatibus, tum in uxore et gloria. Quidam vero asserunt, etiam inju-

« Ἀποκαλύπτεται γὰρ ὀργὴ Θεοῦ [36] ἐπὶ πᾶσαν ἀσέβειαν καὶ ἀδικίαν ἀνθρώπων τῶν τὴν ἀλήθειαν ἐν ἀδικίᾳ κατεχόντων. » Ἀπὸ τῶν χρηστοτέρων [37] ἀρξάμενος, καὶ εἰπὼν, ὅτι δικαιοσύνη Θεοῦ ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ ἀποκαλύπτεται, νῦν λέγει καὶ τὰ φοβῆσαι δυνάμενα· οἶδε γὰρ, ὅτι οἱ πλείους τῷ φόβῳ πρὸς τὴν ἀρετὴν ἕλκονται. Οὕτω καὶ ὁ Θεὸς μετὰ τὴν βασιλείαν καὶ [38] περὶ γεέννης λέγει. Καὶ οἱ προφῆται τὰ ἀγαθὰ προτιθέασιν, εἶτα τὰ κακά· ὅτι ἐκεῖνα μὲν, τῆς προηγουμένης τοῦ Θεοῦ γνώμης, ταῦτα δὲ [39], τῆς ἡμετέρας ῥαθυμίας. Σκόπει δὲ τὴν ἀκολουθίαν τοῦ λόγου· Ἦλθε, φησὶν, ὁ Κύριος, δικαιοσύνην σοι φέρων καὶ ἄφεσιν· ἐὰν μὴ δέξῃ, τότε ἀποκαλύπτεται ἡ ὀργὴ τοῦ Θεοῦ ἀπὸ οὐρανοῦ, ἡ κατὰ τὴν δευτέραν δηλαδὴ παρουσίαν. Καὶ νῦν μὲν γὰρ ἀπολλύομεν [*f.* — λαύομ.] τῆς ὀργῆς αὐτοῦ, ἀλλὰ πρὸς διόρθωσιν· τότε δὲ, πρὸς κόλασιν μόνον. Καὶ νῦν μὲν ὑπὸ ἀνθρώπων δοκοῦμεν ἐπηρεάζεσθαι τὰ πολλά· τότε δὲ, φανερὰ ἡ παρὰ τοῦ Θεοῦ κόλασις « ἐπὶ πᾶσαν ἀσέβειαν. » Ἡ μὲν [40] ἀληθὴς λατρεία, καὶ ἡ εὐσέβεια, μία· ἡ δὲ ἀσέβεια, πολυσχιδής· διὰ τοῦτο εἶπε, « Πᾶσαν ἀσέβειαν, » ὡς πολλῶν οὐσῶν ὁδῶν. « Καὶ ἀδικίαν ἀνθρώπων. » Ἄλλο ἀσέβεια, καὶ ἄλλο ἀδικία· ἡ μὲν γὰρ, εἰς Θεόν· ἡ δὲ ἀδικία, εἰς ἀνθρώπους· καὶ ἡ μὲν, τοῦ θεωρητικοῦ ἁμάρτημα· ἡ δὲ, τοῦ πρακτικοῦ. Πολλαὶ δὲ καὶ αἱ ταύτης ὁδοί· ἀδικεῖ γάρ τις τὸν πλησίον καὶ ἐν χρήμασι, καὶ ἐν γυναικὶ, καὶ ἐν δόξῃ. Τινὲς δέ φασιν ὅτι καὶ τὴν ἀδικίαν περὶ δογμάτων ἔθηκε. Τί δέ ἐστι, « Τῶν τὴν ἀλήθειαν ἐν ἀδικίᾳ κατεχόντων, » ἄκουε·

[q] Habac. II, 4. [r] Luc. XVII, 5.

Variæ lectiones.

[34] ἔχομεν m. [35] πρόθες m. [36] Θεοῦ ἀπ' οὐρανοῦ m. [37] γάρ. [38] τῆς βασιλείας o. [39] τὰ ἀκόλουθα m. [40] ἡ μὲν γὰρ m.

Ἡ ἀλήθεια, ἤτοι ἡ περὶ Θεοῦ γνῶσις, τοῖς ἀνθρώποις ἐνετέθη ἐξ ἀρχῆς. Ταύτην τὴν ἀλήθειαν καὶ τὴν γνῶσιν οἱ Ἕλληνες ἐν ἀδικίᾳ κατέσχον, τουτέστιν, ἠδίκησαν τὸ ὅσον ἐπ' αὐτοῖς, εἰδώλοις περιθέντες τὴν δόξαν τοῦ Θεοῦ. Ὥσπερ καὶ ὁ χρήματα λαβών, ὥστε εἰς τὴν τοῦ βασιλέως δόξαν ἀναλῶσαι, ἂν εἰς λῃστὰς δαπανήσῃ ταῦτα καὶ πόρνας, λεχθείη ἂν ἀδικῆσαι τὴν τοῦ βασιλέως δόξαν. Καὶ οἱ Ἕλληνες οὖν ἐν ἀδικίᾳ κατέσχον, τουτέστι, κατεκάλυψαν, καὶ ἀπέστησαν ἀδίκως τὴν δόξαν τοῦ Θεοῦ [41] καὶ τὴν γνῶσιν, οὐκ εἰς τὸ προσῆκον αὐτῇ χρησάμενοι.

A stitiam de dogmatibus hic positam. Quid vero sit « Veritatem in injustitia detinentium, » audi : Veritas, sive quæ de Deo est cognitio, mortalibus ab initio est insita. Hanc veritatem atque otitiam Græci in injustitia detinuerunt, hoc est, quantum in ipsis erat, injuria affecerunt, idolis deferentes gloriam Dei. Perinde ac si quis pecunias accipiens, ad regis gloriam insumendas, illas in prædones et scorta prodigat, recte dicetur injurius esse adversus regis gloriam et magnificentiam. Græci itaque in injustitia detinuerunt, hoc est, cooperuerunt, et injuste veluti tenebris obfuscarunt gloriam Dei et cognitionem, cum non decenter neque commode illa uterentur.

« Διότι τὸ γνωστὸν τοῦ Θεοῦ φανερόν ἐστιν ἐν αὐτοῖς· ὁ γὰρ Θεὸς αὐτοῖς ἐφανέρωσε. Τὰ γὰρ ἀόρατα αὐτοῦ ἀπὸ κτίσεως κόσμου τοῖς ποιήμασι νοούμενα καθορᾶται, ἥ τε ἀΐδιος αὐτοῦ δύναμις καὶ θειότης, εἰς τὸ εἶναι αὐτοὺς ἀναπολογήτους· διότι γνόντες τὸν Θεὸν, οὐχ ὡς Θεὸν ἐδόξασαν, ἢ ηὐχαρίστησαν. » Εἶπεν ἄνω, ὅτι τὴν τοῦ Θεοῦ γνῶσιν ἠδίκησαν οἱ Ἕλληνες, κακῶς αὐτῇ χρησάμενοι. Πόθεν οὖν δῆλον, ὅτι γνῶσιν εἶχον, νῦν φησιν· « Ὅτι τὸ γνωστὸν τοῦ Θεοῦ φανερόν ἐστιν ἐν αὐτοῖς. » Εἶτα καὶ τοῦτο κατασκευάζει, λέγων, ὅτι Ἀπὸ τῆς εὐταξίας τῶν κτισμάτων κηρύττεται [42] ὁ Δημιουργός· ὡς καὶ ὁ Δαυὶδ λέγει· « Οἱ οὐρανοὶ διηγοῦνται δόξαν Θεοῦ. » Τὸ γνωστὸν δὲ τοῦ Θεοῦ τί ἐστιν, οὕτως ἂν μάθοις· Τοῦ Θεοῦ, τὸ μέν ἐστιν ἄγνωστον, οἷον ἡ οὐσία αὐτοῦ· τὸ δὲ γνωστὸν, οἷον πάντα τὰ περὶ τὴν οὐσίαν, τουτέστιν, ἡ ἀγαθότης, ἡ σοφία, ἡ δύναμις, ἡ θειότης, ἤτοι μεγαλειότης· ἃ καὶ ἀόρατα αὐτοῦ ὁ Παῦλος λέγει, νοούμενα μὲν [43] τοῖς ποιήμασι. Τοῖς οὖν Ἕλλησιν ἔδειξε τὸ γνωστὸν αὐτοῦ πᾶν, ἤγουν τὰ περὶ τὴν οὐσίαν αὐτοῦ πάντα, ἃ ὀφθαλμοῖς μὲν αἰσθητοῖς ἀόρατά εἰσι, νῷ δὲ καταληπτὰ, διὰ τῆς ἐν τοῖς ποιήμασιν ἐναργείας. Τινὲς δὲ ἀόρατα τοὺς ἀγγέλους φασίν· οὐκ εὐστόχως [44], οἶμαι. Εἶπε δέ τις τῶν Πατέρων, ἀΐδιον δύναμιν, τὸν Υἱόν· θειότητα δὲ, τὸ Πνεῦμα.

Vers. 19-21. « Quia quod de Deo cognosci potest, manifestum est in illis : Deus enim ipsis manifestavit. Invisibilia enim ipsius a creatura mundi per ea quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur, sempiterna quoque ejus potentia et divinitas : ita ut sint inexcusabiles : quia cum Deum cognovissent, non ut Deum glorificaverunt, aut gratias egerunt. » Supra dixit, quod cognitionem Dei injuria affecerunt Græci, ea nimirum abutentes. Unde igitur perspicuum sit, quod Dei notitiam habuerint, nunc explicat : « Quoniam quod de Deo cognosci potest, manifestum est in illis. » Deinde hoc ipsum corroborat, inquiens, quoniam ex bona creaturarum constitutione prædicatur Opifex : quemadmodum et David ait : « Cœli enarrant gloriam Dei [a]. » Quid autem sit, quod de Deo cognosci possit, ita discere queas. De Deo, aliud quidem cognosci non potest, ut ipsa essentia : aliud vero cognosci potest, ut omnia quæ C sunt circa essentiam, nempe bonitas, sapientia, potentia, divinitas, sive majestas : quæ et invisibilia ejus divus Paulus nominat, intellecta quidem ex operibus. Græcis itaque monstravit quidquid de sese cognosci posset, sive omnia ad essentiam ejus spectantia : quæ oculis quidem sensibilibus invisibilia sunt, mente vero comprehensibilia, propter concinnam in operibus ordinationem. **12** Quidam vero invisibilia, angelos dicunt, minus tamen apposite, ut opinor. Quidam autem e Patribus, sempiternam potentiam, Filium dixit : divinitatem autem, Spiritum sanctum.

« Εἰς τὸ εἶναι αὐτοὺς ἀναπολογήτους. » Τοῦτο ἐξ ἐκβάσεως γέγονεν. Οὐ γὰρ διὰ τοῦτο ταῦτα πεποίηκεν ὁ Θεὸς, ἵνα ἐκεῖνοι ὦσιν ἀναπολόγητοι, ἀλλ' ἐξ ἐκβάσεως συνέβη τοῦτο. Πρόσεχε γοῦν τῷ τοιούτῳ ἰδιώματι τῆς Γραφῆς, καὶ οὐ προσκόψεις· πολλὰ γὰρ τοιαῦτα πανταχοῦ λέγονται, ἃ δεῖ λύειν οὕτως, ὡς ἐκ τοῦ ἀποτελέσματος αἰτιολογούμενα· οἷον λέγει Δαυίδ· « Ὅτι τὸ πονηρὸν ἐνώπιόν σου ἐποίησα, ὅπως ἂν σὺ δικαιωθῇς ἐν τοῖς λόγοις σου, καὶ νικήσῃς. » Καὶ φαίνεται ἄτοπον, ἀλλ' οὐκ ἔστι. Φησὶ γὰρ, ὅτι Εὐεργετηθεὶς παρὰ σοῦ, Κύριε, ὑπὲρ πᾶσαν ἐλπίδα, ἥμαρτόν σοι, καὶ ἐκ τούτου συμβαίνει σε δικαιολογούμενον πρός με, νικᾷν. Ἐξ ἀποτελέ-

D « Ut sint ipsi inexcusabiles. » Hoc ex eventu contigit. Non enim propterea Deus hæc fecit, ut illi sint inexcusabiles, verum ex eventu hoc accidit. Animadverte itaque talem Scripturæ proprietatem, et non offendes : pleraque namque hujusmodi plerisque in locis dicuntur, quæ sic diluenda sunt, ut per eventum illorum reddatur ratio : veluti David inquit [b] : « Quoniam malum coram te feci, ut justificeris in sermonibus tuis, ut vincas. » Quod etiamsi absurdum apparet, minime tamen est absurdum. Ait enim : Beneficiis a tei Domine, supra omnem spem affectus, peccavit adversum te : atque ex hoc contingit, te mecum in judicio

[a] Psal. XVIII, 1. [b] Psal. I, 6.

Variæ lectiones.

[41] τὴν γνῶσιν τοῦ Θεοῦ o. [42] ἐκηρύττετο o. [43] μέντοι o. [44] ἀστόχως o.

disceptantem, vincere. Ex effectu itaque abeoque exitu justificatur Deus dum nos ingrati sumus pro ipsius in nos collatis beneficiis, nec quidquam quo nos defendamus, habemus. Græcis itaque nihil, quo sese defendant, relinquitur : quandoquidem ex creaturis Deum cognoscentes, eum pro merito non glorificaverunt, neque egerunt gratias tanquam Creatori et Factori, verum idolis honorem ipsi delitum detulerunt.

σματος οὖν δικαιοῦται Θεὸς, ἡμῶν ἀγνωμονούντων ἐπὶ τοῖς παρ' αὐτοῦ δοθεῖσι, καὶ μὴ ἐχόντων τί ἀπολογησόμεθα. Καὶ οἱ Ἕλληνες δὲ ἀναπολόγητοι γεγόνασι, διότι γνόντες διὰ τῆς κτίσεως τὸν Θεὸν, οὐχ ἀξίως αὐτὸν ἐδόξασαν, ἢ ηὐχαρίστησαν ὡς Κτίστῃ καὶ Ποιητῇ; ἀλλ' εἰδώλοις τὴν αὐτοῦ τιμὴν περιῆψαν.

Vers. 21, 22. « Sed evanuerunt in cogitationibus suis, et obscuratum est insipiens cor eorum. Dicentes se esse sapientes, stulti facti sunt. » Causam reddit ob quam ad hujusmodi amentiam exciderint. Ratiocinationibus, inquit, suis omnia permiserunt : volentesque in forma quapiam, formam non habentem, adeoque in corpore, incorporeum comprehendere, vani deprehensi sunt; cogitationibus nimirum sive ratiocinationibus finem suum non pertingentibus. Insipiens autem, seu intellectu carens cor ipsorum dicit, quod fide nolit omnia percipere. Unde autem eo erroris delapsi sunt, ut ratiocinationibus suis cuncta permitterent? Ex eo quod putarent « se esse sapientes » ideoque « stulti facti sunt. » Quid enim stolidius quam lapides et ligna adorare?

« Ἀλλ' ἐματαιώθησαν ἐν τοῖς διαλογισμοῖς αὐτῶν, καὶ ἐσκοτίσθη ἡ ἀσύνετος αὐτῶν καρδία. Φάσκοντες εἶναι σοφοὶ, ἐμωράνθησαν. » Τὴν αἰτίαν τίθησι δι' ἣν εἰς τοιαύτην ἄνοιαν ἐξέπεσον. Τοῖς λογισμοῖς γὰρ, φησὶ, τὸ πᾶν ἐπέτρεψαν· καὶ βουλόμενοι ἐν σχήματι τὸν ἀσχημάτιστον, καὶ ἐν σώματι τὸν ἀσώματον καταλαβεῖν, μάταιοι ἠλέγχθησαν, οὐ δυνηθέντων τῶν λογισμῶν πρὸς τὸ πέρας ἐξικέσθαι. Ἀσύνετον δὲ τὴν καρδίαν αὐτῶν φησι, διὰ τὸ μὴ θελῆσαι πίστει τὸ πᾶν περιλαβεῖν. [45]. Πόθεν δὲ ἐπλανήθησαν εἰς τὸ τοῖς λογισμοῖς ἐπιστρέψαι τὸ πᾶν; Ἐκ τοῦ οἴεσθαι εἶναι σοφοί· διὸ καὶ ἐμωράνθησαν. Τί γὰρ ἀνοητότερον τοῦ λίθοις προσκυνεῖν καὶ ξύλοις;

Vers. 23. « Et mutaverunt gloriam incorruptibilis Dei, in similitudinem imaginis corruptibilis hominis, et volucrum, et quadrupedum, et serpentum. » Qui permutat, id quod habet, in aliud permutat. Habebant ergo et ipsi notitiam, sed eam perdiderunt, et aliud quiddam habere volurunt præter id quod habebant, amiseruntque id quod habebant. Attribuerunt autem gloriam incorrupiibilis Dei, non homini quidem, sed imagini corruptibilis hominis. Et quod hoc longe deterius, est, ad reptilia etiam delati sunt, imo vero et ad horum imagines, adeo luculenter insanierunt. Nam cognitionem, quam oportebat habere de eo, qui omnia **13** incomparabiliter excellit, hanc ei, quod omnium est incomparabiliter vilissimum, attribuerunt. Porro gloria Dei est ipsum ceu Creatorem, ceu providentem rebus mortalium gubernatorem cognosci, idque genus alia, quæ ei conveniunt. At enim qui sunt, qui adeo usque deliquierunt ? Sapientissimi, Ægyptii. Nam et reptilium imagines illi coluerunt.

« Καὶ ἠλλάξαντο τὴν δόξαν τοῦ ἀφθάρτου Θεοῦ ἐν ὁμοιώματι εἰκόνος φθαρτοῦ ἀνθρώπου, καὶ πετεινῶν, καὶ τετραπόδων, καὶ ἑρπετῶν. » Ὁ ἀλλάσσων, ὃ ἔχει, ἀλλάσσει πρὸς ἄλλο. Εἶχον ἄρα καὶ αὐτοὶ τὴν γνῶσιν, ἀλλὰ προὔδωκαν αὐτὴν [46], καὶ ἠθέλησαν ἄλλο τι σχεῖν, παρ' ὃ εἶχον, καὶ ἐξέπεσον καὶ οὗ εἶχον. Περιέθηκαν δὲ τὴν δόξαν τοῦ ἀφθάρτου Θεοῦ, οὐδὲ ἀνθρώπῳ, ἀλλ' εἰκόνι ἀνθρώπου [47] φθαρτοῦ, καὶ τὸ τούτου χεῖρον, καὶ εἰς ἑρπετὰ κατηνέχθησαν, μᾶλλον δὲ εἰς τὰς τούτων εἰκόνας· οὕτω λαμπρῶς ἐμάνησαν. Τὴν γὰρ γνῶσιν, ἣν ἔδει περὶ τοῦ πάντων ἀσυγκρίτως ὑπερέχοντος ἔχειν, ταύτην τῷ πάντων ἀσυγκρίτως εὐτελεστέρῳ περιέθηκαν. Δόξα δὲ Θεοῦ, τὸ, ὡς Ποιητὴν, ὡς προνοητὴν γινώσκεσθαι, καὶ τἄλλα τὰ αὐτῷ πρέποντα. Τίνες δὲ ταῦτα ἥμαρτον; Οἱ φιλοσοφώτατοι [48], οἱ Αἰγύπτιοι· οὗτοι γὰρ τὰς τῶν ἑρπετῶν εἰκόνας περιεῖπον.

Vers. 24, 25. « Propter quod tradidit eos Deus in desideria cordis eorum in immunditiam, ut contumelia afficiant corpora sua in semetipsis. Qui commutaverunt veritatem Dei in mendacium, et coluerunt et servierunt creaturæ potius quam Creatori, qui est benedictus in sæcula. Amen. » — « Tradidit, pro, Permisit, dimisit : quemadmodum medicus succurrens laboranti, deinde videns ipsum inordinate se gerentem, nec diætæ observantem, sibique immorigerum, tradit eum ut vehementius ægrotet, pro eo quod est, deserit eum, et permittit ut suæ voluntati indulgens a morbo non convalescat. Sunt qui, « Tradidit eos Deus,» sic intellexerunt, nempe pro, Tradidit eos injuria qua Deum affecerunt, et petulantia : per-

« Διὸ καὶ παρέδωκεν αὐτοὺς ὁ Θεὸς ἐν ταῖς ἐπιθυμίαις τῶν καρδιῶν αὐτῶν εἰς ἀκαθαρσίαν, τοῦ ἀτιμάζεσθαι τὰ σώματα αὐτῶν ἐν ἑαυτοῖς· οἵτινες μετήλλαξαν [49] τὴν ἀλήθειαν τοῦ Θεοῦ ἐν τῷ ψεύδει, καὶ ἐσεβάσθησαν καὶ ἐλάτρευσαν τῇ κτίσει παρὰ τὸν Κτίσαντα, ὅς ἐστιν εὐλογητὸς εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν. » Τὸ, « Παρέδωκεν, » ἀντὶ τοῦ, Εἴασεν, ἀπέλυσεν· ὥσπερ ἰατρὸς βοηθῶν τῷ κάμνοντι, εἶτα ὁρῶν ἀτακτοῦντα περὶ τὴν δίαιταν, καὶ ἀπειθοῦντα αὐτῷ, παραδίδωσιν αὐτὸν τῷ ἐπὶ πλέον νοσεῖν, ἀντὶ τοῦ, ἀπολύει αὐτὸν καὶ ἐᾷ, ὥστε τῷ οἰκείῳ θελήματι χρώμενον μὴ ἀνακομισθῆναι τῆς νόσου. Τινὲς δὲ τὸ, « Παρέδωκεν ὁ Θεὸς, » οὕτως ἐνόησαν, ἀντὶ τοῦ, ἡ εἰς τὸν Θεὸν ὕβρις, καὶ παροινία· ὥσπερ λέγομεν,

Variæ lectiones

[45] παραλαβεῖν m. [46] ταύτην o. [47] τοῦ. [48] φιλοσοφώτεροι o. [49] μετηλλάξαντο m.

ὅτι Τὸν δεῖνα ἀπώλεσε τὸ ἀργύριον· καίτοι οὐ τὸ ἀργύριον ἀπώλεσεν, ἀλλ' ἡ παράχρησις· καὶ, Τὸν Σαοὺλ ἡ βασιλεία διέφθειρεν, ἢ τὸν Σολομῶντα, ἀντὶ τοῦ, Ἡ τῆς βασιλείας παράχρησις. Παρεδόθησαν οὖν διὰ τὴν οἰκείαν μοχθηρίαν εἰς ἀκαθαρσίαν, ὥστε μὴ δεῖσθαι ἑτέρων τῶν ὑβριζόντων, ἀλλ' αὐτοὶ ἑαυτοὺς ὕβριζον [50]· τοιαῦτα γὰρ τὰ ἀκάθαρτα πάθη. Πόθεν δὲ εἰς ἀκαθαρσίαν ἐξεδόθησαν; Ἐκ τῆς πρὸς τὸν Θεὸν ὕβρεως. Ὁ γὰρ τὸν Θεὸν μὴ θέλων εἰδέναι, εὐθὺς καὶ κατὰ τὸν βίον διαφθείρεται· ὡς καὶ ὁ Δαυὶδ λέγει· « Εἶπεν ἄφρων· Οὐκ ἔστι Θεός· » εἶτα, « Διεφθάρησαν καὶ ἐδελύχθησαν ἐν ἐπιτηδεύμασι. » Μετήλλαξαν οὖν τὰ ἀληθῶς προσόντα τῷ Θεῷ, καὶ περέθηκαν αὐτὰ τοῖς ψευδέσι θεοῖς. Τὸ, « Ἐσεβάσθησαν » μὲν οὖν, ἀντὶ τοῦ, ἐτίμησαν· τὸ δὲ, « Καὶ ἐλάτρευσαν, » ἀντὶ τοῦ, καὶ τὴν διὰ τῶν ἔργων δουλείαν προσήνεγκαν [51]. Τοῦτο γὰρ ἡ λατρεία ἡ διὰ πράξεως τιμή. Καὶ οὐκ εἶπεν ἁπλῶς, ἀλλὰ, « Παρὰ τὸν Κτίσαντα, » ἐκ τῆς συγκρίσεως τὸ ἔγκλημα ἐπαίρων. Ἀλλ' ἐκεῖνος, φησίν, « εὐλογητός ἐστιν εἰς τοὺς αἰῶνας, » τουτέστιν, οὐ παρεβλάβη τι ἐκ τοῦ παρ' ἐκείνων ὑβρισθῆναι· ἀλλ' ἔστιν εὐλογητὸς εἰς τοὺς αἰῶνας, βεβαίως, καὶ ἀσφαλῶς· τοῦτο γὰρ τὸ, « Ἀμήν. »

« Διὰ τοῦτο παρέδωκεν αὐτοὺς ὁ Θεὸς εἰς πάθη ἀτιμίας. Αἵ τε γὰρ θήλειαι αὐτῶν μετήλλαξαν τὴν φυσικὴν χρῆσιν εἰς τὴν παρὰ φύσιν. Ὁμοίως δὲ καὶ οἱ ἄρρενες, ἀφέντες τὴν φυσικὴν χρῆσιν τῆς θηλείας, ἐξεκαύθησαν ἐν τῇ ὀρέξει αὐτῶν εἰς ἀλλήλους ἄρσενες ἐν ἄρσεσι τὴν ἀσχημοσύνην κατεργαζόμενοι, καὶ τὴν ἀντιμισθίαν ἣν ἔδει τῆς πλάνης αὐτῶν, ἐν ἑαυτοῖς ἀπολαμβάνοντες. » Πάλιν τὴν τοῦ Θεοῦ ἐγκατάλειψιν παράδοσιν ὀνομάζει, διὰ τοῦτο γενομένην, ὡπότε ἐλάτρευσαν τῇ κτίσει. Ὥσπερ οὖν ἐν τοῖς περὶ Θεοῦ δόγμασιν, ἀφέντες τὴν ἀπὸ τῆς κτίσεως χειραγωγίαν, διεφθάρησαν· οὕτω καὶ ἐν τῷ βίῳ βδελυκτοὶ ἠνέοντο, ἀφέντες τὴν κατὰ φύσιν ἡδονὴν (ἥτις καὶ εὐκολωτέρα καὶ ἡδίων), καὶ ἐπὶ τὴν παρὰ φύσιν ὠσθήσαντες (ἥτις καὶ δυσκολωτέρα καὶ ἀηδεστέρα). Τὸ γὰρ μεταλλάξαι τοῦτο δηλοῖ, ὅτι ἃ εἶχον ἀφῆκαν, καὶ ἄλλα εἵλοντο. Μέγαν οὖν κατήγορον ἀμφοτέροις τοῖς γένεσι παριστᾷ καὶ τὴν φύσιν, ἣν παρέβησαν. Εἰπὼν γὰρ περὶ τῶν θηλειῶν ἐπικεκρυμμένως αἰσχρόν τι, καὶ οὐδὲ ῥηθῆναι πρέπον, λέγει καὶ περὶ τῶν ἀνδρῶν, ὅτι « Ἐξεκαύθησαν εἰς ἀλλήλους, » οἶστρον καὶ μανίαν δηλῶν. Οὐκ εἶπε δὲ, Τὴν ἐπιθυμίαν κατεργαζόμενοι, ἀλλὰ, « Τὴν ἀσχημοσύνην, » δεικνὺς ὅτι τὴν φύσιν κατῃσχυναν. Ἐπειδὴ δὲ εἶπεν ὅτι « Ἐν τῇ ὀρέξει ἐξεκαύθησαν, » ἵνα μὴ νομίσῃς, ὅτι τῆς ἐπιθυμίας ἦν τὸ νόσημα μόνης, Αὐτοὶ, φησὶ, κατειργάζοντο, τουτέστι, σπουδὴν ἐποιοῦντο περὶ τὴν ἀκαθαρσίαν, ἔργον ταύτην τιθέμενοι, καὶ τὸν μισθὸν τῆς ἐκ τοῦ Θεοῦ ἀποστασίας, καὶ πρὸς τὰ εἴδωλα πλάνης, ἀπολαμβάνοντες ἐν τῇ ταύτῃ ἀσχημοσύνῃ, καὶ ἐν αὐτῇ τῇ ἡδονῇ τὴν κό-

A inde ac dicimus quod : Hunc pecunia perdiderit : atqui argentum non perdidit, sed abusus : Saulem itidem regnum corrupit, aut Solomonem, pro eo quod est, Regni abusus perdidit. Traditi sunt ergo per propriam nequitiam suam ad impuritatem, ut non opus habuerint aliis injuriam inferentibus, sed ipsi se contumelia affecerunt : hujusmodi sunt enim impuri illi affectus. Unde autem ad impuritatem traditi sunt? Ex injuria qua in Deum impegerunt. Nam qui Deum non vult nosse, statim in vitæ etiam moribus corrumpitur : quemadmodum et David inquit : « Dixit insipiens, Non est Deus [a] : » illico subdens, « Corrupti sunt et abominabiles facti sunt in studiis suis. » Commutarunt igitur quæ vere ad Deum pertinebant, eaque diis fictis apposuerunt. Porro, « coluerunt, » posuit pro, honoraverunt. Et « servierunt. » pro, operibus servitutem exhibuerunt : id enim est λατρεία, honos qui per opus exhibetur. Nec simpliciter dixit, sed « Potius quam Creatori, » ex comparatione delictum aggravans. Verum ille, inquit, « benedictus est in sæcula, » hoc est, nihil quidquam læsus est ex ipsorum injuria, sed est benedictus in ævum, stabiliter ac certo : hoc enim *Amen* significat.

B

Vers. 26, 27. « Propterea tradidit eos Deus in passiones ignominiæ. Feminæ enim ipsorum immutarunt naturalem usum in eum, qui est contra naturam. Similiter et masculi, relicto naturali usu feminæ, exarserunt in desideriis suis inter se mutuo masculi in masculos turpitudinem suam operantes, et mercedem, quam oportuit, erroris 14 sui in seipsis recipientes. » Rursus Dei derelictionem traditionem nominat, propterea factam, quod inservierunt creaturæ. Sicut ergo in iis quæ de Deo erant dogmatibus, naturæ manuductionem relinquentes, corrupti erant; ita et invita exsecrabiles facti sunt, dimittentes, quæ secundum naturam est, voluptatem (quæ et facilior esset et suavior), et ad eam quæ præter naturam est (quæ et difficilior et injucundior) prolapsi. Immutare enim hoc significat, quod quæ habebant dimiserunt, et alia elegerunt. Magnum igitur accusatorem utrique sexui, naturam quam transgressi sunt, constituit. Cum enim de feminis turpe quiddam dixisset ac indecorum plane dictu, de maribus etiam ait, quod exarserint inter sese mutuo, œstrum et furorem indicans. Non autem dixit, Concupiscentiam operantes, sed « Turpitudinem, » innuens, quod naturam pudefecerint. Quoniam vero dixit, « In cupiditate exarserunt, » ne quis existimaret cupiditatis tantummodo esse morbum, Ipsi, inquit, operabantur, hoc est, studiosi ac diligentes erant circa impuritatem, opus ipsam facientes, et mercedem defectionis a Deo, et erroris idololatrici recipientes in tali turpitudine et in ipsa voluptate, ut quæ præter naturam sit et

C

D

[a] Psal. XIII, 1, 2.

Variæ lectiones.

[50] ὑβρίζειν m. [51] προσέθηκαν o.

impuritatis plena, pœnam habentes. Dicit autem hoc Paulus, quasi nondum potuerit eis persuadere esse gehennam. Ipsam, inquit, immundam operationem, supplicium ilis esse crede, si nondum credis de gehenna sermonibus.

A λασιν ἔχοντες, ὡς παρὰ φύσιν οὖσῃ καὶ πλήρει ἀκαθαρσίας. Λέγει δὲ τοῦτο ὁ Παῦλος, οἷα μήπω δυνάμενος αὐτοὺς πεῖσαι [52], ὅτι ἔστι γέεννα. Αὐτὴν γὰρ, φησὶ, τὴν ἀκάθαρτον πρᾶξιν, κόλασιν αὐτοῖς εἶναι πίστευε, εἴπερ ἀπιστεῖς τοῖς περὶ γεέννης λόγοις.

Vers. 28. « Ac sicut non probaverunt Deum habere in notitia, tradidit eos Deus in reprobum sensum, ut faciant ea, quæ non conveniunt. » En jam tertio ejusdem sententiæ meminit, eademque dictione est usus, « Tradidit, » inquiens. Ubique autem derelictionis Dei causam, mortalium impietatem esse dicit, uti et nunc quidem. « Sicut non probaverunt Deum habere in cognitione, tradidit eos (Deus) » in passiones. Injuria, inquit, qua Deum affecerunt, non ex ignorantia processit, sed a meditatione et studio. Non enim dixit, Quemadmodum non noverunt Deum, sed « Quemadmodum non probaverunt, » hoc est, statuerunt Deum in notitia non tenere, ac suapte sponte impietatem elegerunt. Non igitur carnis sunt peccata, ut quidam hæreticorum putant, verum corrupti judicii. Primum igitur illi reprobaverunt nosse Deum, ideoque Deus permisit illos ad reprobam mentem deferri. Aversio namque Dei et derelictio, traditio nominatur in Scriptura. Quidam vero e sanctis Patribus eleganti exemplo usi sunt, quo explanatur. « Tradidit eos **15** Deus. » Perinde, inquiunt, ac si quis conniveat, nolens videre solem, deinde cadat in scrobem, dicimus, Sol non visus hunc in fossam dejecit : non quod ira percitus sol hominem dejecerit, verum quod oculos ejus non illustraverit. Jam quod non illuxerit oculis, unde est? A claudente, videlicet, oculos, et connivente. Sic et Deus tradidit eos in passiones ignominiæ, quanam ratione? Non agnitus hominibus. Quod vero non sit agnitus, unde? Ab illis, nimirum, qui non probaverunt, nec statuerunt ut agnoscerent ipsum.

B « Καὶ καθὼς οὐκ ἐδοκίμασαν τὸν θεὸν ἔχειν ἐν ἐπιγνώσει, παρέδωκεν αὐτοὺς ὁ Θεὸς εἰς ἀδόκιμον νοῦν, ποιεῖν τὰ μὴ καθήκοντα. » Ἰδοὺ ἐκ τρίτου τῆς αὐτῆς ἐννοίας [53] ἐμνήσθη, καὶ τῇ αὐτῇ λέξει ἐχρήσατο, » Παρέδωκεν, » εἰπών. Πανταχοῦ δὲ τῆς ἐγκαταλείψεως τοῦ Θεοῦ αἰτίαν, τὴν τῶν ἀνθρώπων ἀσέβειαν εἶναι λέγει, ὥσπερ οὖν καὶ νῦν. « Καθὼς οὐκ ἐδοκίμασαν τὸν Θεὸν ἔχειν ἐν ἐπιγνώσει, παρέδωκεν αὐτοὺς εἰς τὰ πάθη. » Οὐκ ἀγνοίας, φησὶν, ἀλλὰ μελέτης, ἡ εἰς Θεὸν ὕβρις. Οὐ γὰρ εἶπε, Καθὼς οὐκ ἔγνωσαν τὸν Θεὸν, ἀλλὰ, « Καθὼς οὐκ ἐδοκίμασαν, » ἀντὶ τοῦ, ἔκριναν μὴ ἔχειν τὸν Θεὸν ἐν ἐπιγνώσει, καὶ ἑκόντες εἵλοντο τὴν ἀσέβειαν. Οὐκ ἄρα οὐδὲ τῆς σαρκός εἰσι τὰ πταίσματα, ὥς τινες τῶν αἱρετικῶν φασιν, ἀλλὰ τῆς διεφθαρμένης κρίσεως. Πρῶτοι γοῦν ἐκεῖνοι ἀπεδοκίμασαν τὸ εἰδέναι τὸν Θεὸν, καὶ τότε ὁ Θεὸς εἴασεν αὐτοὺς εἰς ἀδόκιμον νοῦν κατενεχθῆναι. Ἡ γὰρ ἀποστροφὴ τοῦ Θεοῦ, καὶ ἡ ἐγκατάλειψις, παράδοσις ὀνομάζεται ἐν τῇ Γραφῇ. Χαρίεντι δὲ ὑποδείγματι ἐχρήσαντό τινες τῶν ἁγίων, δι' οὗ ἐξομαλίζεται τὸ, « Παρέδωκεν αὐτοὺς ὁ Θεός. » Ὥσπερ, φασὶν, ἐάν τις καμμύσῃ [54], μὴ θέλων ἰδεῖν τὸν ἥλιον, εἶτα πέσῃ εἰς βόθρον, λέγομεν, Μὴ ὀφθεὶς, ὁ ἥλιος τὸν δεῖνα εἰς βόθρον ἔβριψεν· οὐχ ὅτι ὀργισθεὶς ὁ ἥλιος εἰς βόθρον ἔβριψε τὸν ἄνθρωπον, ἀλλ' ὅτι μὴ φωτίσας τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτοῦ (τὸ δὲ μὴ φωτίσαι, πόθεν; Ἀπὸ τοῦ καμμύσαντος·) οὕτω καὶ ὁ Θεὸς παρέδωκεν εἰς πάθη ἀτιμίας, πῶς; Μὴ ἐπιγνωσθεὶς τοῖς ἀνθρώποις. Τὸ δὲ μὴ ἐπιγνωσθῆναι, πόθεν; Ἀπ' ἐκείνων τῶν μὴ δοκιμασάντων μηδὲ κρινάντων ἐπιγνῶναι αὐτόν.

C

Vers. 29. « Repletos omni injustitia. « Vide, singula cum amplificatione dicuntur. « Repletos » enim, inquit, et « omni in justitia : » universæ, scilicet, malitiæ mensuram attingentes. Dein, species malitiæ recenset.

« Πεπληρωμένοις πάσῃ ἀδικίᾳ. » Ὅρα, πάντα μετὰ ἐπιτάσεως. « Καὶ γὰρ πεπληρωμένους, » φησὶ, καὶ, « πάσῃ ἀδικίᾳ, » αὐτὸ τὸ ἔσχατον μέτρον πάσης τῆς κακίας φθάσαντας. Εἶτα λέγει καὶ τὰ εἴδη τῆς κακίας.

« Fornicatione. » Omnem simpliciter impuritatem, fornicationis nomine complexus est.

« Πορνείᾳ. » Πᾶσαν ἁπλῶς τὴν ἀκαθαρσίαν τῷ τῆς πορνείας ὀνόματι περιέλαβε.

« Versutia. » Insidiis erga proximum.

D « Πονηρίᾳ. » Τῇ κατὰ τοῦ πλησίον ἐπιβουλίᾳ.

« Avaritia. » Pecuniarum et facultatum cupiditate.

« Πλεονεξίᾳ. » Τῇ τῶν χρημάτων ἐπιθυμίᾳ.

« Nequitia. » Vindictæ affectu.

« Κακίᾳ. » Τῇ μνησικακίᾳ.

« Plenos invidia, homicidio. » Nunquam non homicidium est ex invidia. Sic Abel invisus Caino redditus, occisus est [v], et Joseph interimendus erat.

« Μεστοὺς φθόνου, φόνου [55]. » Ἀεὶ ὁ φόνος ἐκ τοῦ φθόνου. Καὶ Ἄβελ γὰρ φθονηθεὶς ἀνῃρέθη, καὶ Ἰωσὴφ δὲ ἔμελλεν.

« Contentione, dolo. » Ex invidia et lis et dolus prodeunt, ad perniciem ejus cui invidetur.

« Ἔριδος, δόλου. » Ἐκ τοῦ φθόνου καὶ ἡ ἔρις καὶ ὁ δόλος, πρὸς κάκωσιν τοῦ φθονουμένου.

« Malignitate. » Profunde occultata malitia, quæ bonitate quadam sit oblita.

« Κακοηθείας. » Τῆς ἐν βάθει κεκρυμμένης κακίας, καὶ ἐπιπλαττομένης χρηστότητι.

[v] Gen. IV, 37.

Variæ lectiones.

[52] ἀποδεῖξαι o. [53] αἰτίας m. [54] καταμύσῃ. [55] καὶ φόνου m.

« Ψιθυριστάς. » Τοὺς διαβάλλοντας λάθρα.

« Καταλάλους. » Τοὺς ἀναφανδόν.

« Θεοστυγεῖς. » Τοὺς Θεὸν μισοῦντας, ἢ καὶ ὑπὸ Θεοῦ μισουμένους.

« Ὑβριστὰς, ὑπερηφάνους, ἀλαζόνας. » Ἐπὶ τὴν ἀκρόπολιν τῶν κακῶν ἀνέβη, τὴν ὑπερηφάνειαν. Καὶ καλόν γὰρ ποιῶν τις, ἀπόλλυσι τοῦτο ὑπεραιρόμενος· πόσῳ γε μᾶλλον ὅταν καὶ τὰ κακὰ ποιῇ; Οὐ γὰρ δύναται μεταγνῶναι. Πλὴν ἴσθι, ὑπερηφάνεια [56] μὲν, Θεοῦ ἐστι καταφρόνησις· ἀλαζονεία δὲ, ἀνθρώπων, ἐξ ἧς γεννᾶται ἡ ὕβρις. Ὁ γὰρ καταφρονῶν ἀνθρώπων πάντας ὑβρίζει καὶ καταπατεῖ· ἡ τάχα εἰ καὶ [57-58] ἡ ἀλαζονεία προτέρα φύσει τῆς ὕβρεως, ἀλλ' ἐν ἡμῖν ἡ ὕβρις προτέρα φαίνεται, εἶτα γνωρίζεται μήτηρ αὐτῆς ἡ ἀλαζονεία.

« Ἐφευρετὰς κακῶν. » Οὐ γὰρ ἠρκοῦντο τοῖς προτέροις· τοῦτο δὲ οὐ συναρπαγῆς, ἀλλὰ μελέτης ἐστὶ καὶ σπουδῆς.

« Γονεῦσιν ἀπειθεῖς. » Καὶ πρὸς αὐτὴν τὴν φύσιν, φησὶ, μαχομένους.

« Ἀσυνέτους. » Εἰκότως. Οἱ γὰρ γονεῦσιν ἀπειθοῦντες τίνος ἄλλου συνίεσαν ἄν;

« Ἀσυνθέτους. » Τουτέστι, τοῖς συμπεφωνημένοις μὴ ἐμμένοντας· ὅ ἐστιν, ἀπίστους.

« Ἀσπόνδους, ἀστόργους, ἀνελεήμονας. » Ἡ ῥίζα τῶν κακῶν πάντων, αὐτή ἐστιν ἡ ἀπόψυξις τῆς ἀγάπης. Ἐντεῦθεν γὰρ τὸ μὴ σπένδεσθαί τινι, μὴ στέργειν τινὰ, μὴ ἔλεεῖν· ὃ καὶ ὁ Χριστὸς εἶπεν· « Ὅταν πληθυνθῇ ἡ ἀνομία, ψυγήσεται ἡ ἀγάπη. Καίτοι ἡ φύσις συγκολλᾷ ἡμᾶς ἀλλήλοις, ὡς τὰ ζῶα· ἀλλ' οὐ συνῆκαν.

« Οἵτινες τὸ δικαίωμα τοῦ Θεοῦ γνόντες; [59], ὅτι οἱ τὰ τοιαῦτα πράσσοντες ἄξιοι θανάτου εἰσὶν, οὐ μόνον αὐτὰ ποιοῦσιν, ἀλλὰ καὶ συνευδοκοῦσι τοῖς πράσσουσιν. » Ἔδειξεν ὅτι ἀπὸ τοῦ μὴ θέλειν γνῶναι Θεὸν ἐπληρώθησαν πάσης κακίας· δείκνυσι νῦν [60], ὅτι οὐδὲ συγγνώμης εἰσὶν ἄξιοι. Οὐ γὰρ ἔχουσιν εἰπεῖν, ὅτι Ἠγνοοῦμεν τὸ καλόν· οἴδασι γὰρ τὸ δικαίωμα τοῦ Θεοῦ. Ἑκόντες ἄρα ποιοῦσι, καὶ ὃ χεῖρον τούτου, συνευδοκοῦσι [61] τοῖς πράττουσι, τουτέστι, συνηγοροῦσι τῷ κακῷ· ὅπερ ἀνίατα νοσεῖν ἐστι.

ΚΕΦΑΛ. Β'.

« Διὸ ἀναπολόγητος εἶ, ὦ ἄνθρωπε πᾶς ὁ κρίνων· ἐν ᾧ γὰρ κρίνεις τὸν ἕτερον, σεαυτὸν κατακρίνεις· τὰ γὰρ αὐτὰ πράσσεις, ὁ κρίνων. « Ἐπειδὴ ἀνωμάλους [62] ἔχομεν τὰς γνώμας οἱ ἄνθρωποι, καὶ ποτὲ μὲν συνηγοροῦμεν τῷ κακῷ, ποτὲ δὲ κριταὶ τῶν ἀλλοτρίων καθήμεθα, τοὺς ὁμοίους κατακρίναντες [*f.* — νοντ.]· ἔφθη μὲν εἰπὼν περὶ τῶν συνευδοκούντων τοῖς πονηροῖς· νῦν περὶ τοῦ κρίνειν ποιεῖται τὸν λό-

A VERS. 30. « Susurrones. » Clanculum calumniantes.

« Detractores. » Palam detrahentes.

« Deo odibiles. » Deum odio prosequentes, vel Deo invisos.

« Contumeliosos, superbos, elatos. » Ad omnium vitiorum arcem, superbiam, conscendit. Etenim, si quis boni quidquam faciat, hoc perdit superbiens : quanto magis, cum mala perpetrat? neque enim resipiscere potest. Noveris tamen quod superbia quidem Dei est contemptus, arrogantia vero est hominum, e qua nascitur injuria. Nam qui homines aspernatur, omnes injuria afficit et conculcat. Quamvis autem arrogantia natura prior est quam injuria, nobis tamen injuria manifestatur B prior : deinde innotescit mater ejus arrogantia.

« Inventores malorum. » Non enim contenti erant prioribus. Hoc autem non subiti motus, aut violenti raptus, sed meditationis est et studii.

« Parentibus immorigeros. » Adversus ipsam etiam naturam, inquit, pugnantes.

VERS. 31. « Insipientes. » Nec immerito. Quid enim aliud intelligerent, qui parentibus non obtemperant?

« 16 Pactorum violatores. » Hoc est, in conventionibus et pactis non permanentes, id est, infidos.

« Implacabiles, sine affectione, sine misericordia. « Radix omnium malorum est ipsa charitatis refrixio : hinc enim est quod alter alteri non reconcilietur, alter alterum non diligat non misereatur. Quod et Christus dixit : « Quando abundabit C iniquitas, refrigescet charitas. » Porro natura nos inter nos conglutinat, atque ac reliqua animalia : verum homines parum intellexerunt.

VERS. 32. « Qui cum justitiam Dei cognovissent, quod qui talia faciunt, digni sint morte : non solum ea faciunt, verum etiam assentiuntur iis qui faciunt. » Demonstravit quod quia noluerunt agnoscere Deum, repleti sint omni malitia : nunc demonstrat neque venia eos esse dignos. Non enim dicere possunt, Bonum ignoravimus : norunt namque justitiam Dei. Sua sponte itaque faciunt, ac quod deterius est, insuper et approbant eos qui faciunt, D hoc est, patrocinantur malitiæ, qui morbus est immedicabilis.

CAPUT II.

VERS. 1. « Propter quod inexcusabilis es, o homo omnis, qui judicas. In quo enim judicas alium, teipsum condemnas : eadem enim agis, qui judicas. » Quandoquidem diversarum simus sententiarum nos homines, alias malo patrocinantes, alias alienorum judices malorum sedentes, similes nobis condemnemus : prius quidem dixit de consentientibus pravæ operationi : nunc vero de judicando sermonem fa-

[2] Matth. XXIV, 12.

Variæ lectiones.

[56] ὅτι ὑπερηφάνεια m. [57-58] ἢ τάχα καὶ o. [59] ἐπιγνόντες o. [60] οὖν m. [61] ἐπευδοκοῦσι o. [62] ἀνωμάλως m.

cit : propterea, inquiens « inexcusabilis es, o homo, » hoc est, quandoquidem nosti eam esse justitiam Dei, quod mali sint pœna digni, inexcusabilis es, qui judices eadem tecum facientes. Videtur autem hic sermonem dirigere ad principes et magistratus, præcipue vero ad Romanos, ut qui orbi terrarum præsiderent. Magistratum enim est judicare. Attamen cuivis etiam mortalium hæc conveniunt : quivis enim sententiam ferre potest, etiamsi tribunal non occupet. Adulterum igitur, inquit, condemnans, teipsum condemnas, cum ipse mœchus sis.

γον, καί φησι· « Διὸ » καὶ « ἀναπολόγητος εἶ· » τουτέστι, Διότι οἶδας τὸ δικαίωμα τοῦ Θεοῦ, ὅτι κολάσεως ἄξιοι οἱ φαῦλοι, ἀναπολόγητος εἶ, ὁ κρίνων τοὺς τὰ ὅμοιά σοι πράσσοντας. Δοκεῖ δὲ ἐνταῦθα πρὸς ἄρχοντας ἀποτείνεσθαι, καὶ μάλιστα τοὺς Ῥωμαίους, ὡς προεστῶτας τῆς οἰκουμένης· τῶν γὰρ ἀρχόντων τὸ κρίνειν. Πλὴν καὶ πρὸς πάντα ἄνθρωπον ταῦτα ἁρμόζει. Πῶς γὰρ δύναται κρίνειν, κἂν μὴ θρόνον ἔχοι. Τὸν μοιχὸν οὖν, φησί, κατακρίνων, σεαυτὸν κατακρίνεις, μοιχὸς καὶ αὐτὸς ὤν.

Vers. 2. « Scimus autem quod judicium Dei est secundum veritatem, in eos qui talia agunt. » Ne quis dicat : Ego hactenus mœchus cum essem, effugi supplicium, nec sum punitus, etiamsi mœchum puniverim; perterrefaciens ait, quod sic sese res non habet apud Deum. Hic enim alius quidem pœna afficitur, alius vero supplicium evadit, paria quamvis faciat : illic autem sic non est : judicium enim Dei est secundum veritatem erga malos.

« Οἴδαμεν δὲ ὅτι τὸ κρῖμα τοῦ Θεοῦ ἐστι κατὰ ἀλήθειαν ἐπὶ τοὺς τὰ τοιαῦτα πράσσοντας. » Ἵνα μὴ λέγῃ τις, ὅτι Ἐγὼ τέως διέφυγον, καὶ οὐκ ἐκολάσθην μοιχὸς ὤν, καίτοι τὸν μοιχὸν κολάσας· φησὶν ἐκφοβῶν, ὅτι οὐχ οὕτως ἐστὶ παρὰ Θεῷ. Ἐνταῦθα γὰρ ὁ μὲν κολάζεται, ὁ δὲ διαφεύγει, τὰ αὐτὰ ποιῶν· ἐκεῖ δὲ οὐχ οὕτω· τὸ γὰρ κρῖμα τοῦ Θεοῦ ἐστι κατὰ ἀλήθειαν ἐπὶ τοὺς φαύλους.

Vers. 3-6. « Existimas autem hoc, o homo qui judicas eos qui talia agunt, et facis ea, quod tu effugies judicium Dei? An divitias 17 bonitatis ejus, et patientiæ, et longanimitatis contemnis, ignorans quod benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit? Secundum autem duritiem tuam, es impœnitens cor thesaurizas tibi ipsi iram in die iræ et revelationis et justi judicii Dei, qui reddet unicuique secundum opera sua. » Supra dixit, quod merces erroris, et creaturarum cultus, impiis, per illa ipsa in quibus lasciviebant, reddebatur : siquidem ipsa impuritas satis erat eis in pœnam. Jam vero quod superest, supplicium ipsis obventurum revelat. Est enim, inquit, et alia tibi relicta pœna, o homo : nam judicium Dei non effugies. Quomodo enim, qui tum ipsius judicium non effugisti? Etenim in quo alterum condemnasti, contra teipsum sententiam tulisti. Sin autem propterea quod supplicium de te nondum sumptum fuerit, divitias bonitatis ejus aspernaris, hoc ipsum ad majorem tibi pœnam cedet. Nam longanimitas, ad emendationem ipsa utentibus, salutaris est : insumentibus autem eam ad peccati augmentum, majoris est supplicii occasio non ob sui naturam, sed ob istorum duritiem. « Thesaurizas » enim, ait, « tibi ipsi iram : » non Deus, sed tu tibi ipsi. Unde? a corde tuo inflexibili et ad bonum obdurato. Quando enim neque bona molliris, neque terrore flecteris, quid te durius? Porro « diem iræ » dicens, adjecit simul, « Revelationis et justi judicii Dei : » idque non immerito, ne quis ex iracundia judicium esse putet. Detectio namque fit, inquit, omnium. Quare pro revelatorum merito fit retributio : ea propter justum etiam est judicium. Hic sane, quia opera occuluntur, non semper justitia obtinet : illic au-

« Λογίζῃ δὲ τοῦτο, ὦ ἄνθρωπε, ὁ κρίνων τοὺς τὰ τοιαῦτα πράσσοντας, καὶ ποιῶν αὐτά, ὅτι σὺ ἐκφεύξῃ τὸ κρῖμα τοῦ Θεοῦ; Ἢ τοῦ πλούτου τῆς χρηστότητος αὐτοῦ, καὶ τῆς ἀνοχῆς, καὶ τῆς μακροθυμίας καταφρονεῖς, ἀγνοῶν ὅτι τὸ χρηστὸν τοῦ Θεοῦ εἰς μετάνοιάν σε ἄγει; Κατὰ δὲ τὴν σκληρότητά σου, καὶ ἀμετανόητον καρδίαν, θησαυρίζεις σεαυτῷ ὀργὴν ἐν ἡμέρᾳ ὀργῆς, καὶ ἀποκαλύψεως, καὶ δικαιοκρισίας τοῦ Θεοῦ. Ὃς ἀποδώσει ἑκάστῳ κατὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ. » Εἶπεν ἄνω ὅτι ἡ ἀντιμισθία τῆς πλάνης, καὶ τῆς κτισματολατρείας, ἐν αὐτοῖς, οἷς ἠσέλγαινον, ἀπεδίδοτο τοῖς φαύλοις· αὐτὴ γὰρ ἡ ἀκαθαρσία ἤρκει αὐτοῖς ἀντὶ κολάσεως· νῦν δὲ λοιπὸν ἀποκαλύπτει αὐτοῖς καὶ τὴν κόλασιν. Ἔστι γάρ, φησὶ, καὶ ἑτέρα σοι κόλασις, ἄνθρωπε [63]· οὐ γὰρ ἐκφεύξῃ τὴν κρίσιν τοῦ Θεοῦ· πῶς γάρ, ὅς γε τὴν σαυτοῦ οὐκ ἐξέφυγες; Ἐν ᾧ γὰρ τὸν ἕτερον κατέκρινας, σεαυτὸν κατεδίκασας. Εἰ δὲ διὰ τὸ μήπω κολασθῆναι, καταφρονεῖς τοῦ πλούτου τῆς ἀγαθότητος, αὐτὸ τοῦτο εἰς πλείω σοι κόλασίν ἐστιν. Ἡ γὰρ [64] μακροθυμία, τοῖς μὲν πρὸς διόρθωσιν αὐτῇ χρωμένοις, σωτήριος [65]· τοῖς δὲ εἰς προσθήκην ἁμαρτίας δαπανῶσιν αὐτὴν, τιμωρίας μείζονός ἐστιν ἀφορμὴ οὐ παρὰ τὴν αὐτῆς φύσιν, ἀλλὰ παρὰ τὴν ἐκείνων σκληρότητα. « Θησαυρίζεις » γάρ, φησὶ, « σεαυτῷ ὀργήν. » Οὐχ ὁ Θεὸς, ἀλλὰ σὺ σεαυτῷ. Πόθεν; Ἀπὸ τῆς ἀνενδότου [66] καὶ πρὸς τὸ ἀγαθὸν σκληρᾶς σου καρδίας. Ὅταν γὰρ μήτε τῇ χρηστότητι μαλάττῃ, μήτε φόβῳ κάμπτῃ, τί σκληρότερόν [67] σου; Ἡμέραν δὲ ὀργῆς εἰπὼν, ἐπήγαγε καὶ τὸ, « Ἀποκαλύψεως καὶ δικαιοκρισίας Θεοῦ· » εἰκότως, ἵνα μὴ νομίσῃ τις, ὅτι κατ' ὀργὴν ἡ κρίσις. Ἀποκάλυψις γὰρ, φησὶ, γίνεται πάντων. Ὥστε κατ' ἀξίαν τῶν ἀποκαλυπτομένων ἡ ἀνταπόδοσις· διὰ τοῦτο δὲ καὶ δικαιοκρισία. Ἐνταῦθα μὲν γὰρ, διότι συγκρύπτονται τὰ ἔργα, διὰ τοῦτο οὐ πάντοτε τὸ δίκαιον κρατεῖ· ἐκεῖ δὲ τῇ

Variæ lectiones.

[63] ὦ ἄνθρωπε m. [64] μὲν o. [65] σωτηρία m. [66] ἀναιδείας o. [67] Τίς σκληρότερός o.

ἀποκαλύψει ἕκεται ἡ δικαιοκρισία. Σημείωσαι δὲ τὴν περικοπὴν ταύτην, συμβαλλομένην σοι εἰς τὸ, « Σκληρυνῶ τὴν καρδίαν Φαραώ· » μονονουχὶ γὰρ ἐκεῖνα παραφράζει ὁ Παῦλος.

A tem revelationem sequitur justum judicium. Observa locum hunc collatum isti; « Indurabo cor Phraraonis [97]. « Paulus enim illa iisdem fere verbis interpretatur.

« Τοῖς μὲν καθ' ὑπομονὴν ἔργου ἀγαθοῦ δόξαν καὶ τιμὴν καὶ ἀφθαρσίαν ζητοῦσιν, ζωὴν αἰώνιον. » Εἰπών, ὅτι ἀποδώσει ἑκάστῳ ὁ Κύριος, ἀπὸ τῆς τῶν ἀγαθῶν ἀντιδόσεως [68] ἤρξατο, ἱλαρώτερον τὸν λόγον ποιῶν· ἐν δὲ τῷ εἰπεῖν, « Τοῖς καθ' ὑπομονὴν ἔργου ἀγαθοῦ· » δύο ταῦτα δηλοῖ· ἓν μὲν, ὅτι δεῖ μὴ ἀνατίπτειν, μηδὲ ῥαθυμεῖν, ἀλλ' ὑπομένειν ἄχρι τέλους ἐν τῷ καλῷ· ἕτερον δὲ, ὅτι οὐ χρὴ τῇ πίστει μόνῃ θαῤῥεῖν· καὶ ἔργου γὰρ ἀγαθοῦ χρεία. Ἀφθαρσίαν δὲ εἰπὼν, τὰς περὶ ἀναστάσεως ἀνοίγει θύρας. Εἶτα, ἐκειδὴ πάντες μὲν ἀνιστάμεθα, οὐ πάντες δὲ ἐπὶ τοῖς αὐτοῖς, ἀλλ' οἱ μὲν εἰς δόξαν, οἱ δὲ εἰς κόλασιν· B δὶὰ τοῦτο, καὶ δόξαν καὶ τιμὴν εἶπεν. Ἔστιν οὖν ὁ πᾶς λόγος τοιοῦτος· Ὁ Θεὸς, φησὶ, τοῖς μὲν ζητοῦσι τὴν μέλλουσαν δόξαν καὶ τιμὴν, καὶ ἀεὶ ἐνθυμουμένοις ταύτην, ἔτι δὲ καὶ τὴν ἀφθαρσίαν, ἐν τῇ ἀναστάσει δηλαδὴ, ἀποδώσει ζωὴν αἰώνιον. Πῶς δὲ ζητεῖται ἡ μέλλουσα δόξα, καὶ τιμὴ, καὶ ἀφθαρσία; Καθ' ὑπομονὴν ἔργου ἀγαθοῦ. Ὁ γὰρ ἐν τῷ ἀγαθῷ ἔργῳ ὑπομένων, καὶ βεβαίως ἱστάμενος πρὸς ἅπαντα πειρασμὸν, οὗτος καὶ τὴν δόξαν καὶ τὴν τιμὴν τῷ ὄντι ζητεῖ, καὶ τὴν ἀφθαρσίαν, ἤγουν τὴν ἐν τῷ ἀφθάρτῳ σώματι τῶν ἀφθάρτων ἀγαθῶν ἀπόλαυσιν.

Vers. 7. « Iis quidem qui secundum patientiam boni operis gloriam et honorem et incorruptionem quærunt, vitam æternam. » Cum dixisset quod « unicuique Dominus reddet, » a bonorum retributione orsus est, jucundiorem hac ratione orationem reddens. Dicendo autem, « iis quidem, qui secundum patientiam operis boni, » duo ista denuntiat : alterum, quod non sit a bono recidendum, neque ignaviter agendum, verum in bono ad finem usque perseverandum ; alterum, quod non soli fidei confidere oporteat : nam et opere bono opus est. Cum ait, « Incorruptionem, » resurrectioni fores aperit. Deinde, quoniam cuncti quidem resurgimus, sed non cuncti ad eadem, sed alii quidem ad gloriam, alii vero ad supplicium : ideo Gloriam, « inquit « et honorem. » Tota itaque **18** sententia est hujusmodi : Deus, inquit, inquirentibus futuram gloriam et honorem, ac nunquam non illa cogitantibus, præterea autem et incorruptionem, in resurrectione videlicet, reddet vitam æternam. At quo pacto quæritur futura gloria, honos et incorruptibilitas? per operis boni perseverantiam. Nam in opere perseverans bono, ac firmiter adversus quamlibet tentationem consistans, is cum gloriam, tum honorem vere quærit, et incorruptionem, sive ut incorruptibili corpore incorruptibilibus bonis fruatur.

« Τοῖς δὲ ἐξ ἐριθείας, καὶ ἀπειθοῦσι μὲν τῇ ἀληθείᾳ, πειθομένοις δὲ τῇ ἀδικίᾳ, θυμὸς, καὶ ὀργὴ, καὶ θλῖψις, καὶ στενοχωρία ἐπὶ πᾶσαν ψυχὴν ἀνθρώπου τοῦ κατεργαζομένου τὸ κακὸν, Ἰουδαίου τε πρῶτον, καὶ Ἕλληνος. » Ἐριθεία λέγεται ἡ φιλονεικία, καὶ ἡ ἄλογος ἔνστασις. « Τοῖς οὖν ἐξ ἐριθείας, » φησὶ, τουτέστι, τοῖς ἐριστικοῖς. Δείκνυσι δὲ ἐνταῦθα, οὐκ ἀπὸ ἀγνοίας, ἀλλ' ἀπὸ φιλονεικίας πονηροὺς γινομένους· ὅθεν καὶ ἀσύγγνωστοι. Ἀλλὰ καὶ τὸ εὐπειθεῖν [69] μὲν τῇ ἀδικίᾳ, μὴ πείθεσθαι δὲ τῇ ἀληθείᾳ, προαιρέσεώς ἐστιν ἁμάρτημα. Οὐ γὰρ εἶπε, Βιαζομένους, τυραννουμένους, ἀλλὰ, « Πειθομένους. » Ὅρα δὲ πῶς τὴν μὲν ζωὴν τὴν αἰώνιον τὸν Θεὸν εἶπεν ἀποδώσειν· τὰ δὲ σκυθρωπὰ, οὐκέτι. « Θυμὸς » γὰρ, φησὶ, « καὶ ὀργὴ, καὶ θλῖψις· » οὐκ εἶπεν, ὅτι Ἀποδώσει παρὰ Θεοῦ, ἀλλ' εἴασεν οὕτως ἀπολελυμένον, ὥστε νοεῖσθαι [70] τὸ, ἔσται. Τὸ μὲν γὰρ ζωοποιεῖν, ἴδιον Θεοῦ· ἡ δὲ κόλασις, ἀπὸ τῆς ἡμετέρας ῥαθυμίας ἡμῖν ἔπεισι. Πᾶσαν δὲ ψυχὴν ἀνθρώπου εἰπὼν, συστέλλει τὸν τῦφον τῶν Ῥωμαίων. Κἂν γὰρ βασιλεὺς ᾖ τις, οὐ φεύξεται τὴν δίκην, τὸ κακὸν κατεργαζόμενος, τουτέστιν ἐπιμένων, καὶ μὴ μετανοῶν. Οὐ γὰρ εἶπεν, Ἐργαζόμενος, ἀλλὰ « Κατεργαζόμενος, » ἤγουν μελέτην ποιούμενος τὸ κακόν. Ἐπειδὴ δὲ ὁ Ἰουδαῖος πλείονος ἀπέλαυσε τῆς διδασκαλίας, μείζονος καὶ τιμωρίας ἄξιος ἂν εἴη. « Δυνατοὶ » γὰρ

C Vers. 8-9. « His autem qui sunt ex contentione et qui non acquiescunt veritati, credunt autem iniquitati, ira et indignatio, tribulatio et angustia in omnem animam hominis operanti malum; Judæi pirmum et Græci. » Ἐριθεία, id est « contentio, » amor est litium et irrationalis quædam pertinacia. » « His igitur qui sunt ex contentione, » inquit, id est, contentiosis. Indicat autem hic non ex ignorantia, sed e studio rixandi pravos factos : unde haud sunt venia digni. Præterea, obedire quidem injustitiæ, nec obedire veritati, propositi seu electionis est peccatum. Non enim dixit, Vi oppressis vel tyrannide gravatis, verum « Obedientibus. » Observa autem quomodo vitam æternam Deus dixerit redditurum : tristia vero non item. « Indignatio » enim, ait, « ira et afflictio : » non adjicit, quod a Deo reddentur, D sed ita reliquit absolutum, ut subintelligeretur, erit. Nam vivificare proprium est Dei : pœna vero a nostra socordia accidit. Cum autem « omnem animam hominis » ait, contrahit et imminuit fastum Romanorum. Etiamsi enim imperator quispiam fuerit, non evadet judicium, si malum operatur, id est, si perseverat in malo, et non resipiscat. Non enim dixit, ἐργαζόμενος, id est, operatus, sed Κατεργαζόμενος, hoc est, perseveranter operans, sive exercitium faciens ex malo. Quoniam vero Judæi

[97] Exod. IV, 21.

Variæ lectiones.

[68] ἀνταποδόσεως O. [69] ἀπειθεῖν μὲν τῇ ἀληθείᾳ, πείθεσθαι δὲ τῇ ἀδικίᾳ O. [70] νοεῖται O.

uberiore doctrina et institutione imbuti fuere, majore juxta supplicio digni fuerint. « Potentes » enim « potenter examinabuntur [y], » et magis intelligentes, magis punientur.

VERS. 10-11. « Gloria autem et honor et pax omni operanti bonum, Judæo primum et Græco. Non est enim acceptio personarum apud Deum. » Scopus est Apostolo monstrare in sequentibus, nihil prodesse circumcisionem, nihil item obesse præputium, ac inducere posthac fidem, quæ hominem justificet. Hoc igitur sibi præfixo scopo, præconcutit nunc res Judæorum. Animadverte itaque sapientiam. Enarrat quæ sunt ante Christi adventum, et quod mundus fuerit repletus malitia, tum quod castigationi fuerint obnoxii, Judæus primum et Græcus. Cum vero pro confesso assumpsisset, quod Græcus malorum operum pœnas luet; ad eodem simul **19** astruit quod et bonorum mercedem feret. Quod si ab operibus et honos provenit et ignominia, sequitur legem et circumcisionem superflua esse; nec superflua tantum, verum etiam Judæo majoris supplicii causas. Si enim Græcus eam ob causam, quod non a creatura, adeoque naturæ lege institutus, sit, condemnatur; multo magis Judæus, qui cum his, etiam quæ a lege est, doctrinam et educationem accepit. Scopum igitur cum didiceris, prosequere dein et verba. Græcos autem hic dicit, non idolorum cultores, sed Dei, et naturæ legi morem gerentes et citra legem pie viventes, qualis Melchisedec, qualis Job, quales Ninivitæ, qualis, tandem Cornelius. Pari ratione Judæos dicit eos, qui ante Christi adventum vixere. Daturus enim operam ut demonstret circumcisionem nihil valere recurrit ad superiora tempora, indicans nihil interfuisse inter Græcum Dei colentem, et Judæum bona operantem. Jam si ante Christi adventum, quando potissimum florebant Judaica, nihil præstabat Græco Judæus, multo minus quando lex est abolita. Huc autem spectat, ut Judæorum fastum dejiciat, qui non admittebant eos qui ex gentibus erant. « Gloria, » inquit, « et honor et pax, » Mundi hujus bona semper bella et tumultus habent, invidiæ et insidiis exposita : ac, etiam si nemo forinsecus insidias meditetur, ipse tamen hæc possidens, cogitationibus suis perpetuo turbatur. Quæ vero apud Deum sunt, gloria et honor, pacem continent, eo quod insidiis, et cogitationum turba vacant. Quia vero incredibile videbatur, ut Græcus (sive Gentilis) in hunc admitteretur honorem, quippe qui neque legem neque prophetas audiverit, confirmat id ex hoc quod Deus non sit personarum acceptor. Non enim personas reveretur, sed res, inquit, et opera explorat. Quoniam igitur Græcus nihil differt in

A « δυνατῶς ἐτασθήσονται, » καὶ οἱ μᾶλλον συνετοὶ μᾶλλον κολασθήσονται.

« Δόξα δὲ καὶ τιμὴ καὶ εἰρήνη παντὶ τῷ ἐργαζομένῳ τὸ ἀγαθὸν, Ἰουδαίῳ τε πρῶτον, καὶ Ἕλληνι. Οὐ γὰρ ἐστι προσωποληψία παρὰ τῷ Θεῷ. » Σκοπός ἐστι τῷ Ἀποστόλῳ δεῖξαι ἐν τοῖς ἑξῆς, μηδὲν ὠφελοῦσαν τὴν περιτομὴν, μηδὲ τὴν ἀκροβυστίαν βλάπτουσαν, καὶ εἰσαγαγεῖν λοιπὸν τὴν πίστιν δικαιοῦσαν τὸν ἄνθρωπον. Τοῦτο γοῦν ἔχων σκοπὸν, προδιασαλεύει νῦν τὰ τῶν Ἰουδαίων. Καὶ ὅρα σοφίαν· Διηγεῖται τὰ πρὸ τῆς τοῦ Χριστοῦ παρουσίας, καὶ ὅτι ὁ κόσμος πεπλήρωτο πονηρίας, καὶ ὅτι κολάσει ἦσαν ὑπόδικοι, ὁ Ἰουδαῖος πρῶτον, καὶ ὁ Ἕλλην. Λαβὼν δὲ ὡμολογημένον, ὅτι κολασθήσεται ὁ Ἕλλην ἐπὶ τοῖς B κακοῖς, ἀπ' αὐτοῦ κατασκευάζει, ὅτι καὶ ἐπὶ τοῖς ἀγαθοῖς τιμηθήσεται. Εἰ δὲ ἀπὸ τῶν ἔργων ἡ τιμὴ καὶ ἡ ἀτιμία ἕπεισι, περιττὸς λοιπὸν ὁ νόμος, καὶ ἡ περιτομή· καὶ οὐ μόνον περιττὸς, ἀλλὰ καὶ πλείονος κολάσεως τῷ Ἰουδαίῳ πρόξενος. Εἰ γὰρ ὁ Ἕλλην διὰ τὸ μὴ ὑπὸ τῆς κρίσεως καὶ τοῦ φυσικοῦ νόμου παιδευθῆναι, κατακρίνεται· πολλῷ μᾶλλον ὁ Ἰουδαῖος, μετὰ τούτων [71] καὶ τὴν ἀπὸ τοῦ νόμου παιδαγωγίαν λαβών. Ἐπεὶ γοῦν ἔμαθες τὸν σκοπὸν, παρακολούθει λοιπὸν καὶ τῇ λέξει [72]. Ἕλληνας ἐνταῦθα λέγει, οὐ τοὺς εἰδωλολάτρας, ἀλλὰ τοὺς θεοσεβοῦντας καὶ τοὺς τῷ φυσικῷ πειθομένους νόμῳ, καὶ εὐσεβοῦντας χωρὶς νόμου· οἷος ὁ Μελχισεδὲκ, οἷος ὁ Ἰὼβ, οἷοι οἱ Νινευῖται, οἷος ὁ Κορνήλιος ὕστερον· ὡσαύ- C τως καὶ Ἰουδαίους, τοὺς πρὸ τῆς Χριστοῦ παρουσίας. Σπουδάζων γὰρ δεῖξαι, ὅτι ἡ περιτομὴ οὐδὲν ἰσχύει, ἀνατρέχει εἰς τοὺς ἄνω χρόνους, καὶ δείκνυσιν, ὅτι οὐδὲν ἦν τὸ διάφορον Ἕλληνος θεοσεβοῦντος, καὶ ἀγαθοεργοῦντος Ἰουδαίου. Εἰ δὲ πρὸ τῆς τοῦ Χριστοῦ παρουσίας, ὅτε μᾶλλον ἤνθει τὰ Ἰουδαϊκὰ, οὐδὲν ἦν πλεῖον [73] τῷ Ἰουδαίῳ· πολλῷ μᾶλλον ὅτε ὁ νόμος ἤργησε. Ταῦτα δὲ βούλεται, ἵνα καταβάλῃ τὸν τῦφον τῶν Ἰουδαίων, μὴ δεχομένων τοὺς ἐξ ἐθνῶν. « Δόξα, » φησὶ [74], « καὶ τιμὴ, καὶ εἰρήνη. » Τὰ μὲν [75] τοῦ κόσμου ἀγαθὰ, ἀεὶ πολέμους καὶ ταραχὰς ἔχουσι, φθονούμενα καὶ ἐπιβουλευόμενα· κἂν μηδεὶς ἔξωθεν [76] ἐπιβουλεύῃ, αὐτός γε ὁ ταῦτα ἔχων ἀεὶ ταράττεται τοῖς λογισμοῖς. Ἡ δὲ παρὰ Θεῷ δόξα, καὶ ἡ τιμὴ, D τὴν εἰρήνην ἔχουσι, διὰ τὸ ἀνεπιβούλευτον, καὶ τὴν ἐν τοῖς λογισμοῖς ἀταραξίαν. Ἐπειδὴ δὲ ἄπιστον ἐδόκει τὸ τιμᾶσθαι τὸν Ἕλληνα, μὴ νόμου, μὴ προφητῶν ἀκούσαντα, κατασκευάζει τοῦτο ἐκ τοῦ ἀπροσωπόληπτον εἶναι τὸν Θεόν. Οὐ γὰρ πρόσωπα δυσωπεῖται, ἀλλὰ πράγματα, φησὶν, ἐξετάζει. Ἐπεὶ τοίνυν ὁ Ἕλλην οὐ διαφέρει τοῦ Ἰουδαίου ἐν τοῖς πράγμασιν, οὐδὲν κωλύει [77] ἐπίσης αὐτὸν τιμηθῆναι. Ὥστε μὴ κατακαυχῶ, ὦ Ἰουδαῖε, τοῦ ἐξ ἐθνῶν, μετὰ

[y] Sap. VI, 7.

Variæ lectiones.

[71] μετὰ τοῦτο m. [72] τι λέγει m. [73] πλέον m. [74] ἕτερον. Δόξα δέ φησι m. [75] τὰ μὲν γὰρ. [76] δὲ o. [77] τὸ κωλύον o.

τὴν τοῦ νόμου ἀργίαν· ὅπου γε, ὅτε ἦνθει τὰ σὰ, A rebus a Judæo nihil prohibet quominus peræque
ἰσότιμός σοι ἦν ὁ Ἕλλην, τὸ ἀγαθὸν ποιῶν. honoretur. Proinde ne glorieris, Judæe, contra eum
qui est ex gentibus, post legis abrogationem, ubi, quando tua florebant, honore tibi par erat Græcus,
bonum faciens.

« Ὅσοι γὰρ ἀνόμως ἥμαρτον, ἀνόμως καὶ ἀπολοῦνται· καὶ ὅσοι ἐννόμως [78] ἥμαρτον, διὰ νόμου κριθήσονται. Οὐ γὰρ οἱ ἀκροαταὶ τοῦ νόμου δίκαιοι παρὰ τῷ Θεῷ, ἀλλ' οἱ ποιηταὶ τοῦ νόμου δικαιωθήσονται. » Ἔδειξεν ἄνω, ὅτι τιμᾶται καὶ ὁ Ἕλλην ἐπίσης τῷ Ἰουδαίῳ· νῦν δείκνυσιν, ὅτι ἐν τῇ κολάσει βαρυτέρα ἡ κατάκρισις [79] τῷ Ἰουδαίῳ. Οἱ μὲν γὰρ Ἕλληνες, φησὶν, ἀνόμως ἥμαρτον, τουτέστι, χωρὶς τῆς ἀπὸ τοῦ νόμου κατηχήσεως· διὸ καὶ ἀνόμως ἐκολοῦνται, τουτέστι, κολασθήσονται ἐλαφρότερον, μὴ ἔχοντες τὸν νόμον κατηγοροῦντα· τὸ γὰρ, « Ἀνόμως, » B est, punientur levius, ut qui legem accusantem non
χωρὶς τῆς ἐκείνου κατακρίσεως, ἐστιν. Ὁ δὲ Ἰουδαῖος ἐννόμως ἥμαρτεν· ὅ ἐστι, μετὰ τῆς ἀπὸ τοῦ νόμου [80] κατηχήσεως· διὸ καὶ ἐννόμως κριθήσεται, ἀντὶ τοῦ, κατακριθήσεται, τοῦ νόμου σφοδροτέρως αὐτῷ ἐπιτεμένου καὶ κατηγοροῦντος, καὶ μείζονα τὴν κατάδικην ποιοῦντος. Πῶς οὖν λέγεις, ὦ Ἰουδαῖε, ὅτι Οὐ δέομαι τῆς χάριτος, οἷα ἐκ τοῦ νόμου δικαιούμενος; Ἰδοὺ γὰρ ἐδείχθης ὑπὸ τοῦ νόμου μηδὲν ὠφελούμενος. Ὥστε τῆς τοῦ Χριστοῦ χάριτος χρῄζεις μᾶλλον ἢ ὁ Ἕλλην, οἷα μὴ δικαιωθεὶς παρὰ Θεῷ ἐκ μόνης τῆς τοῦ νόμου ἀκροάσεως. Παρὰ μὲν γὰρ ἀνθρώποις, οἱ ἀκροαταὶ τοῦ νόμου, σεμνοὶ δύνανται φαίνεσθαι· παρὰ δὲ Θεῷ, οὐχ οὕτως· ἀλλ' οἱ ποιηταὶ τοῦ νόμου δικαιοῦνται.

« Ὅταν γὰρ ἔθνη τὰ μὴ νόμον ἔχοντα, φύσει C
τὰ τοῦ νόμου ποιῇ, οὗτοι νόμον μὴ ἔχοντες, ἑαυτοῖς εἰσι νόμος. Οἵτινες ἐνδείκνυνται τὸ ἔργον τοῦ Θεοῦ [81] γραπτὸν ἐν ταῖς καρδίαις αὐτῶν, συμμαρτυρούσης αὐτῶν τῆς συνειδήσεως. » Ἐν οἷς κατασκευάζει τὰ κατὰ τῶν Ἰουδαίων, οὕτω μεταχειρίζεται συνετῶς τὸν λόγον, ὥστε μὴ δοκεῖν τι κατὰ τοῦ νόμου λέγειν. Ὡς γὰρ ἐπαίρων καὶ μεγαλύνων τὸν νόμον, φησὶν ὅτι οἱ μὴ νόμον ἔχοντες, τὰ δὲ τοῦ νόμου ποιοῦντες « φύσει, » ἀντὶ τοῦ, τοῖς ἐκ φύσεως λογισμοῖς πειθόμενοι, θαυμαστοί τινές εἰσιν· ὅτι τοῦ νόμου οὐκ ἐδεήθησαν, καὶ τὸν νόμον ἐπλήρωσαν, οὐ γράμματα, ἀλλ' ἔργα ταῖς καρδίαις αὐτῶν ἐγκολάψαντες, καὶ τῷ συνειδότι καὶ τοῖς φυσικοῖς λογισμοῖς ἀντὶ τοῦ νόμου χρώμενοι εἰς μαρτυρίαν τοῦ καλοῦ. Τρεῖς δὲ νόμους ἐνταῦθά φησι· τὸν γραπτὸν, τὸν φυσικὸν, καὶ τὸν ἐν τοῖς ἔργοις. « Ἔθνη τὰ μὴ νόμον ἔχοντα. » Ποῖον; Τὸν γραπτόν. « Φύσει τὰ τοῦ νόμου ποιῇ. » Ποίου; Τοῦ διὰ τῶν ἔργων. « Οἵτινες νόμον μὴ ἔχοντες. » Ποῖον; Τὸν γραπτόν. » Ἑαυτοῖς εἰσι νόμος. » Πῶς; Τῷ φυσικῷ κεχρημένοι. « Οἵτινες ἐνδείκνυνται τὸ ἔργον τοῦ νόμου. » Ποίου; Τοῦ διὰ τῶν πράξεων. Ὅρα δὲ σοφίαν, πῶς οὐκ ἔπληξε τοὺς Ἰουδαίους, ὡς ἐπῄτει ἡ ἀκολουθία τοῦ λόγου· πάντως γὰρ κατὰ τὸ ἀκόλουθον οὕτως ἔδει εἰπεῖν· Ὅταν γὰρ ἔθνη χωρὶς νόμου φύσει τὰ τοῦ νόμου ποιῇ, πολλῷ βελτίους εἰσὶ τῶν ἀπὸ τοῦ νόμου διδασκομένων. Ἀλλ' οὐκ εἶπεν

VERS. 12,13. « Quicunque enim sine lege peccaverunt, sine lege et peribunt : et quicunque in lege peccaverunt, per legem judicabuntur. Non enim auditores legis justi sunt apud Deum, sed factores legis justificabuntur. » Indicavit supra, quod Græcus eodem cum Judæo honore afficitur : nunc ostendit quod supplicii tempore gravior Judæo futura sit condemnatio. Græci enim, inquit, « sine lege peccaverunt, » hoc est, sine ea quæ per legem est instructione : propterea « et sine lege peribunt » id habuerint : nam « sine lege, » est, citra illius **20** condemnationem. Judæus autem « in lege » peccavit, hoc est, cum institutione quæ est ex lege : ideo et in lege judicabitur, id est, condemnabitur, lege vehementius ipsi incumbente et accusante, majoremque condemnationem faciente. Quomodo igitur dicis, Judæe, Gratia ego non indigeo, quippe qui ex lege justificer? Ecce enim demonstratum est, te a lege nihil adjutum fuisse : itaque Christi gratia magis indiges quam Græcus, ceu non justificatus apud Deum ex sola legis auditione. Nam apud homines, auditores legis et graves (et justi) videri queunt : apud Deum non item, sed factores legis justificantur.

Vers. 17. « Habeo igitur gloriationem in Christo Jesu, in iis quæ ad Deum attinent. » Ubi vehementer sese humiliasset, jam rursus sermonem attollit, ne contemptus plane videatur, inquiens, « Gloriationem habeo, » non in meipso, neque in meo conatu, sed in gratia Jesu Christi. Sed quibus in rebus glorior? « In iis quæ ad Deum attinent : » hoc est, non in rebus vulgaribus, sed in spiritualibus.

Vers. 18, 19. « Non enim audeo loqui aliquid eorum quæ non effecit Christus per me ad obedientiam gentium verbo et opere. In virtute signorum et prodigiorum, in virtute Spiritus Dei. » Cum dixisset, Minister sum Evangelii ad omnes gentes, adjicit, Non sum arrogans, nec arroganter jacto quidquam eorum quæ non feci : imo non ego feci, sed Christus effecit, me intrumento usus. Sive enim quidquam loquar, de cœlestibus disserens ac philosophans, sive operer, divinam conversationem exercens, sive miracula perficiens, omnia sunt Christi. Differunt autem signum et prodigium. Signum enim dicitur de iis quæ secundum naturam fiunt, modo tamen inusitato, ut in Petri socro febricitante repente sanata. Hic enim febrim curari secundum naturam est, tum vero nova quadam ra-

Variæ lectiones.

[60] τοῦ Θεοῦ. [61] ὃ μὴ ο. [62] τῶν ο. [63] εἴ καὶ ο. [64] μετελθὼν π. [65] τῷ Χριστῷ ο.

tione contigit, nempe adeo celeriter simulatque attigisset. Prodigium vero est in eis quæ non sunt secundum naturam, veluti cum is qui a nativitate cæcus erat sanaretur [f]. **110** Quia vero haud raro signa et prodigia per dæmones etiam fiant, adjecit, « in virtute spiritus Dei. » Hinc etiam ostenditur dignitas Spiritus, ut qui tanta possit.

« Ita ut ab Jerusalem et per circuitum usque ad Illyricum impleverim Evangelium Christi. » Vis, inquit, demonstrationem accipere eorum quæ dico? Ecce discipulorum meorum multitudinem : ab Hierosolymis enim usque ad Illyricum, quæ sunt extremæ partes ejus quæ nunc Bulgaria nominatur. Non autem dixit, prædicavi, sed « implevi Evangelium, » ut ostendat quod sermo ejus non inefficax fuerit, sed perfectus. Ne vero, cum audis, « ab Jerusalem usque ad Illyricum, » existimes quod recta per publicam viam sit profectus, « Et per circuitum, » inquit, hoc est, et quæ ad aquilonem et ad austrum sunt gentes, prædicando pertransii.

VERS. 20. « Sic vero annitens prædicare Evangelium, non ubi nominatus esset Christus, ne super alienum fundamentum ædificarem. » Non solum tot tantisque prædicavi Evangelium, illisque persuasi, verum neque ad homines qui omnino Christi nomen audierant, abii : tantum abest, ut me aliorum discipulis vel ingeram, vel gloriæ causa hoc agam. Proinde neque scripsi vobis ceu gloriam a vobis expetens, cæterum tanquam ministerium implens. Alienum autem fundamentum apostolorum doctrinam vocat : non quod alieni fuerint aut alia a Paulo prædicaverint, sed mercedis ratione. Merces enim eorum qui apud illos laboraverant, aliena erat, et non ad Paulum pertinens.

VERS. 21. « Sed quemadmodum scriptum est [g] : Quibus non annuntiatum est de eo, videbunt : et qui non audierunt, intelligent. » Prophetiam hic impletam ostendit. Ingens autem labor est et sudor, cum quis indociles erudire velit : ad quod sane Paulus accurrebat.

VERS. 22. « Propter quod impediebar sæpe venire ad vos. « In epistolæ hujus principio, « Prohibitus sum, » inquit, « hactenus. » Hic autem et causam cur sit prohibitus, reddit : Quia, inquit, quoquoversum circumcursabam prædicando verbum, ideo sæpe impediebar : hoc est, quanquam sæpenumero conabar, et expeterem, semper tamen impediebar.

VERS. 23, 24. « Nunc vero ulterius locum non habens in his regionibus, cupiditatem autem habens veniendi ad vos jam inde a multis annis : ut si in Hispaniam proficiscar, veniam ad vos : spero enim quod præteriens videam vos, et a vobis deducar illuc, si vobis primum ex parte fuero expletus. » Impediebar, inquit, eo quod prædicare vellem. Jam vero cum nihil ultra mihi in locis hisce restat agen-

A ἐστι · τότε δὲ καινοπρεπῶς ἐγένετο · οὕτω γὰρ ταχέως ἅμα τῇ ἀφῇ) · τὸ δὲ τέρας, ἐν τοῖς μὴ κατὰ φύσιν · οἷον τὸ τὸν ἐκ γενετῆς τυφλὸν ἰαθῆναι. Ἐπὶ δὲ σημεῖα καὶ τέρατα γίνονται πολλάκις καὶ ἐνεργείᾳ δαιμόνων, προσέθηκεν · « Ἐν δυνάμει Πνεύματος Θεοῦ. » Δείκνυται δὲ καὶ τοῦ Πνεύματος τὸ ἀξίωμα ἐντεῦθεν, εἴ γε τοσαῦτα δύναται.

« Ὥστε με ἀπὸ Ἰερουσαλὴμ καὶ κύκλῳ μέχρι τοῦ Ἰλλυρικοῦ πεπληρωκέναι τὸ Εὐαγγέλιον τοῦ Χριστοῦ. » Θέλεις, φησὶν, ἀπόδειξιν λαβεῖν ὧν λέγω; Ἰδὲ τῶν μαθητῶν μου τὸ πλῆθος· ἀπὸ γὰρ Ἰερουσαλὴμ μέχρι τοῦ Ἰλλυρικοῦ · ὅ ἐστι τὰ ἔσχατα τῆς νῦν ὀνομαζομένης Βουλγαρίας. Οὐκ εἶπε δὲ, Ἐκήρυξα, ἀλλ', [ὅτι] « Ἐπλήρωσα τὸ Εὐαγγέλιον· » ἵνα δείξῃ, ὅτι οὐκ ἀνενέργητος ἐγένετο αὐτοῦ ὁ λόγος, ἀλλ' B ἐντελής [66]. Ἵνα δὲ μὴ ἀκούσας, « Ἀπὸ Ἰερουσαλὴμ ἄχρι τοῦ Ἰλλυρικοῦ, » νομίσῃς ὅτι κατ' εὐθὺ τὴν λεωφόρον ἤρχετο, φησὶν, ὅτι « Καὶ κύκλῳ · » τουτέστιν, ὅτι Καὶ τὰ πρὸς βορρᾶν καὶ πρὸς νότον ἔθνη διῆλθον τῷ λόγῳ.

« Οὕτω δὲ φιλοτιμούμενον εὐαγγελίζεσθαι, οὐχ ὅπου ὠνομάσθη Χριστὸς, ἵνα μὴ ἐπ' ἀλλότριον θεμέλιον οἰκοδομῶ. » Οὐ μόνον τοσούτοις εὐηγγελισάμην καὶ ἔπεισα, ἀλλ' οὐδὲ πρὸς ἀνθρώπους ἀκούσαντας ὅλως ὄνομα Χριστοῦ ἀπῆλθον · τοσοῦτον ἀπέχω τοῦ ἐπιβρίπτειν ἐμαυτὸν ἄλλων μαθηταῖς, καὶ δόξης ἕνεκεν τοῦτο ποιεῖν. Οὐκοῦν οὐδὲ ὑμῖν ἔγραψα, ὡς τῆς παρ' ὑμῶν δόξης ἐρῶν, ἀλλ' ὡς διακονίαν πληρῶν. Ἀλλότριον δὲ θεμέλιον τὴν διδασκαλίαν τῶν C ἀποστόλων φησίν · οὐχ ὅτι ἀλλότριοι ἦσαν, οὐδ' ὅτι ἄλλα ἐκήρυττον, ἀλλὰ κατὰ τὸν τοῦ μισθοῦ λόγον. Ὁ γὰρ μισθὸς τῶν πεπονημένων ἐκείνοις ἀλλότριος ἦν, καὶ οὐ διαφέρων Παύλῳ.

« Ἀλλὰ καθὼς γέγραπται · Οἷς οὐκ ἀνηγγέλη περὶ αὐτοῦ, ὄψονται · καὶ οἱ οὐκ ἀκηκόασι, συνήσουσι. » Προφητείαν ἐνταῦθα δείκνυσι πεπληρωμένην · πλείων δὲ πάντως ὁ πόνος καὶ ὁ ἱδρὼς, ὅταν τις τοὺς ἀμαθεστάτους διδάσκειν ἕληται · ᾧ δὴ καὶ Παῦλος ἐπέτρεχε [67].

« Διὸ καὶ ἐνεκοπτόμην τὰ πολλὰ τοῦ ἐλθεῖν πρὸς ὑμᾶς. » Ἀρχόμενος μὲν τῆς Ἐπιστολῆς, εἶπεν, ὅτι « Ἐκωλύθην ἄχρι τοῦ δεῦρο · » ἐνταῦθα δὲ καὶ τὴν αἰτίαν τίθησι, δι' ἣν κεκώλυται, ὅτι Διὰ τὸ πάντα- D χοῦ περιτρέχειν [68] κηρύττων, διὰ τοῦτο ἐνεκοπτόμην τὰ πολλά · τουτέστι, πολλάκις ἐπιχειρῶν καὶ ἐπιθυμῶν, ὅμως ἐνεκοπτόμην ἀεί.

« Νυνὶ δὲ μηκέτι τόπον ἔχων ἐν τοῖς κλίμασι τούτοις, ἐπιποθίαν δὲ ἔχων τοῦ ἐλθεῖν πρὸς ὑμᾶς ἀπὸ πολλῶν ἐτῶν · ὡς ἐὰν πορεύωμαι εἰς τὴν Ἱσπανίαν, ἐλεύσομαι πρὸς ὑμᾶς · ἐλπίζω γὰρ διαπορευόμενος θεάσασθαι ὑμᾶς, καὶ ὑφ' ὑμῶν προπεμφθῆναι ἐκεῖ, ἐὰν ὑμῶν πρῶτον ἀπὸ μέρους ἐμπλησθῶ. » Ἐνεκοπτόμην, φησὶ, διὰ τὸ θέλειν με κηρύσσειν. Νυνὶ δὲ ἐπειδὴ οὐκέτι ἔργον ἐστί μοι ἐν τοῖς τόποις

[f] Joan. v, 7. [g] Isa. LII, 15.

Variæ lectiones.

[66] ἀλλ' ἐνεργὴς καὶ ἐντελὴς m. [67] οὗ δὴ καὶ Παῦλος ἐπέτυχε o. [68] παρατρ.).

τούτοις, διὰ τοῦτο καὶ γράφω ὑμῖν, καὶ ἔρχομαι πρὸς ὑμᾶς, οὐχὶ δι' ἄλλο τι, οἷον διὰ δόξης ἔρωτα. Εἶτα, ἵνα μὴ εἴπωσιν αὐτῷ, ὅτι Διὰ τὸ μὴ ἔχειν σε αὐτόθι ἔργον, ὡς ἐν παρέργῳ ποιῇ ἡμᾶς· ἐπιφέρει, ὅτι Ἐπιποθίαν ἔχω πρὸ πολλῶν ἐτῶν· τὴν ἐπιθυμίαν ταύτην σπεύδω πληρῶσαι. Ἵνα δὲ μὴ πάλιν φυσηθῶσιν, ὡς ἐπιποθοῦντος[69] αὐτοὺς τούτου, οἷα δὴ μείζους τῶν ἄλλων[70], ἐπάγει· « Ὡς ἐὰν πορεύωμαι εἰς[71] τὴν Ἱσπανίαν, ἐλεύσομαι πρὸς ὑμᾶς. » Ἵνα δὲ μὴ εἴπωσι πάλιν· Ὁδοῦ πάρεργον ποιῇ ἡμᾶς, ἐπήγαγε· « Καὶ ὑφ' ὑμῶν προπεμφθῆναι ἐκεῖ· » τουτέστιν, Ὑμεῖς αὐτοὶ ἰδόντες τὴν ἀνάγκην[72] κατεπείγουσάν με πρὸς τὸ καὶ ἐκείνοις ἐπιδημῆσαι, προπέμψειν μέλλετέ με. Ὥστε οὐ καταφρονῶν ὑμῶν, ἀλλ' ἀναγκαίως, ὑμᾶς, παρελεύσομαι. Ἐπεὶ δὲ ἔτι τοῦτο[73] ἐλύπει πλέον, θεραπεύει αὐτὸ[74] λέγων· « Ἐὰν ὑμῶν πρῶτον ἀπὸ μέρους ἐμπλησθῶ. Δείκνυσι γὰρ ἑαυτὸν ἐρῶντα τῆς ἀγάπης αὐτῶν, καὶ σφοδρῶς· διὸ οὐδὲ εἶπε, Θεάσωμαι, ἀλλ', « Ἐμπλησθῶ, » τὰ τῶν γονέων μιμούμενος ῥήματα. « Ἀπὸ μέρους » δέ, εἶπε· τουτέστιν, Οὐδείς με χρόνος ἐμπλῆσαι δύναται, οὐδὲ ἐμποιῆσαί μοι κόρον τῆς ὁμιλίας ὑμῶν. Ἀγαπητὸν οὖν μοι, ἐὰν μερικῶς ὑμῶν ἐμπλησθῶ.

« Νυνὶ δὲ πορεύομαι εἰς Ἱερουσαλὴμ, διακονῶν τοῖς ἁγίοις. Εὐδόκησαν γὰρ Μακεδονία καὶ Ἀχαΐα κοινωνίαν τινὰ ποιήσασθαι εἰς τοὺς πτωχοὺς τῶν ἁγίων τῶν ἐν Ἱερουσαλήμ. » Ὑπέσχετο ἀνωτέρω πρὸς αὐτοὺς διελθεῖν· ἐπεὶ δὲ ἐμέλλεν ἐμβραδύνειν, ἵνα μὴ δόξῃ χλευάζειν αὐτούς, λέγει καὶ τὴν αἰτίαν δι' ἣν ἐμβραδύνει, καί φησιν, ὅτι « Πορεύομαι εἰς Ἱερουσαλὴμ, διακονῶν τοῖς ἁγίοις. » Οὐκ εἶπεν, Ἐλεημοσύνας ἀποκομίζων, ἀλλὰ, « Διακονῶν· » ἵνα μάθωμεν ἡλίκων καὶ ὑφ' οὗ γινόμενον τὸ γινόμενον, καὶ ὅτι μέγα. Διὰ δὲ τούτου προτρέπεται καὶ τοὺς Ῥωμαίους[75] εἰς ἐλεημοσύνην. Λέγων γὰρ, ὅτι « Εὐδόκησαν Μακεδονία καὶ Ἀχαΐα, » καὶ τὰ ἑξῆς, ζῆλον αὐτοῖς ἐντίθησιν εἰς τὸ μιμήσασθαι τούτους. Τὸ δὲ, « Εὐδόκησαν, ἀντὶ τοῦ, ἠθέλησαν, ἀγαθὸν ἔκριναν, τὸ στεῖλαι κοινωνίαν τινά. Πανταχοῦ δὲ κοινωνίαν καλεῖ τὴν ἐλεημοσύνην, ὡς κοινοῦ τοῦ κέρδους ὄντος καὶ τῶν[76] διδόντων, καὶ τῶν λαμβανόντων. » Τινὰ » δὲ, εἶπεν, ἀντὶ τοῦ, μικρὰν, ἵνα μὴ δόξῃ τοῖς Ῥωμαίοις ὀνειδίζειν, ὡς φειδωλοῖς καὶ ἀκοινωνήτοις. « Πτωχοὺς δὲ τῶν ἁγίων, » τουτέστι, τῶν πιστῶν. Ὥστε διπλῶς[77] ἄξιοι ἐλεεῖσθαι, διὰ τὴν πενίαν καὶ διὰ τὴν ἀρετήν.

« Εὐδόκησαν γὰρ, καὶ ὀφειλέται αὐτῶν εἰσιν· εἰ γὰρ ἐν τοῖς πνευματικοῖς αὐτῶν ἐκοινώνησαν τὰ ἔθνη, ὀφείλουσι καὶ ἐν τοῖς σαρκικοῖς λειτουργῆσαι αὐτοῖς. » Οὐδὲν, φησὶ, καινὸν, εἰ εὐδόκησαν κοινωνῆσαι τοῖς ἁγίοις· ὀφειλέται γὰρ αὐτῶν εἰσι. Καὶ πῶς; Ἐκ τῶν Ἰουδαίων ἦν ὁ Χριστὸς, δι' αὐτοὺς ἦλθεν, ἐκεῖθεν οἱ ἀπόστολοι, οἱ προφῆται, πάντα τὰ ἀγαθά. Τούτων οὖν ἁπάντων ἐκοινώνησεν ἡ οἰκουμένη. Ὀφείλουσιν οὖν πάλιν μεταδοῦναι αὐτοῖς τῶν

A dum, **111** propter hoc ipsum et scribo ad vos, et viso vos; non alicujus alius rei gratia, veluti ob gloriæ cupiditatem. Deinde, ne dicant ei, Quia in iis regionibus nihil erat tibi negotii, nos obiter visis, infert: Desiderium habui ante multos annos: desiderium hoc implere festino. Ne vero rursus inflentur, quod is eorum desiderio teneretur, quasi cæteris omnibus superiores essent, subdit: « Ut si proficiscar in Hispaniam, veniam ad vos. » Ne vero iterum dicant, Itineris auctarii loco nos facis; addidit: « et a vobis deducar illuc: » hoc est, vos ipsi conspicati necessitatem urgentem me ad illos proficisci, deducturi estis me. Quare non ex contemptu, sed necessario transiero vos. Quoniam autem istud eos adhuc magis angebat, sanat illud, B inquiens: « Si vobis primum ex parte fuero expletus. » Indicat autem se charitatem illorum amare, idque vehementer: ideoque non dixit, videro; sed, « expletus fuero: » parentum verba imitatus. « Ex parte, » autem dixit; hoc est, nullum me tempus explere, aut vestræ societatis satietatem mihi creare potest. Si itaque ex parte vobis expletus fuero, contentus ero.

Vers. 25, 26. « Nunc autem proficiscor Hierosolyma, ministrans sanctis. Placuit enim Macedoniæ et Achaiæ communicationem quamdam facere in pauperes sanctos qui sunt in Jerusalem. » Supra pollicebatur se ad ipsos perventurum: at quoniam C cunctaturus erat, ne videretur eos irridere, causam moræ suæ exponit. « Proficiscor, « inquiens, « Hierosolyma, ministrans sanctis. » Non dixit, eleemosynam mecum asportans, sed, « ministrans: » ut discamus quantum sit, et a quo fiat, quod factum est, et quam arduum. Per hoc autem Romanos etiam ad eleemosynam hortatur. Cum enim ait « Placuit Macedoniæ et Achaiæ, » etc., æmulationem' eis indit ad istos imitandos. Porro, « placuit » eis, pro, voluerunt, bonum censuerunt mittere communicationem aliquam. Ubique autem eleemosynam communicationem vocat, quasi lucrum commune esset cum dantium tum accipientium. « Quamdam » autem dixit, pro exiguam: ne videatur Romanis objicere quod et parci sint et illiberales. Porro, D « pauperes sanctos » dixit, hoc est, fideles. Ita ut duplici ratione miseratione digni sint, primum paupertatis, deinde vero virtutis nomine.

Vers. 27. « Placuit enim eis, et debitores sunt illorum. Nam si spiritualium eorum participes facti sunt gentiles, debent et in carnalibus ministrare eis. » Nihil novum, inquit, si sanctis communicare voluerunt: debitores enim illorum sunt. Ecqua istuc ratione? Ex Judæis erat Christus, propter ipsos venerat; ab illis etiam apostoli et prophetæ, adeoque **112** omnia bona. Horum igitur omnium particeps factus est universus terrarum orbis. Debent

Variæ lectiones.

[69] ἐπιθυμοῦντος o. [70] τῶν ἄλλων ἴδειν m. [71] πρὸς o. [72] ἀγά-ην o. [73] τούτους o. [74] αὐτοὺς o. [75] Ἑβραίους o. [76] κοινὴν οὖσαν καὶ τῶν o. [77] διπλῇ o.

itaque gentes carnalia sua bona eis impertiri : proinde et vos. Non autem dixit, communicare, sed, « ministrare. » In ordine enim ministrorum eos collocavit. Nec dixit, in carnalibus suis. Spiritualia enim Judæorum esse testatus est; carnalia nec gentium quidem. Pecuniæ namque et facultates omnibus sunt communes, nec ad possessores tantum pertinent.

A σαρκικῶν ἀγαθῶν οἱ ἐξ ἐθνῶν · ὥστε καὶ ὑμεῖς. Οὐκ εἶπε δὲ, Κοινωνῆσαι, ἀλλὰ, « Λειτουργῆσαι · » ἐν τάξει γὰρ διακόνων αὐτοὺς κατέστησεν. Οὐκ εἶπε δὲ, Ἐν τοῖς σαρκικοῖς αὐτῶν. Τὰ μὲν γὰρ πνευματικὰ τῶν Ἰουδαίων εἶπεν εἶναι · τὰ δὲ σαρκικὰ, οὐκέτι τῶν ἐθνικῶν. Τὰ γὰρ χρήματα κοινὰ πάντων, καὶ οὐ τῶν ἐχόντων μόνον.

Verse 28. « Hoc igitur ubi perfecero, atque obsignavero illis fructum hunc. » Id est, simul ac ceu in regia promptuaria deposuero, veluti in asylo et loco tuto : hujusmodi enim sunt quæ obsignantur. « Fructum » autem appellat, ostendens per hoc, eos qui dant potius lucrari.

« Τοῦτο οὖν ἐπιτελέσας, καὶ σφραγισάμενος αὐτοῖς τὸν καρπὸν τοῦτον. » Τουτέστιν, ὡς εἰς βασιλικὰ ταμεῖα ἀποθέμενος, ὡς ἐν ἀσύλῳ καὶ ἀσφαλεῖ χωρίῳ · τοιαῦτα γὰρ τὰ σφραγιζόμενα. « Τὸν καρπὸν » δὲ, εἶπε, δεικνὺς αὐτοὺς μᾶλλον κερδένοντας τοὺς διδόντας.

« Proficiscar per vos in Hispaniam. » Rursus Hispaniæ mentionem facit, innuens necessariam B sibi eo fuisse profectionem, quodque non veluti ipsos despiciens Romam prætereat.

« Ἀπελεύσομαι [78] δι' ὑμῶν εἰς τὴν Ἱσπανίαν. » Πάλιν μέμνηται τῆς Ἱσπανίας, δεικνὺς, ὅτι ἀναγκαία αὐτῷ ἡ ἐκεῖσε ὁδὸς, καὶ ὅτι οὐχ ὡς καταφρονῶν αὐτῶν παρέρχεται τὴν Ῥώμην.

Verse 29. « Scio autem quod veniens ad vos, in plenitudine benedictionis Evangelii Christi veniam. » Hoc est, videbo vos omnibus Evangelicis bonis probatos. Plenitudinem namque benedictionis Evangelii, omnia bona benedictione digna, hoc est, laude quæ est ex Evangelio, appellat. Potes autem per benedictionem intelligere eleemosynam, ut sit sententia : Inveniam vos perfectos in eleemosyna et humanitate. Hæc vero dicit præoccupans ipsos, ut ea encomia reveriti, dent operam, ut tales videantur.

« Οἶδα δὲ ὅτι ἐρχόμενος πρὸς ὑμᾶς, ἐν πληρώματι εὐλογίας τοῦ Εὐαγγελίου τοῦ Χριστοῦ ἐλεύσομαι. » Τουτέστιν, Ὀψομαι ὑμᾶς ἐν πᾶσιν εὐδοκιμοῦντας τοῖς ἀγαθοῖς [79] κατὰ τὸ Εὐαγγέλιον. Πλήρωμα γὰρ εὐλογίας τοῦ Εὐαγγελίου καλεῖ πάντα τὰ ἀγαθὰ τὰ ἄξια τῆς εὐλογίας, τουτέστι, τοῦ ἐπαίνου τοῦ κατὰ τὸ Εὐαγγέλιον· δύνασαι δὲ εὐλογίαν τὴν ἐλεημοσύνην νοῆσαι, ἵνα ᾖ ὁ λόγος αὐτῷ, ὅτι Εὑρήσω ὑμᾶς τελείους ἐν ἐλεημοσύνῃ καὶ φιλανθρωπίᾳ. Ταῦτα δὲ λέγει προκαταλαμβάνων αὐτοὺς, ἵνα αἰδεσθέντες τὰ ἐγκώμια, σπουδάσωσι τοιοῦτοι ὀφθῆναι.

Verse 30. « Obsecro autem vos, fratres, per Dominum nostrum Jesum Christum et per dilectionem Spiritus. » Nusquam seipsum fide dignum putat, sed mediatores assumit, perinde ac etiamnum Christum et Spiritum. Atqui Patris non meminit, ut discas quod neque quando Patris solius mentionem fecerit, Filium et Spiritum rejiciat. « Dilectionem » porro « Spiritus, » dixit. Quemadmodum enim Pater et Filius dilexere mundum, sic et Spiritus.

« Παρακαλῶ δὲ ὑμᾶς, ἀδελφοὶ, διὰ [80] τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ διὰ τῆς ἀγάπης τοῦ Πνεύματος. » Οὐδαμοῦ ἀξιόπιστον ἑαυτὸν ἡγεῖται, ἀλλὰ μεσίτας παραλαμβάνει · ὥσπερ δὴ καὶ νῦν τὸν Χριστὸν καὶ τὸ Πνεῦμα. Τοῦ μέντοι Πατρὸς οὐ μέμνηται, ἵνα μάθῃς, ὅτι οὐδ' ὅταν τοῦ Πατρὸς μόνου μέμνηται [81], τὸν Υἱὸν καὶ τὸ Πνεῦμα ἀθετεῖ. « Τῆς ἀγάπης » δὲ « τοῦ Πνεύματος, » εἶπε. Καθάπερ γὰρ ὁ Πατὴρ καὶ ὁ Υἱὸς ἠγάπησαν τὸν κόσμον, οὕτω καὶ τὸ Πνεῦμα.

C

« Συναγωνίσασθέ μοι ἐν ταῖς προσευχαῖς ὑπὲρ ἐμοῦ πρὸς τὸν Θεόν. » Μεγίστη ταπεινοφροσύνη, ὅτι λέγει τῆς τούτων δεῖσθαι εὐχῆς.

« Ἵνα ῥυσθῶ ἀπὸ τῶν ἀπειθούντων ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ. » Οὐκ εἶπεν, Ἵνα συμπλακῶ, καὶ νικήσω αὐτοὺς, ἀλλὰ, « Ἵνα ῥυσθῶ, » θεῖον νόμον πληρῶν, τὸν διακελευόμενον εὔχεσθαι μὴ ἐμπεσεῖν εἰς πειρασμόν. Ἅμα δὲ καὶ δείκνυσιν, ὅτι ἀναγκαῖον τὸ διακονῆσαι τοῖς ἐν μέσῳ τοσούτων ἀπειθῶν οὖσιν (ὧν καὶ αὐτὸς ῥυσθῆναι εὔχεται), καὶ προσέτι λιμῷ ἀπόλλυσθαι κινδυνεύουσι [82].

D

Verse 31. « Ut liberer ab infidelibus qui sunt in Judæa. » Non dixit, ut cum illis conflicter, et vincam eos, sed, « ut liberer, » divinam legem implens, quæ orare jubet ne in tentationem incidamus. Præterea ostendit quod sit necessarium ministrare illis qui in medio tot incredulorum degant (a quibus et ipse liberari exoptat), de quibus etiam periculum sit, ne fame pereant.

« Καὶ ἵνα ἡ διακονία μου ἡ εἰς Ἱερουσαλὴμ εὐπρόσδεκτος γένηται τοῖς ἁγίοις. » Τουτέστιν, ἵνα μετὰ προθυμίας ἀποδέξωνται τὰ διδόμενα. Ἐντεῦθεν δὲ δῆλον, ὅτι οὐκ ἀρκεῖ τὸ δοῦναι ἐλεημοσύνην, ὡς τὸ δεχθῆναι. Ὅταν γὰρ μετὰ ἀνάγκης τις παρ-

Utque ministerium meum erga Jerusalem acceptabile fiat sanctis. » Hoc est, ut **113** cum alacritate accipiant quæ eis dantur. Hinc autem perspicuum est, quod dare eleemosynam, non sufficiat ut accepta sit. Quando enim neccessario quispiam

[h] Matth. VI, 43.

Variæ lectiones.

[78] ἐπελεύσομαι m. [79] τοῖς ἀγαθοῖς τοῖς m. [80] τῆς ἀ/άπης. [81] μνησθῇ o. [82] κινδυνεύσασι o.

ἔχῃ, ὅταν ἐξ ἀδικίας, ὅταν πρὸς κενοδοξίαν, πάντα οἴχεται, καὶ ὁ ἐκ τούτων καρπὸς ἀφανίζεται.

A exhibet, quando ex injuria, quando ad ostentationem, cuncta pereunt, atque horum omnium fructus evanescit.

« Ἵνα ἐν χαρᾷ ἔλθω πρὸς ὑμᾶς διὰ θελήματος Θεοῦ. » Διὰ τοῦτο, φησὶ, ῥυσθῆναι εὔχομαι, ἵνα ταχέως ὑμᾶς ἴδω, καὶ μεθ' ἡδονῆς, μηδεμίαν ἐκεῖθεν ἐπισυρόμενος ἀθυμίαν.

VERS. 32. « Ut cum gaudio veniam ad vos per voluntatem Dei. » Propterea, inquit, liberari opto, ut cito vos videam, et cum voluptate, nullam inde tristitiam contrahens.

« Καὶ συναναπαύσωμαι ὑμῖν. » Οὐκ εἶπε, Διδάξω ὑμᾶς, καὶ κατηχήσω, ἀλλὰ, « Συναναπαύσωμαι· τουτέστιν, Ὑμεῖς ἐμοὶ διὰ τὴν διδασκαλίαν, κἀγὼ ὑμῖν διὰ τὴν τῆς πίστεως ἐπίδοσιν. Δείκνυσι δὲ διὰ τῆς λέξεως ταύτης, ὅτι ἀγῶνας ἔχοντες καὶ πόνους, καὶ αὐτὸς καὶ αὐτοὶ χρῄζουσιν ἀναπαύσεως.

« Et refrigerer vobiscum. » Non dixit, ut vos doceam atque instituam, sed, « refrigerer vobiscum : » hoc est, ut vos quidem in me recreemini per doctrinam, ac ego in vobis propter fidei vestræ incrementum. Monstrat autem per dictionem hanc, quod certaminibus ac laboribus defessi, cum ipse tum illi refocillatione indigeant.

« Ὁ δὲ Θεὸς τῆς εἰρήνης μετὰ πάντων ὑμῶν. Ἀμήν. » Τοῦτο πανταχοῦ ἔθος αὐτῷ, εὐχὴν ποιεῖσθαι καὶ τῇ παραινέσει προστιθέναι. B

VERS. 33. « Deus autem pacis sit cum omnibus vobis. Amen. » Ubique consuetudo est Apostolo, precationem adhortationi apponere.

ΚΕΦΑΛ. ΙϚ'.

CAPUT XVI.

« Συνίστημι δὲ ὑμῖν Φοίβην τὴν ἀδελφὴν ὑμῶν, διάκονον οὖσαν τῆς Ἐκκλησίας τῆς ἐν Κεγχρεαῖς. » Ἐπειδὴ αὕτη ἦν διακομίζουσα τὴν Ἐπιστολήν, συνιστᾷ αὐτὴν αὐτοῖς. Σεμνύνει δὲ ταύτην, καὶ διὰ τοῦ πρώτης μνησθῆναι, καὶ διὰ τοῦ ἀδελφὴν ὀνομάσαι (μέγα ἀξίωμα), καὶ διὰ τοῦ διάκονον οὖσαν δεῖξαι.

VERS. 1. « Commendo autem vobis Phœben sororem nostram, quæ est in ministerio Ecclesiæ quæ est in Cenchris. » Quia hæc matrona Epistolam hanc afferebat, ideo eam commendat ipsis. Peculiari autem hanc honore afficit, et quod primo loco mentionem ejus facit, et per hoc quod sororem appellat (quæ ingens sane est dignitas), et per hoc quod ostendit eam ministram fuisse.

« Ἵνα αὐτὴν προσδέξησθε ἐν Κυρίῳ ἀξίως τῶν ἁγίων. » Τουτέστιν, Διὰ τὸν Κύριον τιμήσητε αὐτήν. Ὁ γὰρ διὰ τὸν Κύριον δεχόμενος καὶ τὸν μικρὸν μεγάλως τιμᾷ· ἐὰν δὲ καὶ ἁγία ᾖ, πολλῷ μᾶλλον· διὸ προσέθηκεν· « Ἀξίως τῶν ἁγίων, » τουτέστιν, ὡς δεῖ τοὺς ἁγίους ὑποδέχεσθαι. C

VERS. 2. « Ut ipsam accipiatis in Domino digne sanctis. » Hoc est, ut propter Dominum ipsam honoretis. Qui enim quempiam quamvis exiguum, propter Dominum suscipit, ingenti honore dignatur : sin vero et sancta fuerit, multo magis. Propterea adjecit, « digne sanctis, » id est, quemadmodum convenit sanctos suscipere.

« Καὶ παραστῆτε αὐτῇ, ἐν ᾧ ἂν ὑμῶν πράγματι χρῄζῃ. » Τουτέστιν, Ἵνα τὰ παρ' ὑμῶν εἰσενέγκητε, καὶ χεῖρα ὀρέξητε. Οὐ γὰρ εἶπεν, Ἵνα ἀπαλλάξητε αὐτήν.

« Et assistatis ei in quocunque negotio vestri indiguerit. » Hoc est, ut vestra ei offeratis, manumque ei porrigatis. Non enim dixit, ut dimittatis ipsam.

« Καὶ γὰρ αὐτὴ προστάτις πολλῶν ἐγενήθη, καὶ ἐμοῦ αὐτοῦ. » Ἐπῄνεσε πρῶτον, εἶτα τέθεικε τὴν παράκλησιν μέσην· εἶτα πάλιν τὰ ἐγκώμια, ἑκατέρωθι σφίγγων τὴν πρὸς τὸ τιμῆσαι αὐτὴν προτροπήν. [83]. « Προστάτις » γάρ, φησὶ, « πολλῶν ἐγένετο, καὶ ἐμοῦ αὐτοῦ, » τοῦ κήρυκος τῆς οἰκουμένης, τοῦ τοσαῦτα παθόντος.

« Etenim ipsa astitit multis et mihi ipsi. » Imprimis commendavit ipsam, deinde exhortationem interposuit, ac denuo addit encomia; exhortationem suam qua monet eos, ut honorem illi deferant, utrinque cingens. « Astitit » enim, inquit, « multis, » imo « et mihi ipsi, » totius orbis præconi, tot tantaque passo. D

« Ἀσπάσασθε Πρίσκιλλαν καὶ Ἀκύλαν τοὺς συνεργούς μου ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ. » Συνήργησάν μοι, φησὶν, ἐν τῷ λόγῳ καὶ τῇ διδασκαλίᾳ [84], καὶ πόνων καὶ κινδύνων ἐγένοντο κοινωνοί. Τινὲς δὲ συνεργοὺς τούτους ὡς σκηνοποιοὺς καὶ αὐτοὺς ὄντας ἐνόησαν.

VERS. 3. « Salutate Priscillam et Aquilam, adjutores meos in Christo Jesu. » Mihi, inquit, cooperati sunt in verbo et in doctrina, laborumque et periculorum facti sunt participes. Nonnulli cooperarios istos intellexerunt, tanquam ipsi tabernaculorum textores essent.

« Οἵτινες ὑπὲρ τῆς ψυχῆς μου τὸν ἑαυτῶν τράχηλον ὑπέθηκαν. » Μάρτυρες ἀπηρτισμένοι οὗτοι· καὶ γὰρ ἐπὶ Νέρωνος μυρίοι οἱ κίνδυνοι.

114 VERS. 4. « Qui pro anima mea suam ipsorum cervicem supposuerunt. » Hi erant perfecti martyres. Nam sub Nerone innumera pericula imminebant.

« Οἷς οὐκ ἐγὼ μόνος εὐχαριστῶ, ἀλλὰ καὶ πᾶσαι αἱ Ἐκκλησίαι τῶν ἐθνῶν. » Ἐνταῦθα τὴν φιλοξε-

« Quibus non ego solus gratias ago, verum etiam omnes Ecclesiæ gentium. » Hospitalitatem eorum

Variæ lectiones.

[83] πρακτικήν Ο. [84] τῆς διδασκαλίας Ο.

hic adumbrat. Ne enim per adulationem hæc dicere videatur, producit etiam alios multos testes.

VERS. 5. « Et Ecclesiam quæ est in domo ipsorum. » Hi adeo probati fuerunt, ut totam eorum familiam fideles fecerint. Hosce enim Ecclesiam nominavit. Quin etiam propter hospitalitatem hæc dicit. Ubi enim multa pietas est et virtus, domus illa Ecclesia dicitur. Audiant itaque ii, qui matrimonio junguntur, quod iis ad virtutem istud non est impedimento.

« Salutate Epænetum dilectum meum, qui est primitiæ Achaiæ in Christo. » Magnum sane est Paulo dilectum esse, qui cum judicio, et non ad gratiam amare novit. Primitias autem ipsum appellat, vel quod primus credidit, principium et ingressus factus ad fidem universæ genti, vel quod majorem præ cæteris pietatem commonstraverat. Propterea dixit, « qui est primitiæ in Christo, » hoc est, non in mundanis rebus, sed in iis quæ ad Christum spectant.

VERS. 6. « Salutate Mariam quæ multum laboravit erga nos. » A laboribus quos pro veritate pertulit, mulierem ornat. Non tantum enim, inquit, pro seipsa laboravit, excubias agens, humique jacens: verum etiam, quod majus est, pro nobis apostolorum adimplevit officium. Qui ergo dicit Apostolus: « Mulieri docere non permitto[1] ? » A verbo doctrinæ eam non arcet, sed a præsulatu in conventu et a suggesto. Privatam enim institutionem valde probat. Hanc enim ad rationem et maritum suum uxor, et liberos docet, sic Prisca Apollo instituit. Non dixit autem, multa docuit, sed, « laboravit: » ut ostendat quod et per pecunias suas et alias ministrabat.

VERS. 7. « Salutate Andronicum et Juniam, cognatos meos et concaptivos meos, qui sunt nobiles in apostolis, qui et ante me fuerunt in Christo. » Quod cognati sint Paulo, non tantum est encomium, quantum est quod sint concaptivi. Etenim graviora captivis patiebantur, dum agerentur hinc inde et vastarentur. Porro magnum est quod apostoli sint, præsertim cum Junia sit mulier. Multo vero majus est quod insignes sint. Porro ab operibus suis insignes sunt facti. Non verecundatur autem Paulus dicere ac fateri, Qui ante me crediderunt Christo, commendans eos quod adeo præsilierint atque præripuerint bonum.

VERS. 8. « Salutate Ampliam dilectum meum in **115** Domino. » Si a rege diligi magnum est, quanto præclarius est a Paulo, qui propter virtutem ac secundum Deum diligit?

VERS. 9. « Et Urbanum adjutorem nostrum in Christo. » Major hæc laus est priore, imo hæc est causa illius et comprehensoria. Nam qui est adjutor, est etiam dilectus.

[1] I Cor. XIV, 35.

A νίαν αὐτῶν αἰνίττεται. Ἵνα γὰρ μὴ δόξῃ κολακείων λέγειν, παράγει καὶ ἄλλους πολλοὺς μάρτυρας.

« Καὶ τὴν κατ' οἶκον αὐτῶν Ἐκκλησίαν. » Οὕτως ἦσαν οὗτοι εὐδόκιμοι, ὥστε τὸν οἶκον αὐτῶν πάντα ποιῆσαι πιστούς· τούτους γὰρ Ἐκκλησίαν ὠνόμασεν· ἀλλὰ καὶ διὰ τὸ φιλόξενον. Ἔνθα γὰρ εὐλάβεια πολλὴ καὶ ἀρετή, Ἐκκλησία ὁ οἶκος ἐκεῖνος[85]. Ἀκουέτωσαν οἱ ἐν γάμῳ, ὅτι οὐ βλάπτονται ἐκ τούτου πρὸς ἀρετήν.

« Ἀσπάσασθε Ἐπαινετὸν [*vulg.* Ἐπαίνετον] τὸν ἀγαπητόν μου· ὅς ἐστιν ἀπαρχὴ τῆς Ἀχαΐας εἰς Χριστόν. » Μέγα τὸ εἶναι Παύλου ἀγαπητόν, τοῦ μετὰ κρίσεως, καὶ οὐ πρὸς χάριν, φιλεῖν εἰδότος. Ἀπαρχὴν δὲ αὐτὸν λέγει, ἢ ὅτι πρῶτος ἐπίστευσεν, B ἀρχὴ καὶ εἴσοδος εἰς τὴν πίστιν γενόμενος ὅλῳ τῷ ἔθνει· ἢ ὅτι πλείονα εὐλάβειαν ἐπεδείκνυτο· διὸ εἶπεν, « Ὅς ἐστιν ἀπαρχὴ εἰς Χριστόν· τουτέστιν, οὐκ ἐν τοῖς κοσμικοῖς πράγμασιν, ἀλλ' ἐν τοῖς κατὰ Χριστόν.

« Ἀσπάσασθε Μαριάμ, ἥτις πολλὰ ἐκοπίασεν εἰς ἡμᾶς. » Ἀπὸ τῶν ὑπὲρ τῆς ἀληθείας ἱδρώτων τὴν γυναῖκα καλλωπίζει. Οὐ μόνον γάρ, φησὶν, εἰς ἑαυτὴν ἐκοπίασεν, ἀγρυπνοῦσα καὶ χαμευνοῦσα· ἀλλὰ τὸ μεῖζον, καὶ εἰς ἡμᾶς ἀποστόλων πληροῦσα τάξιν. Πῶς οὖν φησιν, ὅτι « Γυναικὶ διδάσκειν οὐκ ἐπιτρέπω; » Οὐ τοῦ λόγου τῆς διδασκαλίας αὐτὴν κωλύει, ἀλλὰ τῆς ἐν τῷ μέσῳ προεδρίας, καὶ τοῦ ἐν C βήματι θρόνου· τὴν γὰρ ἰδίᾳ γινομένην διδασκαλίαν[86] καὶ σφόδρα δέχεται. Οὕτω γὰρ καὶ γυνὴ τὸν οἰκεῖον ἄνδρα καὶ τὰ τέκνα διδάσκει, καὶ ἡ Πρίσκα τὸν Ἀπολλὼ κατήχησεν. Οὐκ εἶπε δὲ, ὅτι Πολλὰ ἐδίδαξεν, ἀλλ', « Ἐκοπίασεν· » ἵνα δείξῃ, ὅτι καὶ διὰ χρημάτων διηκόνει, καὶ δι' ἄλλων τρόπων.

« Ἀσπάσασθε Ἀνδρόνικον καὶ Ἰουνίαν, τοὺς συγγενεῖς μου, καὶ συναιχμαλώτους μου· οἵτινές εἰσιν ἐπίσημοι ἐν τοῖς ἀποστόλοις, οἳ καὶ πρὸ ἐμοῦ γεγόνασιν ἐν Χριστῷ. » Οὐ τὸ συγγενεῖς εἶναι Παύλου, τοσοῦτον ἐγκώμιον, ὅσον τὸ συναιχμαλώτους. Καὶ γὰρ χαλεπώτερα ἔπασχον αἰχμαλώτων, θλευνόμενοι, πορθούμενοι. Καὶ τὸ ἀποστόλους δὲ εἶναι, μέγα· καὶ ταῦτα γυναῖκα οὖσαν τὴν Ἰουνίαν· τὸ δὲ ἐπισήμους, πολλῷ[87] μᾶλλον. Ἐπίσημοι δὲ ἐγένοντο ἀπὸ τῶν ἔργων. Οὐκ ἐπαισχύνεται δὲ ὁ Παῦλος λέγων, ὅτι Πρὸ ἐμοῦ ἐπίστευσαν τῷ Χριστῷ, ἐπαινῶν αὐτοὺς, ὅτι προεπήδησαν καὶ προήρπασαν τὸ ἀγαθόν.

« Ἀσπάσασθε Ἀμπλίαν τὸν ἀγαπητόν μου ἐν Κυρίῳ. » Εἰ τὸ παρὰ βασιλέως ἀγαπᾶσθαι μέγα, πόσῳ μᾶλλον τὸ παρὰ Παύλου, τοῦ δι' ἀρετὴν καὶ κατὰ Θεὸν ἀγαπῶντος;

« Καὶ Οὐρβανὸν τὸν συνεργὸν ἡμῶν ἐν Χριστῷ. » Τοῦτο μεῖζον ἐκείνου τὸ ἐγκώμιον· μᾶλλον δὲ καὶ αἴτιον τοῦτο ἐκείνου καὶ περιεκτικόν. Ὁ γὰρ συνεργὸς, καὶ ἀγαπητός.

Variæ lectiones.

[85] αὐτῶν O. [86] διδάσκαλον O. [87] πόσῳ O.

« Καὶ Στάχυν τὸν ἀγαπητόν μου. » Καὶ τοῦτον ἀπὸ τῶν αὐτῶν στεφανοῖ. A

« Ἀσπάσασθε Ἀπελλῆν τὸν δόκιμον ἐν Χριστῷ. » Τουτέστι τὸν ἀνεπίληπτον, τὸν ἄμωμον ἐν πᾶσι. Τινὲς δέ φασιν, ὅτι πρὸς ἀντιδιαστολήν τινος Ἀπελλοῦ ἀδοκίμου τοῦτο εἴρηται.

« Ἀσπάσασθε τοὺς ἐκ τῶν Ἀριστοβούλου. » Ἴσως οὐκ ἦσαν ὡς οἱ πρῶτοι · διὸ οὐδὲ ὀνομαστὶ αὐτῶν ἐμνήσθη.

« Ἀσπάσασθε Ἡρωδίωνα τὸν συγγενῆ μου. Ἀσπάσασθε τοὺς ἐκ τῶν Ναρκίσσου, τοὺς ὄντας ἐν Κυρίῳ. » Τουτέστι πιστούς.

« Ἀσπάσασθε Τρύφαιναν καὶ Τρυφῶσαν, τὰς κοπιώσας ἐν Κυρίῳ. » Περὶ μὲν τῆς Μαριὰμ ἄνω ἔλεγεν · « Ἥτις πολλὰ ἐκοπίασε · » περὶ δὲ τούτων, ὅτι κοπιῶσιν ἔτι. Μέγας δὲ ὁ ἔπαινος τὸ ἐνεργοὺς B εἶναι δι' ὅλου, καὶ κοπιᾷν.

« Ἀσπάσασθε Περσίδα τὴν ἀγαπητὴν, ἥτις πολλὰ ἐκοπίασεν ἐν Κυρίῳ. » Αὕτη μείζων, ὅτι τε πολλὰ ἐκοπίασε, καὶ ὅτι ἀγαπητή. Οὕτως ἕκαστον κατὰ τὴν ἀξίαν ὀνομάζει, αὐτούς τε προθυμοτέρους ποιῶν, καὶ ἑτέρους εἰς ζῆλον διεγείρων.

« Ἀσπάσασθε Ῥοῦφον τὸν ἐκλεκτὸν ἐν Κυρίῳ, καὶ τὴν μητέρα αὐτοῦ καὶ ἐμοῦ. » Διπλοῦν ἀγαθὸν [88], τὸ καὶ τὸν υἱὸν ἀνεπίληπτον εἶναι, καὶ τὴν μητέρα. Οὐ γὰρ ἂν ἁπλῶς εἶπε, « Μητέρα αὐτοῦ καὶ ἐμοῦ, » εἰ μὴ πολλὴν ἐμαρτύρει τῇ γυναικὶ τὴν ἀρετήν.

« Ἀσπάσασθε Ἀσύγκριτον, Φλέγοντα, Ἑρμᾶν, C Πατρόβαν, Ἑρμῆν, καὶ τοὺς σὺν αὐτοῖς ἀδελφούς. » Μὴ τοῦτο ἴδῃς, ὅτι χωρὶς ἐγκωμίων τούτους τέθεικεν, ἀλλ' ὅτι καταδεεστέρους ὄντας ἁπάντων, ὅμως ἠξίωσε τῆς παρ' αὐτοῦ προσρήσεως · μᾶλλον δὲ καὶ τούτοις ἐγκώμιον προσῆψε, ἀδελφοὺς καλέσας.

« Ἀσπάσασθε Φιλολόγον, καὶ Ἰουλίαν, Νηρέα, καὶ τὴν ἀδελφὴν αὐτοῦ, καὶ Ὀλυμπᾶν, καὶ τοὺς σὺν αὐτοῖς πάντας ἁγίους. » Μέγα καὶ τούτοις τὸ ἐγκώμιον · ἁγίους γὰρ αὐτοὺς ἐκάλεσεν.

« Ἀσπάσασθε ἀλλήλους ἐν φιλήματι ἁγίῳ. » Ἵνα μὴ φιλονεικίαι γένωνται, τῷ τοὺς μὲν οὕτω, τοὺς δὲ οὕτω προσιέρῃσθαι · καὶ τοὺς μὲν μετὰ πλειόνων ἐγκωμίων, τοὺς δὲ μετὰ ἐλαττόνων · ἀνακιρνᾷ πάλιν αὐτοὺς τῷ ἁγίῳ φιλήματι · ἵνα μήτε ὁ μέγας καταφρονῇ τοῦ ἐλάττονος, μήτε ὁ μικρὸς βασκαίνῃ τῷ μείζονι, τοῦ ἁγίου φιλήματος πάντα καταπραύνοντός τε καὶ ἐξισοῦντος. D

« Ἀσπάζονται ὑμᾶς αἱ Ἐκκλησίαι τοῦ Χριστοῦ. » Οὐ μόνον αὐτὸς ἥνωσεν αὐτοὺς, ἀλλὰ καὶ τὸν παρὰ τῶν Ἐκκλησιῶν ἀσπασμὸν αὐτοῖς διαπέμπεται ἑνωτικὸς. Κοινῇ γάρ φησι πάντας, οὐ τὸν δεῖνα καὶ τὸν δεῖνα. Τοσούτους δὲ προσηγόρευσεν ἐν τῇ Ἐπιστολῇ ταύτῃ, ὅπερ οὐκ ἐν ἄλλῃ ἐποίησε, διὰ τὸ μήπω ἑωρακέναι Ῥωμαίους. Ἐπεὶ οὖν εἰς τὴν πόλιν ταύτην πολλοὶ τῶν αὐτῷ γνωρίμων κατέφυγον, εἰκότως ὀνο-

« Et Stachyn dilectum meum. » Hunc iisdem præconiis ornat.

VERS. 10. « Salutate Apellem probatum in Christo. » Hoc est irreprehensibilem, in omnibus inculpatum. Quidam dicunt, quod ad differentiam alterius cujusdam Apellis non probati istud dictum sit.

« Salutate eos qui sunt ex Aristobuli familia. » Forsan non fuerunt ut priores; ideo nominatim eos non recenset.

VERS. 11. « Salutate Herodionem cognatum meum. Salutate eos qui sunt ex Narcissi domo, qui sunt in Domino. » Hoc est fideles.

VERS. 12. » Salutate Tryphænam et Tryphosam quæ laborant in Domino. » De Maria quidem supra dicebat, « quæ multum laboraverit : » de his vero ait, quod adhuc laborent. Ingens autem laus est, quod semper in opere perseverent et labore.

« Salutate Persidem dilectam quæ multum laboravit in Domino. » Ideo major est ista, non solum quod plurimum laboraverit, sed etiam quod sit dilecta. Ita quemlibet pro dignitate nominat, cum ipsos alacriores reddens, tum alios ad æmulationem excitans.

VERS. 13. « Salutate Rufum electum in Domino, et matrem ejus et meam. » Duplex bonum est : et quod filius sit inculpatus, et quod ipsa mater irreprehensibilis. Omnino enim non dixisset, « matrem ejus et meam, » nisi multam matronæ isti virtutem tribueret.

VERS. 14. « Salutate Asyncritum, Phlegontem et Hermam, Patroban, Hermen et fratres qui cum ipsis sunt. » Ne hoc intuearis, quod sine encomiis ipsos posuit, sed cum inferiores essent omnibus, non est tamen sua dedignatus compellatione et salutatione : imo non parum illis laudis tribuit, dum fratres eos nominavit.

VERS. 15. « Salutate Philologum et Juliam, Nerea et sororem ipsius, et Olympan et qui cum ipsis sunt sanctos omnes. » Ingens sane præconium eis accenset, cum sanctos appellat.

VERS. 16. « Salutate vos invicem in osculo sancto. » Ne contentiones et rixæ orirentur, cum alii quidem sic, alii vero alia ratione salutarentur : cumque alii majoribus, alii vero minoribus præconiis veherentur : commiscet hic eos, et jungit rursus sancto osculo, ut neque major aspernetur minorem, neque minor invideat **116** potiori : quippe quia sanctum osculum omnia mitiget atque adæquet.

« Salutant vos Ecclesiæ Christi. » Non ipse tantum eos univit, verum etiam ab Ecclesiis salutem illis transmittit, qua uniantur conjunganturque in unum. In commune enim omnes, non hunc vel illum jam nominavit. Tot autem in hac Epistola salutavit, quot in nulla alia, eo quod Romanos nondum viderat. Quia vero in urbem istam haud parum multi, qui ipsi cogniti fuerant, confugerant, non

Variæ lectiones.

[88] διπλοῦν τὸ ἀγαθὸν m.

immerito nominatim mentionem illorum faciens, commendat eos per litteras.

μαστὶ αὐτῶν μεμνημένος, συνίστησι αὐτοὺς διὰ γραμμάτων.

VERS. 17. « Rogo autem vos, fratres, ut observetis eos qui dissensiones et offendicula, præter doctrinam quam vos didicistis, faciunt. » Rursus admonet, non veluti consultor, sed supplicis instar, summaque cum reverentia. Fratres enim appellat. Fraudulentiam autem calumniantium demonstrans, ait, observate, hoc est, inquirite in eos summa cum diligentia. Primum autem dissensiones sunt, deinde scandala. Tantisper enim dum corpus unitum fuerit, non possunt irrepere scandala : ista autem sunt hæreses : nam, « præter doctrinam » inquit, « quam vos didicistis. » Non dixit, quam docuimus, sed : « quam didicistis : » antevertens eos ac monstrans, jam persuasos esse atque recepisse, ideoque permanere debere in iis quæ acceperunt. Dissidia igitur et scandala seu hæreses, ab iis qui dogmata præter apostolicam institutionem tradunt, introducuntur.

« Παρακαλῶ δὲ ὑμᾶς, ἀδελφοί, σκοπεῖν τοὺς τὰς διχοστασίας καὶ τὰ σκάνδαλα, παρὰ τὴν διδαχὴν ἣν ὑμεῖς ἐμάθετε, ποιοῦντας. » Πάλιν παραινεῖ, καὶ οὐχ ὡς σύμβουλος, ἀλλ' ὡς ἱκέτης, καὶ μετὰ πολλῆς τιμῆς· ἀδελφοὺς γὰρ καλεῖ. Τὸ δολερὸν δὲ τῶν ἐπηρεαζόντων δεικνὺς, εἶπε, Σκοπεῖτε, τουτέστι, περιεργάζεσθε αὐτοὺς μετὰ ἀκριβείας. Πρῶτον δὲ αἱ διχοστασίαι, εἶτα τὰ σκάνδαλα. Ἕως γὰρ ἡνωμένον ἦν τὸ σῶμα, οὐκ ἔχει εἴσοδον τὰ σκάνδαλα· αἱρέσεις δὲ ταῦτα. « Παρὰ τὴν διδαχὴν » γὰρ, φησὶν, « ἣν ὑμεῖς ἐμάθετε. » Οὐκ εἶπεν, Ἣν ἐδιδάξαμεν, ἀλλ' « Ἣν ἐμάθετε, » προκαταλαμβάνων αὐτοὺς, καὶ δεικνὺς ἤδη πεπεισμένους, καὶ παραδεξαμένους, καὶ διὰ τοῦτο ὀφείλοντας ἐμμένειν οἷς ἤδη παρέλαβον. Καὶ αἱ διχοστασίαι τοίνυν, καὶ τὰ σκάνδαλα, ἦγουν αἱ αἱρέσεις, ἐκ τῶν παρὰ τὴν ἀποστολικὴν διδαχὴν δογματιζόντων εἰσάγονται.

VERS. 17, 18. « Declinate ab ipsis : hujusmodi enim Domino nostro Jesu Christo non serviunt, sed suo ipsorum ventri. » Resilite, inquit, ab ipsis. Nam si hæc ex ignorantia vel errore facerent, par erat emendare : quoniam vero scienter peccant, fugite. Judæos autem intelligit, quos maxime ceu gulosos carpere solet : universum enim eorum genus est hujusmodi. Omnes porro hæreses hinc nascuntur, nimirum quod eorum auctores affectibus suis et ventri inserviant. Nonne igitur te pudet, cum sis Christi frater, ventris servos tibi adsciscere in doctores ? Observa hic, quod qui ventri inservit, Christo non inservit.

« Ἐκκλίνατε ἀπ' αὐτῶν. Οἱ γὰρ τοιοῦτοι τῷ Κυρίῳ ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστῷ οὐ δουλεύουσιν, ἀλλὰ τῇ ἑαυτῶν κοιλίᾳ. » Ἀποπηδᾶτε, φησὶν, ἀπ' αὐτῶν. Εἰ μὲν γὰρ ἐξ ἀγνοίας, ἢ πλάνης ταῦτα ἐποίουν, ἔδει διορθοῦν· ἐπεὶ δὲ εἰδότες ἁμαρτάνουσι, φεύγετε. Τοὺς ἐξ Ἰουδαίων δὲ αἰνίττεται, οὓς μάλιστα εἰώθε διαβάλλειν ὡς γαστριμάργους· ὅλον γὰρ τὸ γένος τοιοῦτον. Πᾶσαι δὲ αἱ αἱρέσεις ἐκ τοῦ δουλεύειν πάθεσι καὶ γαστρί [89]. Οὐκ αἰσχύνῃ οὖν κοιλιοδούλους διδασκάλους ποιούμενος, ὁ τοῦ Χριστοῦ ἀδελφός; Σημείωσαι δὲ, ὅτι ὁ δουλεύων γαστρὶ, Χριστῷ οὐ δουλεύει.

« Et per dulces sermones et benedictiones seducunt corda innocentium. » Insidiantur, inquit, per adulationes. Nam χρηστολογία et εὐλογία hoc significant; nimirum, cum verba amicitiam sonent; mens vero fraude abundet. Non autem dixit . Decipiunt vos, sed : « Corda innocentium, » hoc est simpliciorum.

« Καὶ διὰ τῆς χρηστολογίας καὶ εὐλογίας ἐξαπατῶσι τὰς καρδίας τῶν ἀκάκων. » Ἐπιβουλεύουσι, φησὶ, διὰ κολακείας· τοῦτο γὰρ ἡ χρηστολογία καὶ ἡ εὐλογία, ὅταν τὰ μὲν ῥήματα φιλίας ᾖ, ἡ δὲ διάνοια δόλου γέμουσα. Οὐκ εἶπε δὲ, Ὑμᾶς ἐξαπατῶσιν, ἀλλὰ, « Τὰς καρδίας τῶν ἀκάκων, » τουτέστι τῶν ἁπλουστέρων.

VERS. 19. « Vestra enim obedientia in omni loco divulgata est. Gaudeo igitur in vobis. » Simpliciores, inquit, inescant, non autem vos. « Vestra enim obedientia, » hoc est **117** persuasio, quæ est ex multa mansuetudine, « ad omnes pervenit. » Nec ego solus fidei huic vestræ testimonium perhibeo, verum etiam universus orbis. « Gaudeo igitur in vobis, » ut qui non sitis decepti.

« Ἡ γὰρ ὑμῶν ὑπακοὴ εἰς πάντας ἐφίκετο. Χαίρω οὖν τὸ ἐφ' ὑμῖν. » Τοὺς ἁπλουστέρους, φησὶ, δελεάζουσι, καὶ οὐχ ὑμᾶς. « Ἡ γὰρ ὑμῶν ὑπακοὴ, » τουτέστιν ἡ πειθὼ, ἥτις ἀπὸ πολλῆς πραότητος γίνεται, « εἰς πάντας ἀφίκετο. » Καὶ οὐκ ἐγὼ μόνος μαρτυρῶ ταύτῃ, ἀλλὰ καὶ ἡ οἰκουμένη πᾶσα. « Χαίρω οὖν τὸ ἐφ' ὑμῖν, » τοῖς μὴ ἐξαπατηθεῖσι.

« Volo autem vos sapientes quidem esse ad bonum, simplices vero ad malum. » Innuit quod vel ex ipsis nonnulli decepti fuerint. Palam autem hic idem cum Domino præcipit : « j. Estote prudentes ut serpentes, et simplices velut columbæ. » Vult enim sapientes quidem seu providos esse ad bonum, hoc est, ad propriam salutem et commoditatem : sim-

« Θέλω ὑμᾶς σοφοὺς μὲν εἶναι εἰς τὸ ἀγαθὸν, ἀκεραίους δὲ εἰς τὸ κακόν. » Αἰνίττεται, ὅτι καὶ ἐξ αὐτῶν ἦσάν τινες ἀπατώμενοι. Ἀντικρυς δὲ τὸ τοῦ Κυρίου φησί· « Γίνεσθε φρόνιμοι ὡς οἱ ὄφεις, καὶ ἀκέραιοι ὡς αἱ περιστεραί. » Βούλεται γὰρ « σοφοὺς μὲν, » ἤτοι φρονίμους « εἶναι εἰς τὸ ἀγαθὸν, » τουτέστιν εἰς τὴν οἰκείαν σωτηρίαν καὶ ὠφέλειαν· « ἀκεραίους

[j] Matth. x, 16.

Variæ lectiones.

[89] σαρκί o.

δὲ εἰς τὸ κακὸν, » τουτέστιν, εἰς τὸ μὴ κακοποιεῖν ἑτέρους. Ὁ γὰρ ἀκέραιος οὐδένα βλάπτει.

« Ὁ δὲ Θεὸς τῆς εἰρήνης συντρίψει τὸν Σατανᾶν ὑπὸ τοὺς πόδας ὑμῶν ἐν τάχει. » Ἐπειδὴ ἦσαν διχοστασίαι, τὸν τῆς εἰρήνης δοτῆρα ἐπικαλεῖται, ἵνα παύσῃ τὰ σκάνδαλα. Οὐ λέγει δὲ, Ὑποτάξει, ἀλλ' ὃ πολλῷ μεῖζον ἦν, « Συντρίψει· » καὶ ἐκείνους, οὐ μόνους τοὺς σκανδαλουργοὺς, ἀλλὰ καὶ αὐτὸν τὸν στρατηγοῦντα αὐτῶν. Παραμυθεῖται δὲ αὐτοὺς καὶ ἀπὸ τοῦ χρόνου· ἐπήγαγε γὰρ, « Ἐν τάχει » Τὸ δὲ, « Συντρίψει, » ἔστι καὶ εὐχὴ, καὶ προφητεία. Εἰς τὸν μέλλοντα γὰρ ἐγκέκλιται [90].

« Ἡ χάρις τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ μεθ' ὑμῶν. » Ἀνέμνησεν αὐτοὺς καὶ τῆς χάριτος, ἵνα ἐφ' ὧν ἤδη ἔλαβον, προθυμότεροι πρὸς τὸ πιστεῦσαι καὶ περὶ τῶν μελλόντων γίνωνται. Εἰ γὰρ ἐχθροὺς ὄντας ἔσωσε, πολλῷ μᾶλλον νῦν συντρίψει τὸν Σατανᾶν. Ὅρα δὲ, ὅτι οὔτε ἔργα χωρὶς εὐχῆς, οὔτε εὐχὴν χωρὶς ἔργων τίθησι. Μετὰ γὰρ τὸ μαρτυρῆσαι αὐτοῖς τὴν ὑπακοὴν, τότε ἐπηύξατο· δεικνὺς ὑμᾶς [*f.* ἡμ.] οὐ μόνον πάλαι, ἀλλὰ καὶ νῦν, κἂν δόκιμοι ὦμεν, τῆς τοῦ Θεοῦ δεομένους χάριτος.

« Ἀσπάζεται ὑμᾶς Τιμόθεος ὁ συνεργός μου. » Συνήργει γὰρ αὐτῷ ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ. Μέγα δὲ ἐγκώμιον τὸ τὰ αὐτὰ Παύλῳ ἐνεργεῖν.

« Καὶ Λούκιος, καὶ Ἰάσων, καὶ Σωσίπατρος, οἱ συγγενεῖς μου. » Ὁ Ἰάσων οὗτος ἐν ταῖς Πράξεσιν ἀνυμνεῖται, ὡς ἀνδρειότατα κινδυνεύσας. Συγγενεῖς δὲ, οὐ μόνον κατὰ σάρκα, ἀλλὰ πολλῷ μᾶλλον κατ' εὐσέβειαν. Εἰ μὴ γὰρ τοιοῦτοι ἦσαν, οὐκ ἂν αὐτῶν ἐμνήσθη.

« Ἀσπάζομαι ὑμᾶς ἐγὼ Τέρτιος, ὁ γράψας τὴν Ἐπιστολήν. » Μέγα, τὸ ὑπογραφέα εἶναι Παύλου. Τοῦτο δὲ γράφει, οὐχ ἵνα ἑαυτὸν ἐγκωμιάσῃ, ἀλλ' ἵνα πλέον ἀγαπηθῇ ὑπ' αὐτῶν, ὡς διακονήσας τοῖς πρὸς αὐτοὺς γράμμασιν.

« Ἀσπάζεται ὑμᾶς Γάϊος, ὁ ξένος μου, καὶ τῆς Ἐκκλησίας ὅλης. » Τουτέστιν [91] ὁ ξένος μου. Καὶ πολὺς ὁ ἔπαινος, ὅτι πᾶσαν τὴν Ἐκκλησίαν ἐξένιζε, καὶ Παῦλον αὐτόν· ὃς οὐκ ἂν παρ' αὐτῷ ἐξενίσθη, εἰ μὴ ἄξιον εὗρεν.

« Ἀσπάζεται ὑμᾶς Ἔραστος, ὁ οἰκονόμος τῆς πόλεως, καὶ Κούαρτος ὁ ἀδελφός. » Τουτέστιν ὁ προνοητὴς, ὁ διοικητὴς τῆς πόλεως Κορίνθου· ἵνα γνῷς ὅτι οὐ πλοῦτος, οὐκ ἀξίωμα κωλύει τινὰ πρὸς πίστιν ἢ πολιτείαν ὀρθήν.

« Ἡ χάρις τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ μετὰ πάντων ὑμῶν. Ἀμήν. » Καὶ τὸν θεμέλιον, ἤτοι τὴν ἀρχὴν τῆς Ἐπιστολῆς, ἐντεῦθεν κατεβάλετο, εἰπών· « Χάρις ὑμῖν καὶ εἰρήνη· » καὶ τὸν δρομον νῦν, ἤτοι τὸ τέλος, ἐκ ταύτης ἐπιτίθησιν, ἐπευχόμενος τὴν χάριν τοῦ Θεοῦ ἀεὶ αὐτοῖς παρεῖναι πᾶσι. Τοῦτο γὰρ διδασκάλου, τὸ μὴ μόνον λόγῳ, ἀλλὰ καὶ εὐχῇ ὠφελεῖν τοὺς μαθητάς. Διὸ καὶ ἔλε-

plices autem ad malum, hoc est, ad non male faciendum aliis. Simplex enim nemini nocet.

VERS. 20. « Deus autem pacis conteret Satanam sub pedibus vestris velociter. » Quia dissidia erant, ideo pacis datorem invocat, ut scandala compescat. Non autem dicit, Subjiciet : sed quod multo vehementius est, « Conteret : » et non solum illos scandalorum auctores, verum etiam ipsum illorum ducem. Consolatur porro illos a tempore, « Velociter, » inquiens. At « Conteret, » et votum est et prophetia : est enim futuri temporis.

« Gratia Domini nostri Jesu Christi vobiscum. » Gratiam Christi ad memoriam hic illis revocavit. ut ab his quæ jam accepissent, alacriores reddantur ad credendum futura. Si enim, cum inimici essent, servavit eos, multo magis nunc Satanam conteret. Vide autem quod neque opera sine oratione, neque orationem sine operibus ponit. Cum enim obedientiam eis adesse testatus esset, adjecit votum : subindicans nos non solum olim, verum etiam nunc etsi probati simus, indigere Dei gratia.

VERS. 21. « Salutat vos Timotheus adjutor meus. » Cooperabatur enim ipsi in Evangelio. Ingens autem encomium est eadem cum Paulo operari.

« Et Lucius, et Jason, et Sosipater, cognati mei. » Jason iste in apostolorum Actis celebratur, ut qui fortissime extrema etiam pericula subierit. Cognati autem, non solum secundum carnem, verum, quod multo majus est, secundum pietatem. Ni enim tales fuissent, nullam eorum fecisset mentionem.

VERS. 22. « Saluto vos ego Tertius, qui scripsi epistolam hanc. » Magnum sane est, divi Pauli amanuensem esse. Hoc autem scribit, non ut seipsum commendet, cæterum ut majori dilectione ab ipsis afficiatur, ut qui operam suam impenderit litteris ad ipsos scribendis.

VERS. 23. « Salutat vos Gaius hospes meus, ac totius Ecclesiæ. » Hoc est, qui me hospitio excepit. Plurimum porro laudis est, quod totam Ecclesiam hospitio exceperit, adeoque ipsum Paulum; qui non apud illum divertisset, nisi eum dignum invenisset.

118 « Salutat vos Erastus, œconomus urbis, et Quartus frater. » Hoc est, prospector et gubernator urbis Corinthi : ut animadvertas, neque opes, neque dignitatem quempiam arcere a fide vel a recta vita.

VERS. 24. « Gratia Domini nostri Jesu Christi cum omnibus vobis. Amen. » Fundamentum sive principium Epistolæ inde orsus est, inquiens. « Gratia vobis et pax : » atque etiamnum fastigium seu finem ex ipsa imponit, gratiam Dei cunctis nunquam non adesse comprecans. Hoc enim officium est præceptoris, non verbo solum, verum etiam oratione prodesse discipulis. Propterea dicebant : « Nos

[k] Act. VI, 4.

Variæ lectiones.

[90] Ἐγκέκλεισται O. [91] Ἴσ. ξενοδόχος O.

autem oratione et ministerio verbi instantes erimus. » Ista nos custodiat, qui non speramus ex operibus salutis locum invenire, cæterum prorsus in divinam gratiam et misericordiam fiduciam collocamus, et per ipsam Satanæ laqueis superiores evadamus, contritis eis sub pedibus nostris in Christo Jesu Domino nostro : cui gloria in sæcula. Amen.

A γον · « Ἡμεῖς δὲ τῇ προσευχῇ, καὶ τῇ διακονίᾳ τοῦ λόγου προσκαρτερήσωμεν [*vulg.*-σομεν]. » Αὕτη καὶ ἡμᾶς φυλάττει, τοὺς μὴ ἐξ ἔργων ἐλπίζοντας ὅως σωτηρίας τόπον εὑρεῖν, ἀλλὰ τὸ πᾶν τῇ θείᾳ χάριτι καὶ τῷ ἐλέει ἐπελπίζοντας · καὶ δι' αὐτῆς ἀνώτεροι γενοίμεθα τῶν τοῦ Σατανᾶ παγίδων, συντριβομένων ὑπὸ τοὺς πόδας ἡμῶν ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν · ᾧ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν.

ΘΕΟΦΥΛΑΚΤΟΥ

ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΒΟΥΛΓΑΡΙΑΣ

ΤΗΣ

ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΠΑΥΛΟΥ

ΠΡΟΣ ΚΟΡΙΝΘΙΟΥΣ ΠΡΩΤΗΣ ΕΠΙΣΤΟΛΗΣ

ΕΞΗΓΗΣΙΣ.

—

THEOPHYLACTI

BULGARIÆ ARCHIEPISCOPI

EPISTOLÆ PRIMÆ DIVI PAULI AD CORINTHIOS EXPOSITIO.

—

119 *ARGUMENTUM PRIMÆ EPISTOLÆ AD CORINTHIOS.*

Corinthus opum exuberantia et sapientia superbiens, credidit quidem Christo, verum post fidem acceptam periclitabatur ne a Christo excideret, siquidem opulenti proprias classes et ordines fecerant, sapientes item proprias : sibique ipsi doctores eligentes, divum Paulum ceu pauperem et plebeium columniabantur. Præterea, quispiam inter ipsos cum noverca sua rem habuerat. Tum idolis immolata nonnulli edebant præ gulositate, et in litibus pecuniariis apud Græcos, hoc est, infideles judices judicabantur. Comam item viri nutriebant, et in Ecclesiis manducabant, indigentibus nihil impertientes. Charismatum insuper seu donorum nomine C *inflabantur : nec non resurrectionis ratio apud ipsos claudicabat. Hunc vero ad modum ob externam suam sapientiam nutabant. Ista enim iis, qui tota ab ea pendent, eique omnia committunt, omnium malorum mater est.* **120** *Scribit itaque divus Paulus urbi, hæc omnia corrigens. Quia vero cæteris omni-*

Β ΥΠΟΘΕΣΙΣ ΤΗΣ ΠΡΟΣ ΚΟΡΙΝΘΙΟΥΣ ΠΡΩΤΗΣ ΕΠΙΣΤΟΛΗΣ.

« Ἡ Κόρινθος πολλῷ πλούτῳ καὶ σοφίᾳ κομῶσα, ἐπίστευσε μὲν τῷ Χριστῷ, πλὴν μετὰ τὸ πιστεῦσαι ἐκινδύνευε Χριστοῦ ἐκπεσεῖν. Οἵ τε γὰρ πλούσιοι ἰδίας συμμορίας ἐποιήσαντο, καὶ οἱ σοφοὶ αὖ ἰδίας · καὶ διδασκάλους ἑαυτοῖς χειροτονήσαντες, τὸν Παῦλον ὡς πένητα καὶ ἰδιώτην διέβαλλον. Ἀλλὰ καί τις ἐν αὐτοῖς τῇ μητρυιᾷ ἐμίγη · καὶ τὰ εἰδωλόθυτά τινες ἤσθιον, ἀπὸ γαστριμαργίας · καὶ ἐν ταῖς ὑπὲρ χρημάτων φιλονεικίαις παρὰ τοῖς Ἕλλησι δικασταῖς ἐκρίνοντο. Καὶ τὰς κόμας ἔτρεφον οἱ ἄνδρες, καὶ ἐν ταῖς ἐκκλησίαις ἤσθιον, μὴ μεταδιδόντες τοῖς δεομένοις. Καὶ ἐπὶ τοῖς χαρίσμασι δὲ μέγα ἐφρόνουν · καὶ ὁ περὶ ἀναστάσεως λόγος ἐχώλαινε παρ' αὐτοῖς. Ταῦτα δὲ ἐσφάλλοντο ἀπὸ τῆς ἔξωθεν σοφίας. Αὕτη γὰρ τοῖς πάντα αὐτῇ πιστεύουσι τῶν κακῶν πάντων μήτηρ. Γράφει τοίνυν ὁ Παῦλος τῇ πόλει, πάντα ταῦτα διορθούμενος. Ἐπεὶ δὲ μεῖζον πάντων ἦν, τὸ σχί-

σματα εἶναι ἐν Ἐκκλησίᾳ, τοῦτο δὲ ἀπὸ ὑψηλοφροσύνης ἐτίκτετο · τὴν ὑψηλοφροσύνην πρώτην ἀναιρεῖ [93] · ἐν ταύτῃ [68] γὰρ ὑψηλότερα διδάσκειν φοντο. Διὸ καὶ οὕτως ἄρχεται.

A *bus majus erat, dissensiones et sectas esse in Ecclesia, hæ vero ex fastu eorum nascebantur, fastum istum atque adeo arrogantiam primum e medio tollit. Ex ea enim, arrogantia dico, altiora sese docere arbitrabantur : eam ob rem et hanc ad rationem initium ducit.*

—

EJUSDEM EPISTOLÆ ARGUMENTUM ALTERUM.

Ex codice Arundeliano.

Ὑπόθεσις τῆς πρὸς Κορινθίους πρώτης Ἐπιστολῆς.

B *Argumentum Epistolæ primæ ad Corinthios.*

Ἡ Κόρινθος ἔστι μὲν πόλις τῆς Ἑλλάδος · ἐκόμα δὲ τηνικαῦτα πλούτῳ, καὶ σοφίᾳ, καὶ πολλοῖς ἄλλοις προτερήμασιν. Ἐν ταύτῃ πολλὰ πέπονθεν ὁ Παῦλος. Ἐν ταύτῃ γὰρ αὐτῷ φανεὶς ὁ Χριστὸς, « Μὴ σιγήσῃς, » φησὶν, « ἀλλὰ λάλει, διότι λαός μοι πολύς ἐστιν ἐν τῇ πόλει ταύτῃ. » Τὴν γοῦν οὕτω μεγάλην καὶ πολυάνθρωπον πόλιν ἰδὼν ὁ διάβολος τῆς ἀληθείας ἐπειλημμένην, διαιρεῖ τοὺς ἀνθρώπους · καὶ οἱ μὲν αὐτοχειροτόνητοι διδάσκαλοι γεγόνασι · τοῦ δὲ πλήθους οἱ μὲν τούτοις ἑαυτῶν, οἷα σοφωτέροις, καὶ πλέον τι τοῦ Παύλου διδάσκειν δυναμένοις · οἱ δὲ ἐκείνοις, ἅτε πλουσιωτέροις, καὶ μεῖζον C ἐκείνων δυναμένοις εἰς προστασίαν. Καὶ οὕτως ἀντιφιλοτιμούμενοι διεῖπον τὴν Ἐκκλησίαν · Ἐν μὲν οὖν τοῦτο χαλεπόν. Ἕτερον δὲ, ὅτι συγγενόμενός τις τῇ ἑαυτοῦ μητρυιᾷ, οὐ μόνον οὐκ ἐπετιμήθη παρὰ τῶν ἄλλων, ἀλλὰ καὶ ἀχλαγώγει, καὶ ἐφυσᾶτο ἐπὶ τῇ ἕξω σοφίᾳ. Καὶ ἄλλο δὲ πάλιν, ὅτι τῶν ὄθεν τελειοτέρων τινὲς ἀπὸ γαστριμαργίας ἤσθιον εἰδωλόθυτα, καὶ ἐν τοῖς ἱεροῖς κατακλινόμενοι, πολλοὺς ἔβλαπτον. Καὶ ἄλλοι δὲ μαχόμενοι πρὸς ἀλλήλους ὑπὲρ χρημάτων, παρὰ τοῖς ἔξω τῆς Ἐκκλησίας ἐδικάζοντο. Καὶ ἕτεροι δὲ καθ' ἑαυτοὺς ἐσθίοντες ἐν ταῖς ἐκκλησίαις, τοῖς δεομένοις οὐ μετεδίδοσαν. Ἄλλοι δὲ μέγα φρονοῦντες ἐν τοῖς D χαρίσμασι, πρὸς ἀλλήλους ἐζηλοτύπουν. Καὶ ὁ περὶ τῆς ἀναστάσεως δὲ λόγος ἐχώλευεν ἐν αὐτοῖς. Καὶ κομῶσι δὲ πολλοὶ παρ' αὐτοῖς περιῆσαν κατὰ τοὺς κυνικοὺς φιλοσόφους. Ἔγραψεν μὲν οὖν διὰ Στεφανᾶ καὶ Φουρτουνάτου καὶ Ἀχαϊκοῦ πρὸς τὸν Ἀπόστολον περὶ γάμου καὶ παρθενίας, τἄλλα παραλιπόντες. Ἀντιγράφει δὲ λοιπὸν αὐτὸς, οὐ μόνον ὑπὲρ ὧν ἔγραψαν, ἀλλὰ καὶ ὑπὲρ ὧν οὐκ ἔγραψαν, πάντα μετὰ ἀκριβείας μαθών. Ἐπεὶ οὖν μεῖζον πάντων τῶν ἄλλων ἦν, τὸ σχίσματα εἶναι ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ, τοῦτο δὲ ἀπὸ ὑψηλοφροσύνης ἐτίκτετο · τὴν ὑψηλοφροσύνην πρώτην καθαιρεῖ · ἐκ ταύτης γὰρ καὶ ὑψηλότερον διδάσκειν ᾤοντο. Διὸ καὶ οὕτως ἄρχεται.

Corinthus est urbs Græciæ : quæ tunc temporis opibus, sapientia, multisque aliis quibus eminuit, superbiebat. In ista Paulus multa passus est. Hic enim comparuit illi Christus, « Noli tacere, » inquiens, « sed loquere, quoniam populus est mihi multus in hac civitate [b]. » Diabolus itaque civitatem tam magnam et frequentem incolis, veritatem apprehendisse conspicatus, dividebat homines, atque inter eos alii quidem suo ipsorum suffragio doctores electi sunt : e multitudine vero, alii hos tanquam sapientiores et in docendi munere Paulo aliquantum præstantiores sectabantur; alii vero illos, ceu ditiores, et qui in gubernando plus illis efficere possent. Atque ita inter se invicem contendentes, Ecclesiam administrabant. Atque istud sane e malis unum erat. Alterum vero, quod quidam cum noverca sua congressus, non solum ab illis non reprehendebatur, verum etiam multitudinem concitabat, atque ob externam sapientiam elatus erat. Aliud rursus malum erat, quod perfectiores quidam ea quæ idolis immolabantur præ gulositate comedebant, ac in templis discumbentes multos offendebant. Præterea, alii inter se de pecuniis contendentes, apud judices extra Ecclesiam constitutos litigabant. Porro, alii in Ecclesiis apud seipsos comedentes indigentibus non largiebantur. Alii autem magnifice de donis sentientes, sibi invicem æmulabantur. Adhæc resurrectionis doctrina apud illos claudicabat. Multi etiam comam nutrientes, cynicorum more circumibant. Scripserunt itaque ad Apostolum per Stephanam et Fortunatum et Achaicum de nuptiis et de cœlibatu, cætera omittentes. Tandem autem ipse rescribit, non de iis solum quæ illi scripserant, sed etiam de quibus non scripserant, ut qui omnia accurate intellexerat. Quoniam vero cæteris omnibus gravius erat quod schismata in Ecclesia gliscerent, istud autem e superba oriebatur, superbiam imprimis deprimit. Inde enim altius quiddam se docere opinabantur. Propter hunc in modum orditur.

[b] Act. XXIII, 9.

Variæ lectiones.

[93] καθαιρεῖ m. [68] Ex. ἐκ ταύτης o.

THEOPHYLACTI COMMENTARIUS

IN EPISTOLAM I AD CORINTHIOS.

121 CAPUT PRIMUM. A ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΠΡΩΤΟΝ.

VERS. 1. « Paulus vocatus apostolus. » Ecce procœmium confestim increpans doctores falsos. Vocatus sum, inquit, non ipse inveni, neque propria sapientia apprehendi. Et missus sum a Christo, et non sum proprio suffragio electus, quemadmodum doctores vestri.

« Jesu Christi. » Christus est doctor ac præceptor : quomodo igitur vos vobis ipsis homines doctores accensetis?

« Per voluntatem Dei. » Non quia nos fuerimus digni, sed quia voluit, ideo nos servavit et vocavit. Itaque etiamnum vult me apostolum et doctorem vestrum esse. Et quare vos alios vultis habere doctores? Num Deo resistitis? Nota autem præpositionem, « per, » Patri appositam.

« Et Sosthenes frater. » Per insignem modestiam, sibiipsi hominem se longe inferiorem conjungit, idque ad verecundiam fastuosorum Corinthiorum, qui neminem non aspernabantur.

VERS. 2. « Ecclesiæ Dei, quæ est Corinthi. » Non hujus vel illius, sed, « Dei. » Ecqui igitur homines habetis præsides? Quod si Ecclesia estis, omnino vos unitos esse oportet. Nam Ecclesiæ nomen conjunctionis et coadunationis est declarativum.

« Ἐγὼ μὲν γὰρ ὡς ἀπὼν τῷ σώματι, παρὼν δὲ τῷ πνεύματι, ἤδη κέκρικα ὡς παρών. » Ὅρα θυμόν· Οὐδὲ ἀναμεῖναι αὐτοῦ τὴν παρουσίαν ἀφίησιν, οὐδὲ ἐκδέξασθαι αὐτὸν, καὶ τότε δῆσαι, ἀλλ' ὡς λοιμὸν ἐπείγεται κατασχεῖν, πρὶν εἰς ὅλον τὸ σῶμα τῆς Ἐκκλησίας διαδοθῇ. « Παρὼν δὲ τῷ πνεύματι, » ἐφη, κατεπείγων αὐτοὺς εἰς τὴν ἀπόφασιν, καὶ ἐκφοβῶν, ὡς εἰδὼς τὰ ἐκεῖ χριθησόμενα, καὶ οὐκ ἀγνοήσων διὰ τοῦ Πνεύματος, ἤτοι τοῦ διορατικοῦ χαρίσματος, ὃ ἂν πράξωσι. Λέγων δὲ, καὶ ὅτι « Ἤδη κέκρικα ὡς παρὼν, » οὐκ ἀφίησιν αὐτοὺς ἕτερόν τι ἐννοῆσαι. Ἐγὼ γὰρ, φησὶν, ἐξήνεγκα τὴν ἀπόφασιν, καὶ οὐδὲν ἕτερον δεῖ γενέσθαι.

Verse 3. « Ego sane tanquam absens corpore, præsens autem spiritu, jam judicavi ceu præsens, » Vide ejus indignationem : neque præsentiam suam exspectare sinit, neque ipsum præstolari, ut tum vinciat, cæterum tanquam pestem comprimere festinat priusquam in totum Ecclesiæ corpus disseminetur. « Præsens autem spiritu, » dixit, ut compellat eos ad sententiam ferendam, **148** atque D perterrefaciat, ut qui sciat quæ illic judicaturi sint, nec ignoret per Spiritum, id est per donum perspicacitatis, quidnam agant. Quod autem ait : « Jam judicavi, tanquam præsens, » non permittit eis ut aliud quidquam cogitent. Nam ego, inquit, sententiam tuli, et nil aliud oportet fieri.

« Τὸν οὕτω τοῦτο κατεργασάμενον, ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ συναχθέντων ὑμῶν καὶ τοῦ ἐμοῦ πνεύματος. « Ἵνα μὴ δόξῃ αὐθάδης, καὶ αὐτοὺς προσλαμβάνει κοινωνούς, » Συναχθέντων » γὰρ » ὑμῶν, » φησὶν, « ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ Χριστοῦ· » τουτέστιν· Ἵνα μὴ κατὰ ἀνθρωπίνην πρό[σ]ληψιν ἡ

Verse 4. « Eum qui sic istud operatus est, in nomine Domini nostri Jesu Christi, congregatis vobis, et meo spiritu. » Ne videatur arrogans, eos assumit consortes, « Congregatis vobis, » inquiens, in nomine Christi, » hoc est ut conventus non fiat humano quopiam affectu, sed secundum Deum : ut

Variæ lectiones.

[98] ἐν ὑμῖν τοῖς μυστηρίων ἀξιωθεῖσι τοῖς πνευματικοῖς O.

Christus ipse vos congreget, pro quo etiam convenitis. Præfecit autem ipsis suum etiam spiritum, ne ipsum venia dignentur, sed recte judicent, æque ac si ipse præsto esset.

VERS. 5. « Cum virtute Domini nostri Jesu Christi, tradere talem Satanæ. » Hoc est, vel quod Christus talem vobis dare queat gratiam, qua diabolo illum tradere possitis : vel quod et ipse vobiscum adversus istum suffragium ferat. Nec dixit, Dedere, sed, « tradere, » subaperiens ei resipiscentiæ januas. Neque nominis ejus rursus meminit, sed « talem, » dicit.

« In interitum carnis, ut spiritus salvus sit in die Domini Jesu. » Hoc est, ut morbo ipsum maceret. Cum enim a corporis voluptate cupiditates oriantur, corpus puniri vult, « ut spiritus, » id est anima, servetur : non quasi ista sola servaretur, sed quasi hoc concesso, quod ea servata, corpus etiam servabitur. Quidam vero spiritum, donum spirituale appellant, nimirum ut salvum ei servetur, nec ab eo ceu ex impio discedat. Hoc enim curam gerentis potius est, quam punientis. Pulchre autem diei illius meminit, ut et illi sibi metuentes, medicinam afferant, et ille itidem hanc recipiat. Metam autem diabolo statuit, æque atque in Jobo, ut corpus tantum, non autem animam attingat.

VERS. 6. « Non bona est gloriatio vestra. » Subindicat, quod ipsi non permiserint eum resipiscere, gloriantes ejus nomine. Nam unus ex Corinthiorum sapientibus erat.

« Nescitis quod modicum fermenti totam massam fermentat? » Et vestri, inquit, non illius tantummodo curam habeo. Nam malum neglectum, reliquum Ecclesiæ corpus vastare potest. Ut enim fermentum, modicum cum sit, totam massam fermentat, ac in seipsum alterat, sic et hujus peccatum ad sese plerosque alios attrahet.

VERS. 7. « Expurgate itaque vetus fermentum, ut sitis nova conspersio, quemadmodum estis **149** azymi. » Hoc est, fornicatorem istum ejicite, imo et alios qui mali sunt. Vetus enim fermentum omnis generis vitia nominat. Et non dixit, Purgate, sed, « Expurgate, » hoc est, summa diligentia purgate, ut sitis nova massa, quæ non sit vitiis mista. « Quemadmodum estis, » hoc est, secuti decet vos esse, sine fermento, id est vetere malitia, quæ acetosa est, et mordicans per pœnitentiam.

« Etenim Pascha nostrum pro nobis immolatus est Christus. » Quia azymorum meminit, quæ Paschatis tempore edebantur, simulatque per allegoriam quid sint azyma explicavit, nimirum affectio vitiis non contaminata; nunc allegorice interpretatur

A σύναξις γένηται, ἀλλὰ κατὰ Θεόν· ἵνα αὐτὸς ὁ Χριστὸς συνάξῃ ὑμᾶς, ὑπὲρ οὗ καὶ συνέρχεσθε. Ἐπέστησε δὲ αὐτοῖς καὶ τὸ αὐτοῦ πνεῦμα, ἵνα μὴ συγγνώμης αὐτὸν ἀξιώσωσιν, ἀλλ' ὀρθῶς κρίνωσιν, ὡς καὶ αὐτοῦ παρόντος.

« Σὺν τῇ δυνάμει τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, παραδοῦναι τὸν τοιοῦτον τῷ Σατανᾷ. » Τουτέστιν, ἢ ὅτι Ὁ Χριστὸς δύναται τοιαύτην ὑμῖν χάριν δοῦναι [90], ὥστε δύνασθαι [1] τῷ διαβόλῳ παραδιδόναι· ἢ ὅτι καὶ αὐτὸς μεθ' ὑμῶν κατ' αὐτοῦ φέρει τὴν ψῆφον. Καὶ οὐκ εἶπεν, Ἐκδοῦναι, ἀλλὰ, « Παραδοῦναι, » ὑπανοίγων αὐτῷ τὰς τῆς μετανοίας θύρας. Καὶ οὐδὲ πάλιν ὀνόματος μέμνηται, ἀλλὰ, « Τὸν τοιοῦτον, » λέγει.

B « Εἰς ὄλεθρον τῆς σαρκὸς, ἵνα τὸ πνεῦμα σωθῇ ἐν τῇ ἡμέρᾳ τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ. » Τουτέστιν, ἵνα νόσῳ αὐτὸν τήξῃ. Ἐπειδὴ γὰρ ἐκ τῆς σωματικῆς τρυφῆς [2] αἱ ἐπιθυμίαι, τὸ σῶμα κολασθῆναι βούλεται, ἵνα τὸ πνεῦμα, τουτέστιν, ἡ ψυχὴ, σωθῇ· οὐχ ὡς ταύτης σωζομένης μόνης, ἀλλ' ὡς ὡμολογημένου τούτου, ὅτι ταύτης σωζομένης, καὶ τὸ σῶμα σωθήσεται. Τινὲς δέ φασι πνεῦμα, τὸ χάρισμα, ἵνα σῶον τηρηθῇ αὐτῷ, καὶ μὴ ἀναχωρήσῃ ὡς ἐξ ἀσεβοῦς· τοῦτο δὲ κηδομένου μᾶλλον ἢ τιμωρουμένου ἐστί. Καλῶς δὲ τῆς ἡμέρας ἐκείνης ἀνεμνήσθη [3], ἵνα καὶ ἐκεῖνοι δείσαντες, τὴν ἰατρείαν ἀπενέγκωσι [4] καὶ ἐκεῖνος ὡσαύτως ταύτην δέξηται. Ὅρον δὲ τίθησι τῷ διαβόλῳ, καθάπερ καὶ ἐπὶ τοῦ Ἰώβ, τοῦ σώματος ἅψασθαι, ἀλλὰ μὴ καὶ τῆς ψυχῆς.

C « Οὐ καλὸν τὸ καύχημα ὑμῶν » Αἰνίττεται ὅτι αὐτοὶ οὐκ εἶασαν αὐτὸν μετανοῆσαι, καυχώμενοι εἰς αὐτόν. Καὶ γὰρ εἷς τῶν παρ' αὐτοὺς [5] σοφῶν ἦν οὗτος.

« Οὐκ οἴδατε ὅτι μικρὰ ζύμη ὅλον τὸ φύραμα ζυμοῖ; » Καὶ ὑμῶν, φησὶν, οὐκ ἐκείνου μόνου κήδομαι. Καὶ γὰρ ἀμελούμενον τὸ κακὸν δύναται καὶ τὸ λοιπὸν σῶμα τῆς Ἐκκλησίας λυμήνασθαι. Ὥσπερ γὰρ ἡ ζύμη μικρὰ οὖσα, τὸ φύραμα πᾶν [6] ζυμοῖ καὶ πρὸς ἑαυτὴν μεταβάλλει· οὕτω καὶ ἡ τούτου ἁμαρτία πρὸς ἑαυτὴν πολλοὺς ἐπισπάσεται.

D « Ἐκκαθάρατε οὖν τὴν παλαιὰν ζύμην, ἵνα ἦτε νέον φύραμα, καθώς ἐστε ἄζυμοι. » Τουτέστι, Τὸν πόρνον τοῦτον ἐκβάλετε, μᾶλλον δὲ καὶ ἄλλους κακούς. Παλαιὰν γὰρ ζύμην πᾶσαν κακίαν φησί. Καὶ οὐκ εἶπε, Καθάρατε, ἀλλὰ, « Ἐκκαθάρατε· » τουτέστι, Μετὰ ἀκριβείας καθάρατε, ἵνα νέον φύραμα καὶ ἀμιγὲς κακίας ἦτε. « Καθὼς ἐστε, » ἀντὶ τοῦ, Καθὼς πρέπει εἶναι ὑμᾶς, χωρὶς ζύμης, τουτέστι, τῆς παλαιᾶς κακίας, καὶ ὀξώδους, καὶ δακνούσης τῇ μεταμελείᾳ.

« Καὶ γὰρ τὸ Πάσχα ἡμῶν ὑπὲρ ἡμῶν ἐτύθη Χριστός. » Ἐπειδὴ ἀζύμων ἐμνήσθη, ταῦτα δὲ ἐν τῷ Πάσχα ἠσθίοντο, ἀλληγορήσας τὰ ἄζυμα τί εἰσιν, ὅτι ἡ διάθεσις ἡ ἀμιγὴς κακίας, νῦν ἀλληγορεῖ [7] καὶ τὸ Πάσχα, καί φησιν, ὅτι Ὁ Χριστός ἐστιν ἡμῶν τὸ

Variæ lectiones.

[90] διδόναι o. [1] βούλεσθαι o. [2] τοῦ σώματος καὶ τῆς τρ. o. [3] ἀνέμνησεν o. [4] ἐπενέγκωσι m. [5] παρ' αὐτοῖς m. [6] ὅλοι o. [7] μαρτυρεῖ o.

Πάσχα, τυθεὶς ὑπὲρ ἡμῶν. Ὀφείλομεν οὖν τὰ ἄζυμα, τουτέστι, τὴν ἀπὸ πάσης κακίας καθαρότητα περιέπειν.

« Ὥστε ἑορτάζωμεν, μὴ ἐν ζύμῃ παλαιᾷ, μηδὲ ἐν ζύμῃ κακίας καὶ πονηρίας. » Δείκνυσιν ὅτι πᾶς ὁ χρόνος ἑορτῆς ἐστι καιρὸς τοῖς Χριστιανοῖς, διὰ τὴν ὑπερβολὴν τῶν δοθέντων αὐτοῖς ἀγαθῶν. Διὰ τοῦτο γὰρ ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ ἄνθρωπος γέγονε, καὶ ἐτύθη, ἵνα σε ἑορτάζειν ποιήσῃ· οὐκ ἐν ζύμῃ τοῦ παλαιοῦ Ἀδὰμ, οὐδὲ ἐν βίῳ κακίας πλήρει, μᾶλλον δὲ ὃ χεῖρον, πονηρίας. Κακὸς μὲν γὰρ, πᾶς ὁ τὸ κακὸν πράττων· πονηρὸς δέ, ὁ καὶ μετὰ βαθυτάτου καὶ δολερᾶς [8] γνώμης.

« Ἀλλ' ἐν ἀζύμοις εἰλικρινείας καὶ ἀληθείας. » Τουτέστιν, ἐν βίῳ εἰλικρινεῖ, ἤτοι καθαρῷ, πρὸς ἀντιδιαστολὴν τῆς κακίας· καὶ ἀληθεῖ, τουτέστιν, ἀνυποκρίτῳ, ἀδόλῳ, πρὸς ἀντιδιαστολὴν τῆς πονηρίας. Ἢ τὸ, « Ἀληθείας, » δύνασαι νοῆσαι, πρὸς ἀντιδιαστολὴν τῶν παλαιῶν τύπων, οἵτινες οὐκ ἦσαν ἀλήθεια. Βούλεται γὰρ τὸν Χριστιανὸν, καὶ τῶν ἐν τῇ Παλαιᾷ τύπων ὑπέρτερον εἶναι. Ἢ εἰλικρίνειαν μὲν, τὴν καθαρότητα, ἣ διὰ τῆς πράξεως γίνεται· ἀλήθειαν δὲ, τὴν θεωρίαν.

« Ἔγραψα ὑμῖν ἐν τῇ Ἐπιστολῇ, μὴ συναναμίγνυσθαι πόρνοις, » Ἐν ποίᾳ Ἐπιστολῇ; Ἐν αὐτῇ ταύτῃ. Ἐπειδὴ γὰρ εἶπεν ἀνωτέρω, ὅτι « Ἐκκαθάρατε τὴν παλαιὰν ζύμην, » τὸν πεπορνευκότα, ὡς δεδήλωται, αἰνιττόμενος, δι' οὗ ἐδηλοῦτο τὸ μὴ συναναμίγνυσθαι πόρνοις· ἴσως ὑπενόησαν ἂν ὅτι πάντων τῶν πόρνων καὶ τῶν παρ' Ἕλλησι χώρίζεσθαι δεῖ. Ἑρμηνεύει τοίνυν περὶ ποίων παρήγγειλε.

« Καὶ οὐ πάντως τοῖς πόρνοις τοῦ κόσμου τούτου, ἢ τοῖς πλεονέκταις, ἢ ἅρπαξιν, ἢ εἰδωλολάτραις· ἐπεὶ ὀφείλετε ἄρα ἐκ τοῦ κόσμου ἐξελθεῖν. » Τὸ, « Πάντως, » ὡς ἐπὶ ὡμολογημένου τέθεικε πράγματος. Ἡ σύνταξις δὲ τοῦ λόγου τοιαύτη· Καὶ πάντως οὐ τοῖς πόρνοις τοῦ κόσμου συναναμίγνυσθαι ἐκώλυσα, τουτέστι, τοῖς τῶν Ἑλλήνων· ἐπεὶ ἑτέραν οἰκουμένην ὀφείλετε ζητῆσαι. Πῶς γὰρ δυνατὸν, ἐν τῇ αὐτῇ πόλει πλειόνων ὄντων τῶν Ἑλλήνων, μὴ συναναμίγνυσθαι τοῖς τοιούτοις [9];

« Νυνὶ δὲ ἔγραψα ὑμῖν μὴ συναναμίγνυσθαι, ἐάν τις ἀδελφὸς ὀνομαζόμενος ἢ πόρνος, ἢ πλεονέκτης, ἢ εἰδωλολάτρης, ἢ λοίδορος, ἢ μέθυσος, ἢ ἅρπαξ, τῷ τοιούτῳ μηδὲ συνεσθίειν. » Ὁρᾷς, ὅτι οὐχ εἷς μόνος ἦν πόρνος, ἀλλὰ καὶ ἕτεροι, καὶ ἐν διαφόροις κακίαις. Καὶ πῶς ἀδελφὸς ὢν, εἰδωλολάτρης εἶναι δύναται; Ὥσπερ ἐπὶ τῶν Σαμαρειτῶν συνέβη ποτὲ, οἱ ἐξ ἡμισείας ηὐσέβουν· οὕτω καὶ ἐν τούτοις, τινὲς τῶν εἰδώλων εἶχοντο εἴτι [10]. Ἄλλως τε καὶ παρακαταβάλλεται τὸν περὶ τῶν τὰ εἰδωλόθυτα ἐσθιόντων λόγον. Καλῶς δὲ εἶπε τὸ, « Ἀδελφὸς ὀνομαζόμενος. » Ὄνομα γὰρ μόνον ἀδελφοῦ ἔχει, οὐκ

A quid sit Pascha, Christus, inquiens, Pascha nostrum est, pro nobis mactatus. Debemus igitur azyma, id est omnem ab omnibus vitiis puritatem amplecti-

Vers. 8. « Ferias itaque celebremus, non in fermento veteri, neque in fermento malitiæ et versutiæ. » Ostendit quod omne tempus feriarum sit occasio et opportunitas Christianis, propter excellentiam traditorum illis bonorum. Ob eam enim causam homo factus et occisus est Filius Dei, ut te feriari faceret : non in fermento veteris Adami, neque in vita vitiis plena, vel, quod pejus est, versutia. Malus enim est, quisquis male agit : versutus autem, qui et cum profunditate ac dolosa mente male agit.

« Sed in azymis sinceritatis et veritatis. » Hoc B est, in vita sincera sive pura, ut opponatur malitiæ : et vera, hoc est, hypocrisi ac dolo vacante, ut versutiæ opponatur. « Vel veritatem » intelligere poteris ad discrimen veterum figurarum, quæ non fuerunt veritas. Vult enim Christianum veteribus figuris superiorem esse. Vel sinceritatem accipies pro puritate quæ per opera fit : veritatem autem, pro contemplatione.

Vers. 9. « Scripsi vobis in Epistola, ne commisceremini fornicatoribus. » In qua Epistola? In hac ipsa. Cum enim supra dixisset, « Expurgate vetus fermentum, » fornicatorem, ut supra dictum est, subinnuens, unde perspicuum fecit, quod fornicatoribus commisceri non oportet; suspicati essent fortasse ab omnibus fornicatoribus, ab iis etiam qui C apud Græcos essent, recedendum esse. Interpretatur igitur qualibus præcepit.

Vers. 10. « Et non omnino fornicatoribus mundi hujus, aut avaris, aut rapacibus, aut idolorum cultoribus : alioqui debueratis ex hoc mundo exiisse. » « Omnino, » tanquam de re confessa ac manifesta posuit. Hæc vero hujus orationis est constructio : Et omnino non prohibui ne cum mundi fornicatoribus conversaremini, hoc est, Græcis : alioquin alium terrarum orbem quærere oporteret. Qui enim fieri potest; **150** cum in una eademque urbe plures sint Græci et peccatores, ut non commisceamini talibus ?

Vers. 11. « Nunc autem scripsi vobis, non com- D misceri, si is qui frater nominatur, sit fornicator. aut avarus, aut idolorum cultor, aut conviciator, aut ebriosus, aut rapax, cum hujusmodi nec cibum sumere. « Vides non unicum solummodo scortatorem fuisse, sed diversos, idque in variis sceleribus. At quomodo is qui frater est, idolorum cultor esse potest? Quemadmodum in Samaritanis olim contigit, qui ex dimidia parte pii essent, Deique cultores videbantur : sic apud istos accidit. Ex his enim nonnulli idolis detinebantur adhuc. Præterea viam præstruit sermoni quem de iis, qui idolis

Variæ lectiones.

[8] βαθύτητος καὶ πονηρᾶς γν. o. [9] πόρνοις]o. [10] ἔτι m.

immolata edebant, habiturus est. Pulchre autem dixit, « Qui frater nominatur. » Siquidem nomen tantummodo fratris habet, revera autem frater non est, quisquis enumeratis vitiis obnoxius est. Quod inquit, ἢ πόρνος, potest per conjunctionem disjunctivam intelligi, perinde ac sequentia. Potest etiam ut verbum accipi pro eo quod est, Si quis frater nominatus, « sit, » hoc est, exsistat fornicator, etc. Cum tali ne cibus quidem sumendus, ut agnoscens se abominationem esse propter scelus, ab eo abstineat.

A ἔστι δὲ τῇ ἀληθείᾳ, πᾶς ὁ τοῖς ἀπηριθμημένοις ἐνοχος. Τὸ δὲ, « Ἢ πόρνος, » δύναται μὲν καὶ ὡς διαζευκτικὸς σύνδεσμος νοηθῆναι, καθὼς καὶ τὰ ἑξῆς, δύναται δὲ καὶ ὡς ῥῆμα, ἀντὶ τοῦ, Ἐάν τις ἀδελφὸς ὀνομαζόμενος ἤ, τουτέστιν, ὑπάρχῃ πόρνος, καὶ τὰ ἑξῆς, τῷ τοιούτῳ μηδὲ συνεσθίειν, ἵνα γνοὺς ὅτι βδέλυγμά ἐστι διὰ τὴν κακίαν, ἀπόσχηται ταύτης.

Vers. 12. « Quid enim mihi de iis qui foris sunt judicare? » Eos qui foris sunt, Græcos sive Gentiles nominat : qui intus, Christianos. Nulla mihi, inquit, cura de iis qui foris sunt : tantum enim est quod ait, Extra meas leges sunt. Supervacaneum itaque foret legem sancire iis qui extra Christi regiam et aulam agunt. « Quæcunque enim lex loquitur, iis, qui sunt in lege, loquitur [n]. »

« Τί γάρ μοι καὶ τοὺς ἔξω κρίνειν; » Ἔξω τοὺς Ἕλληνας ὀνομάζει· ἔσω δὲ, τοὺς Χριστιανούς. Οὐδείς μοι, φησὶ, λόγος πρὸς τοὺς ἔξω· αὐτὸ γὰρ τοῦτο, B ἔξω τῶν ἐμῶν νόμων εἰσί. Περιττὸν οὖν τὰ προστάγματα τοῦ Θεοῦ [11] τιθέναι τοῖς ἔξω τῆς Χριστοῦ αὐλῆς· ὅσα γὰρ ὁ νόμος λαλεῖ, τοῖς ἐν τῷ νόμῳ λαλεῖ.

Vers. 12, 13. « Nonne de iis qui intus sunt, vos judicatis? Eos vero qui foris sunt, Deus judicabit. » Nonnulli particulam οὐχὶ, id est, nonne, puncto interstinguunt : deinde ab alio principio sine interrogatione legunt : « De iis qui intus sunt, vos judicatis. » Cum enim supra dixisset : « Quid enim mihi de iis qui foris sunt, judicare? » subintulit, Non : quasi dicat, Mea nihil refert illos judicare. Quidam vero junctim cum interrogatione legunt : « Nonne de iis qui intus sunt, vos judicatis? » hoc est, Nonne Christiani a vobis judicandi sunt? Eos vero qui foris sunt, horribilior judex excipiet. Proinde, si a vobis, qui intus sunt, judicantur, Dei judicium, quod terribilius est, evadent.

« Οὐχὶ τοὺς ἔσω ὑμεῖς κρίνετε; Τοὺς δὲ ἔξω ὁ Θεὸς κρινεῖ. » Τινὲς εἰς τὸ, « Οὐχὶ, « στίζουσιν· εἶτα ἀπ' ἄλλης ἀρχῆς ἀναγινώσκουσι χωρὶς ἐρωτήσεως· « Τοὺς ἔσω ὑμεῖς κρίνετε. » Εἰπὼν γὰρ ἄνω, ὅτι « Τί μοι τοὺς ἔξω κρίνειν; » ἐπήγαγεν, ὅτι « Οὐχί· » ἀντὶ τοῦ, Οὐκ ἔστι μοι τὸ κρίνειν ἐκείνους. Τινὲς δὲ συναπτῶς καὶ ἐρωτηματικῶς ἀναγινώσκουσιν· « Οὐχὶ τοὺς ἔσω ὑμεῖς κρίνετε; ἦ » Ἀντὶ τοῦ, Οὐχὶ τοὺς Χριστιανοὺς ὀφείλετε ὑμεῖς κρίνειν; Τοὺς δὲ ἔξω ὁ C Θεὸς φοβερώτερος δικαστὴς παραλήψεται. Ὥστε, εἰ παρ' ὑμῖν οἱ ἔσω κρίνονται, ἐκφεύξονται τὴν φοβερωτέραν κρίσιν τοῦ Θεοῦ.

Auferte malum ex vobis ipsis [o]. » Meminit Scripturæ loci in Veteri Testamento, ut commonstret quod jam olim legislatori placuerit, ut sclerati exscinderentur. Quod ait, « Ex vobis ipsis, » ostendit quod impii sublatio ipsis majori erit emolumento.

« Καὶ ἐξαρεῖτε τὸν [12] πονηρὸν ἐξ ὑμῶν αὐτῶν. » Ἐμνημόνευσε ῥήσεως ἐν τῇ Παλαιᾷ κειμένης, ἵνα δείξῃ ὅτι καὶ ἄνωθεν ἐδόκει τῷ νομοθέτῃ τοὺς πονηροὺς ἐκτέμνεσθαι. Τὸ δὲ, « Ἐξ ὑμῶν αὐτῶν, » δείκνυσιν ὅτι μᾶλλον αὐτῶν ὠφέλειά ἐστιν ἡ ἔξαρσις τοῦ πονηροῦ.

151 CAPUT VI.

ΚΕΦΑΛ. Ϛ'.

Vers. 1. « Audet aliquis vestrum, habens negotium adversus fratrem suum, judicari apud injustos, et non apud sanctos? » Plerique in pecuniariis causis dissidentes, apud Græcos judices contendebant, utpote legum peritos. Hoc igitur nunc corrigit, quod obiter in medium incidit. Postquam enim mentionem fecit avarorum, actutum efferbuit præ eorum cura qui talia patrarant. Intuere autem quomodo statim ab initio indignationem suam ostendat, audaciam appellans rem istam ac prævaricationem. Non autem dixit, Apud infideles, sed, « Apud injustos. » Cum enim is qui litigat, justum assequi laborat, ostendit eos istud haud consecutos. Injusti enim sunt, inquit, judices Græci : qui igitur tibi juste judicabunt? Sanctos autem fideles appellat, ex ipsis nominibus differentiam demonstrans; illi namque injusti sunt, isti vero sancti.

« Τολμᾷ τις ὑμῶν πρὸς τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ πρᾶγμα ἔχων, κρίνεσθαι ἐπὶ τῶν ἀδίκων, καὶ οὐχὶ ἐπὶ τῶν ἁγίων; » Πολλοὶ χρηματικὰς δίκας ἔχοντες, ἐκρίνοντο παρὰ τοῖς Ἕλλησι δικασταῖς, ἅτε νομοθέσι. Τοῦτο τοίνυν διορθοῦται παρεμπεσὸν εἰς τὸ D μέσον. Ἐπειδὴ γὰρ ἐμνήσθη πλεονεκτῶν, εὐθὺς ἔβρισε τῇ περὶ τῶν ἁμαρτανόντων τὰ τοιαῦτα φροντίδι. Καὶ ὅρα, ὅπως θυμὸν ἐνδείκνυται ἐξ ἀρχῆς, καὶ τόλμαν καλεῖ τὸ πρᾶγμα καὶ παρανομίαν. Οὐκ εἶπε δὲ, Ἐπὶ τῶν ἀπίστων, ἀλλ', « Ἐπὶ τῶν ἀδίκων. » Ἐπειδὴ γὰρ ὁ δικαζόμενος τοῦ δικαίου τυχεῖν βούλεται, δείκνυσιν αὐτοὺς τούτου οὐ τυγχάνοντας. Ἄδικοι γὰρ, φησὶν, εἰσὶν οἱ κρίνοντες [13] Ἕλληνες· πῶς οὖν σοι δικαίως κρινοῦσιν; Ἁγίους δὲ, τοὺς πιστούς φησιν, ἐξ αὐτῶν τῶν ὀνομάτων δεικνὺς τὴν διαφοράν· οἱ μὲν γὰρ ἄδικοί εἰσιν, οἱ δὲ ἅγιοι.

Vers. 2. « An nescitis quod sancti mundum ju-

« Ἢ οὐκ οἴδατε [*vulg* Οὐκ οἴδατε ὅτι] οἱ ἅγιοι τὸν

[n] Rom. III, 19. [o] Deut. XIII, 5.

Variæ lectiones.

[11] Χριστοῦ m. [12] τὸ o. [13] δικάζοντες o.

κόσμον κρινοῦσιν; « Ἐπειδὴ οἱ πιστοὶ ἰδιῶται ὄντες A οὐκ ἀξιόπιστοι ἐδόκουν πρὸς τὸ τεμεῖν[14] ὑπόθεσιν, ἀξιοπίστους αὐτοὺς ποιεῖ [15], πρῶτον μὲν ἁγίους καλέσας, εἶτα εἰπὼν, ὅτι τὸν κόσμον κρινοῦσιν· οὐκ αὐτοὶ καθήμενοι καὶ δικάζοντες (ὁ γὰρ Κύριος κρινεῖ), ἀλλὰ κατακρινοῦσιν. Ὅταν γὰρ ὁμοιοπαθεῖς ὄντες, εὑρεθῶσιν αὐτοὶ μὲν πιστεύσαντες, ἐκεῖνοι δὲ ἀπιστήσαντες, οὐ κατάκρισις τοῦτο τῶν ἀπίστων;

« Καὶ εἰ ἐν ὑμῖν κρίνεται ὁ κόσμος, ἀνάξιοί ἐστε κριτηρίων ἐλαχίστων; » Ὅρα, οὐκ εἶπεν, ὅτι Ὑφ' ὑμῶν κρίνεται, ἀλλ', « Ἐν ὑμῖν· » τουτέστιν, Ὑπὸ τοῦ Θεοῦ μὲν κρίνεται, ἐν ὑμῖν δὲ κατακρίνεται, ἀντὶ τοῦ, Ἐν τῷ ὑμᾶς ὑπόδειγμα εἶναι πιστεύσαντας. Τὸ δὲ, « Ἀνάξιοί ἐστε κριτηρίων ἐλαχίστων, » τοιοῦτον ἔχει νοῦν. Ἐπειδὴ γὰρ εἰκὸς ἦν αὐτοὺς ὑπὸ B τῶν ἔσω κρινομένους αἰσχύνεσθαι, τοὐναντίον μὲν οὖν ἐστιν αἰσχύνη, φησὶν, ὅταν ὑπὸ τῶν ἔξωθεν κρίνεσθε. Ἐκεῖνα γάρ ἐστιν ἐλάχιστα δικαστήρια, οὐ τὰ ἔσω.

« Οὐκ οἴδατε ὅτι ἀγγέλους κρινοῦμεν; Μήτοιγε [*vulg.* μήτιγε] βιωτικά; » Ἀγγέλους τοὺς δαίμονάς φησι. Καὶ τούτους οὖν κατακρινοῦμεν, ὅταν οἱ ἐν σαρκὶ ἡμεῖς τῶν ἀσωμάτων αὐτῶν πλέον εὑρεθῶμεν ἔχοντες.

« Βιωτικὰ μὲν οὖν κριτήρια ἐὰν ἔχητε, τοὺς ἐξουθενημένους ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ, τούτους καθίζετε. Πρὸς ἐντροπὴν ὑμῖν λέγω· οὕτως οὐκ ἔνι ἐν ὑμῖν σοφὸς οὐδὲ εἷς, ὃς δυνήσεται διακρῖναι ἀνὰ μέσον τοῦ C ἀδελφοῦ αὐτοῦ; » Ἐκ περιουσίας βουλόμενος ἀποστῆσαι αὐτοὺς τῶν ἔξω δικαστηρίων, φησὶν, ὅτι Ἴσως εἴποι τις ἄν, ὅτι οὐκ ἔνι σοφός τις ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ, ὁ διακρῖναι δυνάμενος. Εἰ γὰρ κατὰ τὸν ὑμῶν λόγον οὐκ ἔνι σοφὸς, τοὺς ἐξουθενημένους μᾶλλον δικαστὰς καθίζετε, ἢ τοὺς ἀπίστους. Τοῦτο δὲ εἶπον πρὸς ἐντροπὴν ὑμῶν, συντρέχων τῇ ψευδεῖ προφάσει ὑμῶν, ἐπεὶ ἆρα τοσαύτη σπάνις ἐστὶ σοφῶν παρ' ὑμῖν, ὥστε τοὺς εὐτελεῖς καὶ ἰδιωτικωτέρους κρίνειν. Τὸ, « Ἀδελφοῦ δὲ αὐτοῦ, » προσέθηκε, σημαίνων ὅτι ὅτε [16] πρὸς τὸν ἀδελφόν ἐστιν ἡ δίκη, οὐδὲ πολλῆς χρεία ποικιλίας καὶ γνώσεως, ἅτε τῆς ἀδελφικῆς διαθέσεως πολλὰ συνεργούσης πρὸς λύσιν τῆς φιλονεικίας.

« Ἀλλὰ ἀδελφὸς μετὰ ἀδελφοῦ κρίνεται, καὶ τοῦτο D ἐπὶ ἀπίστων; » Διπλοῦν τὸ κακὸν, ὅτι τε πρὸς ἀδελφὸν ἡ κρίσις, καὶ ὅτι ἐπὶ ἀπίστων.

« Ἤδη μὲν οὖν ὅλως ἥττημα ἐν ὑμῖν ἐστιν, ὅτι κρίματα ἔχετε μεθ' ἑαυτῶν. » Πρότερον ἀνεῖλε τὸ κρίνεσθαι παρὰ τοῖς ἀπίστοις· νυνὶ δὲ καὶ αὐτὸ τὸ ὅλως κρίνεσθαι ἀναιρεῖ, λέγων, ὅτι « Ὅλως ἥττημα· » τουτέστι, Κατάκρισις, αἰσχύνη, ὅτι ὅλως ἔχετε κρίματα, τουτέστι, δίκας μετ' ἀλλήλων· τοῦτο γάρ ἐστι τὸ, « Μεθ' ἑαυτῶν. » Ἐμφαντικῶς δὲ τοῦτο εἶπεν· ἑαυτοὺς γὰρ ὀφείλομεν λογίζεσθαι οἱ Χριστιανοὶ τοὺς [ὡς] ἀδελφούς.

dicabunt? » Quia fideles, utpote indocti, ad litem dirimendam non videbantur idonei, auctoritatem illis conciliat : primum quidem sanctos appellando, deinde affirmando quod mundum sunt judicaturi : non ipsi quidem sedentes ac sententiam proferentes (Dominus enim judicabit), verum condemnabunt. Cum enim ipsi, qui similibus affectionibus obnoxii erant, inventi fuerint fideles, illi vero infideles, nonne hoc condemnatio est infidelium?

« Quod si in vobis judicatur mundus, indigni estis judiciis minimis ? » Observa quod non dixit, a vobis judicatur, sed, « In vobis : » hoc est, a Deo quidem judicatur, in vobis autem condemnatur, pro, ex hoc quod vos credentes iis eratis pro exemplo. Quod autem ait, « Indigni estis judiciis minimis, » hujusmodi sensum habet. Cum enim verisimile esset ipsos ab iis qui intus erant judicatos pudefieri; e diverso, inquit, contumeliam retuleritis, si ab illis qui foris sunt, hoc est, ab infidelibus judicemini. Minima enim sunt illa tribunalia; quæ intus sunt non item.

VERS. 3. « Nescitis quod angelos judicabimus ? quanto magis sæcularia? » Angelos dæmones appellat, quos condemnabimus, quando nos carne vestiti, incorporeis istis substantiis excellentiores fuerimus reperti.

VERS. 4, 5. « Judicia igitur de rebus temporariis si habeatis, qui in Ecclesia contempti sunt, eos constituite. Ad verecundiam vestram dico : Sic non est inter vos quisquam, qui possit judicare inter fratrem suum? » Ab exoticis judicis eos revocare volens, ex abundanti adjicit : Forsan dixerit quispiam, quod non sit sapiens **152** in Ecclesia, qui dijudicare possit. Si enim secundum vestram existimationem non est sapiens, contemptos potius judices constituite, quam infideles. Istud autem dixi, ad verecundiam vestram, inani vestræ prætextui consentiens : quandoquidem tanta est raritas sapientum apud vos, ut viles et indoctiores judicium exerceant. « Fratrem suum, » adjecit, indicans quod si quando adversus fratrem sit contentio, varia rerum cognitione non est opus, affectione nimirum fraterna ad litis solutionem cooperante.

VERS. 6. « Sed frater cum fratre judicio contendit, et hoc apud infideles? » Duplex malum, et quod erga fratrem sit judicium, et quod apud infideles.

VERS. 7. « Jam quidem omnino delictum est in vobis, quoniam judicia habetis inter vosmetipsos. » Antea hoc sustulit, quod judicarentur apud infideles : nunc autem ipsam omnino disceptationem tollit, inquiens : « Omnino est delictum, » id est, condemnatio et pudor, quoniam omuino habetis judicia, hoc est, causas judiciarias inter vos invicem, hoc enim est quod ait, « Inter vosmetipsos. » Emphatice vero hoc dixit. Nos enim Christiani fratres nostros nosmetipsos existimare debemus.

Variæ lectiones.

[14] κρίνειν O. [15] καλεῖ O. [16] ἐπεὶ O.

VERS. 7, 8. « Quare non magis injuriam accipitis? quare non magis fraudem patimini? Sed ipsi injuriam infertis, ac defraudatis, idque fratres. » Multiplex accusatio. Prima quidem, quod injuriam passi, sustinere non norant : altera, quod ipsi potius injuriam inferant : tertia, quod fratribus. Bonum esset, inquit, neque injuriam facere neque pati : in summa autem melius est pati.

VERS. 9. « An nescitis quod iniqui regnum Dei non possidebunt? » Exhortationem comminatione concludit, sermonem vehementiorem reddens, ac veluti in re confessa ipsos interrogat.

« Ne erretis. » Hic occulte indicat fuisse nonnullos apud eos qui dicerent : Clemens est Deus, nec puniet nos, verum in regnum introducet. Ait igitur, « Ne erretis. » Etenim revera erroris est et impo- B sturæ, hic sperare commoda, posthac vero illic diversum consequi.

« Neque fornicatores. » Eum qui jam condemnatus erat, primo loco ponit.

« Neque idolorum cultores, neque mœchi, neque molles. » Molles turpia patientes nominat. Infert igitur et turpia agentes.

VERS. 10. « Neque masculorum concubitores, neque avari, neque fures, neque ebriosi, neque maledici, neque rapaces, regnum Dei possidebunt. » Quærunt multi, quare conjunxit ebriosos et maledicos cum idolorum **153** cultoribus, et cum eis qui scelera nefanda perpetrant? Quoniam nimirum Christus ipse, eum qui dixerit « fratri suo, Fatue [p], reum faciat gehennæ : ac rursus quia Judæi C ex ebrietate ad idololatriam pervenerunt. Deinde, non de supplicio jam nunc loquitur; sed de regni amissione. E regno autem pariter omnes excidunt : num vero in pœnis discrimen habituri sint, non est præsentis loci indagare.

VERS. 11. « Et hæc quidem fuistis, sed abluti estis, sed sanctificati estis, sed justificati estis in nomine Domini Jesu, et in Spiritu Dei nostri. » Intelligite, inquit, a qualibus malis vos liberarit quantaque vobis bona largitus sit Deus. Habebatis enim vos prædicta omnia : verum ab iis vos mundavit Deus : et non solum hoc, sed etiam sanctificavit. Quomodo? justificando, inquit, vos. Abluit D enim vos, deinde justificans sanctificavit : non hujus vel illius doctoris nomine, cæterum in Christi nomine, Spirituque sancto : id est, Trinitas ista vobis donavit. Cum enim dicit quod Deus in nomine Christi et Spiritu sancto nos sanctificarit, nihil aliud quam Trinitatem ponit.

VERS. 12. « Omnia mihi licent, sed non omnia expediunt. » Quia fornicatoris supra meminit, ac de illo rursum verba facturus est, sermonem de gulositate interponit. Ex hac enim plerumque fornicationis malum provenire solet. Ait ergo : Licet

[p] Matth. v, 22.

A « Διὰ τί οὐχὶ μᾶλλον ἀδικεῖσθε; Διὰ τί οὐχὶ μᾶλλον ἀποστερεῖσθε. Ἀλλ' αὐτοὶ ἀδικεῖτε καὶ ἀποστερεῖτε, καὶ ταῦτα ἀδελφούς. » Πολλαπλοῦν τὸ ἔγκλημα· πρῶτον μὲν, ὅτι οὐκ οἴδασιν ἀδικούμενοι φέρειν· δεύτερον δὲ, ὅτι ἀδικοῦσι μᾶλλον αὐτοί· τρίτον, ὅτι ἀδελφούς. Καλὸν μὲν ἦν, φησὶ, μήτε ἀδικεῖν, μήτε ἀδικεῖσθαι· ἐν ἐπιλογῇ δὲ βέλτιον τὸ ἀδικεῖσθαι.

« Ἢ οὐκ οἴδατε ὅτι ἄδικοι βασιλείαν Θεοῦ οὐ κληρονομήσουσιν; » Εἰς ἀπειλὴν κατακλείει τὴν παραίνεσιν, ἰσχυρότερον ποιῶν τὸν λόγον, καὶ ὡς ἐπ' ὡμολογημένῳ πράγματι ἐρωτῶν αὐτούς.

« Μὴ πλανᾶσθε. » Ἐνταῦθα αἰνίττεταί τινας παρ' αὐτοῖς ὄντας, οἳ ἔλεγον, ὅτι φιλάνθρωπός ἐστιν ὁ Θεὸς, καὶ οὐ κολάσει, ἀλλ' εἰς τὴν βασιλείαν εἰσάξει. Φησὶν οὖν· « Μὴ πλανᾶσθε. » Καὶ γὰρ ὄντως ἀπάτης ἐστὶ καὶ πλάνης ἐλπίσαι ἐνταῦθα [17] χρηστὰ, εἶτα ἐκεῖ τῶν ἐναντίων ἐπιτυχεῖν.

« Οὔτε πόρνοι. » Τὸν ἤδη καταδικασθέντα πρῶτον τίθησιν.

« Οὐδὲ [*vulg.* οὔτε] εἰδωλολάτραι, οὔτε μοιχοὶ, οὔτε μαλακοί. » Μαλακούς φησι τοὺς αἰσχροπαθοῦντας. Ἐπιφέρει γοῦν [18] καὶ τοὺς αἰσχροποιοῦντας.

« Οὔτε ἀρσενοκοῖται, οὔτε πλεονέκται, οὔτε κλέπται, οὔτε μέθυσοι, οὐ λοίδοροι, οὐχ ἅρπαγες, βασιλείαν Θεοῦ οὐ κληρονομήσουσιν. » Ζητοῦσι πολλοὶ, τί δήποτε τοὺς μεθύσους [19] καὶ λοιδόρους μετὰ τῶν εἰδωλολατρῶν καὶ τῶν ἀῤῥητοποιῶν τέθεικεν; Ὅτι καὶ ὁ Χριστὸς τὸν εἰπόντα, « Μωρὲ, τῷ ἀδελφῷ, » ἔνοχον εἶπε γεέννης· καὶ αὖ Ἰουδαῖοι ἐκ τῆς μέθης εἰς εἰδωλολατρίαν ἦλθον. Ἔπειτα, οὐ περὶ κολάσεως, ὁ λόγος νῦν, ἀλλὰ περὶ ἐκπτώσεως βασιλείας. Τῆς μὲν οὖν βασιλείας ὁμοίως πάντες ἐκπίπτουσιν· εἰ δὲ ἐν ταῖς κολάσεσι [20] διαφορὰν ἔξουσιν, οὐ τοῦ παρόντος καιροῦ ζητεῖν.

« Καὶ ταῦτά τινες ἦτε, ἀλλὰ ἀπελούσασθε, ἀλλὰ ἡγιάσθητε, ἀλλὰ ἐδικαιώθητε ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ καὶ ἐν τῷ Πνεύματι τοῦ Θεοῦ ἡμῶν. » Ἐννοήσατε, φησὶν, ἡλίκων ὑμᾶς κακῶν ἀπήλλαξε, καὶ ἡλίκα ὑμῖν ἐχαρίσατο ὁ Θεὸς ἀγαθά. Εἴχετε γὰρ καὶ ὑμεῖς τὰ εἰρημένα πάντα· ἀλλὰ καθαροὺς τούτων ὑμᾶς ἐποίησε· καὶ οὐ μόνον τοῦτο, ἀλλὰ καὶ ἡγίασε. Πῶς; Δικαιώσας, φησίν. Ἀπέλουσε γὰρ, εἶτα δικαιώσας ἡγίασεν· οὐκ ἐν τῷ τοῦ δεῖνος, ἢ τοῦ δεῖνος διδασκάλου ὀνόματι, ἀλλ' ἐν τῷ τοῦ Χριστοῦ, καὶ ἐν τῷ ἁγίῳ Πνεύματι· τουτέστιν, Ἡ Τριὰς ὑμῖν [21] ταῦτα ἐχαρίσατο. Ἐν γὰρ τῷ εἰπεῖν, ὅτι ὁ Θεὸς ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ Χριστοῦ, καὶ ἐν τῷ ἁγίῳ Πνεύματι ἡγίασεν; οὐδὲν ἀλλ' ἢ τὴν Τριάδα τίθησι.

« Πάντα μοι ἔξεστιν, ἀλλ' οὐ πάντα συμφέρει. » Ἐπειδὴ καὶ εἶπε περὶ τοῦ πεπορνευκότος, καὶ αὖθις μέλλει εἰπεῖν περὶ αὐτοῦ, παρεμβάλλει λοιπὸν καὶ τὸν περὶ τῆς γαστριμαργίας λόγον. Ἐκ γὰρ ταύτης ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ τὸ τῆς πορνείας πάθος. Φησὶν οὖν,

Variæ lectiones.

[17] ἐντεῦθεν O. [18] δὲ νῦν O. [19] μεθύοντας O. [20] καὶ τῆς κολάσεως O. [21] ἡμῖν O.

Ὅτι Ἔξεστί μοι φαγεῖν καὶ πιεῖν, ἀλλ' οὐ συμφέρει μετὰ ἀμετρίας ταῦτα [22] ποιεῖν.

« Πάντα μοι ἔξεστιν, ἀλλ' οὐκ ἐγὼ ἐξουσιασθήσομαι ὑπό τινος, [23]. » Κύριός εἰμι, φησί, τοῦ φαγεῖν καὶ πιεῖν· ἀλλ' ἐὰν τούτοις ἐμαυτὸν ἐκδῶ ἀμέτρως, δοῦλος αὐτῶν ἀντὶ κυρίου εὑρεθήσομαι [24]. Ὁ μὲν γὰρ εἰς δέον αὐτοῖς κεχρημένος, αὐτὸς αὐτῶν κύριός ἐστιν· ὁ δὲ εἰς ἀμετρίαν ἐξιὼν, οὐκέτι κύριος, ἀλλὰ δοῦλος αὐτῶν γίνεται, τῆς ἀδδηφαγίας ἐν αὐτῷ τυραννούσης. Εἶδες, πῶς τὸν νομίζοντα ἐξουσίαν ἔχειν ἔδειξεν ὑπεξούσιον; Σκόπει γάρ· Ἐκείνων ἕκαστος ἔλεγεν· Ἔξεστί μοι τρυφᾶν· αὐτός φησι, ὅτι οὐχ οὕτως αὐτὸ ποιεῖν [25] ὡς ἐξουσίαν ἔχων αὐτοῦ, ἀλλ' ὡς τῇ ἐξουσίᾳ ταύτῃ αὐτὸς ὑποκείμενος. Οὐ γὰρ ἔχεις ἐξουσίαν τῆς γαστρὸς, ἕως ἂν ἄσωτος ᾖς, ἀλλ' αὕτη σου τὴν ἐξουσίαν ἔχει.

« Τὰ βρώματα τῇ κοιλίᾳ, καὶ ἡ κοιλία τοῖς βρώμασι. » Κοιλίαν τὴν γαστριμαργίαν φησὶν, οὐ τὸ μέλος ἡμῶν· βρώματα δὲ, τὴν ἀμετρίαν τῶν βρωμάτων. Φησὶν οὖν ὅτι ἡ ἀμετρία τῶν βρωμάτων, πρὸς τὴν γαστριμαργίαν, φιλίαν καὶ οἰκειότητα ἔχει, κἀκείνη πρὸς ταύτην· καὶ οὐ δύναται ταῦτα πρὸς Χριστὸν ἡμᾶς ἀγαγεῖν, ἀλλ' ἑαυταῖς παραπέμπουσι τοὺς πειθομένους αὐταῖς, ἡ ἀμετρία τῇ γαστριμαργίᾳ, καὶ ἐκείνη ταύτῃ.

« Ὁ δὲ Θεὸς καὶ ταύτην καὶ ταῦτα καταργήσει. » Οὐ τὴν γαστέρα, ἀλλὰ τὴν γαστριμαργίαν· οὐδὲ τὴν τροφὴν, ἀλλὰ τὴν ἀμετρίαν. Τὸ δὲ, « Καταργήσει, » τινὲς μέν φασιν, ὅτι προαγόρευσις τοῦτό ἐστι περὶ τοῦ μέλλοντος αἰῶνος, ὅτι οὐκ ἔστιν ἐκεῖ φαγεῖν, οὔτε πιεῖν. Καὶ εἰ τὸ συμμέτρως φαγεῖν οὐκ ἔστιν ἐκεῖ, πολλῷ μᾶλλον ἡ ἀμετρία καὶ ἡ γαστριμαργία καταργηθήσεται [26]. Ὁ δὲ Θεολόγος τὴν καταργουμένην [28] αὐτίκα σὺν τοῖς καταργουμένοις βρώμασιν εἰπὼν, ἐδήλωσεν ὅτι ἅμα τῷ κορεσθῆναι καταργεῖται ἡ τὰ πολλὰ τέως ζητοῦσα. Τινὲς δέ φασιν, ὅτι τὴν παραίνεσιν εὐχῇ ἐπεσφράγισεν, ἐπευξάμενος ὡς ἂν καταργηθείη, ἤγουν παυθείη καὶ ἡ ἀμετρία καὶ ἡ γαστριμαργία.

« Τὸ δὲ σῶμα οὐ τῇ πορνείᾳ, ἀλλὰ τῷ Κυρίῳ, καὶ ὁ Κύριος τῷ σώματι. » Ἰδοὺ ἔδειξεν, ὅτι διὰ τὸν περὶ τῆς πορνείας λόγον περὶ γαστριμαργίας προεῖπεν. Ἀκόλουθον μὲν γὰρ [28] ἦν εἰπεῖν· Τὸ δὲ σῶμα, οὐ τοῖς βρώμασιν, οὐδὲ τῇ κοιλίᾳ· ὁ δὲ οὐχ οὕτως εἶπεν, ἀλλὰ, « Τῇ πορνείᾳ, » δεικνὺς τί τὸ ἀποτέλεσμα τῆς τρυφῆς, ὅτι πορνεία. Ὁ δὲ λέγει, τοιοῦτόν ἐστι· Τὸ σῶμα, φησὶν, οὐ διὰ τοῦτο πέπλασται, ἵνα τρυφᾷ καὶ εἰς πορνείαν ἐμπίπτῃ· ἀλλ' ἵνα τῷ Χριστῷ ἀκολουθῇ ὡς κεφαλῇ αὐτοῦ, καὶ αὖ ὁ Κύριος ὡς κεφαλὴ ἐπικάθηται αὐτῷ.

« Ὁ δὲ Θεὸς καὶ τὸν Κύριον ἤγειρε, καὶ ἡμᾶς ἐξεγερεῖ διὰ τῆς δυνάμεως αὐτοῦ. » Μὴ θορυβηθῇς ἀκούσας, ὅτι ὁ Θεὸς τὸν Κύριον ἤγειρεν· ὡς γὰρ νηπίοις αὐτοῖς συγκαταβαίνει. Καὶ ἐπειδὴ περὶ [29]

A mihi edere et bibere, sed non potest isthæc immoderate facere.

« Omnia mihi licent, sed ego sub nullius redigar potestate. » Dominus sum, inquit, edendi et bibendi : verum si me istis immoderate dedam, servus eorum pro domino inveniar. Nam qui illi utitur uti decet, iste illorum dominus est : qui vero in intemperantiam dilabitur, non amplius dominus, sed servus eorum sit, gulositate nimirum in illo regnante. Vidisti quomodo eum, qui se potestate præditum existimat, subditum esse ostenderit? Perpende enim : Quilibet eorum dicebat ; Licet mihi voluptuose vivere : Ille dicit, quod id non perinde facis, ac si potestatem habeas in illud, sed veluti huic ipse potestati sis subjectus. Nam quan-

B diu intemperans manes, non habes potestatem in ventrem, sed iste in te potestatem occupat.

Vers. 13. « Escæ ventri, et venter escis. » Ventrem, gulositatem dicit, non membrum nostrum : escas autem, immoderatum ciborum usum. Ait ergo, immoderatum ciborum usum, amicitiam et affinitatem cum gulositate habere, hancque cum illo : Nec possunt nos hæc ad Christum perducere, sed ad sese transmittunt obtemperantes sibi : nimirum excessus ad gulositatem, gulositas vero ad excessum.

« Deus autem et hunc et has destruet. » **154** Non ventrem, sed gulositatem : neque cibum, sed immoderatum eorum usum. « Destruet, » nonnulli pro prædicatione accipiunt ejus, quod in futuro sæ-

C culo eventurum est. Nam illic neque edemus, neque bibemus. Quod si illic non licebit modice manducare, multo magis immoderatio et gulositas tolletur. Theologus autem dicendo ventrem una cum cibis destructioni obnoxiis aboleri, indicavit, quod simul atque saturatus fuerit venter, destruitur, qui adeo multa interim inquirat. Quidam autem dicunt, quod adhortationem voto signaverit, exoptans uti destruatur sive aboleatur tum immoderatio, tum gulositas.

« Corpus autem non fornicationi, sed Domino, Dominus autem corpori. » Ecce ostendit quod propter sermonem de fornicatione primo locutus sit de gulositate. Consequens enim erat dicere : Corpus non cibis, neque alvo : ille vero non sic dixit,

D sed, « Fornicationi : » ostendens qui sit voluptatis effectus, nempe scortatio. Quod autem ait, est hujusmodi : Corpus, inquit, non eum in finem formatum est, ut delicietur, et in fornicationem incidat : cæterum ut Christum ceu caput suum sequatur, ac rursus Dominus ceu caput illi insideat.

Vers. 14. « Deus vero et Dominum suscitavit, et nos suscitabit per virtutem suam. » Noli animo fluctuare, audiens quod Deus Dominum excitavit. Nam iis, tanquam infantibus, condescendit. Et

Variæ lectiones.

[22] τοῦτο o. [23] ὑπό τινος τούτων m. [24] εὑρεθήσομαι. Ὧν γὰρ, φησὶ, Θεὸς ἡ κοιλία. Τοιγαροῦν οὐκ ἐξουσιασθήσομαι ὑπό τινος τούτων m. *Inveniar. Quorum enim, inquit, Deus venter est : igitur sub nullius redigar potestate.* [25] *Chrysost.* ποιεῖς o. [26] κατακριθήσεται o. [27] ἴσ. κοιλίαν κατ. o. [28] οὖν o. [29] παρά o.

quoniam de Patre, ceu causa, concorditer omnes magna sentiebant, ideo resurrectionem Patri refert, nosque ab ipso excitandos dicit. Sicut enim caput nostrum, nempe Christum excitavit; ita et reliquum corpus, nos nimirum, excitabit. Confirmans autem sermonem suum, addidit, « Per virtutem suam : » quasi dicat : Nolite diffidere iis quæ dico : nam potentia Dei quæ tam magna gessit, hoc etiam effectum dabit. Quod vero Patri, ceu auctori, Christi excitationem refert, planum est ex eo quod Dominus de se ipso dicit : « Solvite templum hoc, et in tribus diebus excitabo illud Q. » Et rursus scriptum est : « Exhibuit seipsum viventem . » Quare cum ipse seipsum excitaverit, Patri, ceu causæ, res attribuitur.

A τοῦ Πατρὸς, ὡς αἰτίου, ὁμολογουμένως πάντες μεγάλα [30] ἐδόξαζον · διὰ τοῦτο καὶ τὴν ἔγερσιν τῷ Πατρὶ ἀνατίθησι, καὶ ἡμᾶς ἀπ' αὐτοῦ [31] ἐγερθῆναι ἀποφαίνεται. Ὥσπερ γὰρ τὴν κεφαλὴν ἡμῶν, τὸν Χριστόν φημι, ἤγειρε, καὶ τὸ λοιπὸν σῶμα, ἡμᾶς, ἐξεγερεῖ. Πιστοποιούμενος δὲ τὸν λόγον, προσέθηκε, « Διὰ τῆς δυνάμεως αὐτοῦ, » ὡσανεὶ τοῦτο λέγων· Μὴ ἀπιστήσητε [32] οἷς λέγω· ἡ δύναμις γὰρ τοῦ Θεοῦ μεγάλα κατορθοῦσα, καὶ τοῦτο ποιήσει. Ὅτι δὲ ὡς αἰτίῳ τῷ Πατρὶ τὴν ἀνάστασιν τοῦ Χριστοῦ ἀνατίθησι [33], δῆλον ἐκ τοῦ τὸν Κύριον περὶ ἑαυτοῦ λέγειν « Λύσατε τὸν ναὸν τοῦτον, καὶ ἐν τρισὶν ἡμέραις ἐγερῶ αὐτόν. » Καὶ αὖ γέγραπται, ὅτι « Παρέστησεν ἑαυτὸν ζῶντα. » Ὥστε αὐτοῦ ἑαυτὸν ἐγείραντος, τῷ Πατρὶ, ὡς αἰτίῳ, τὸ πρᾶγμα προστίθεται.

Vers. 15. « Nescitis quod corpora vestra sint membra Christi? » Redit denuo ad propositam admonitionem, quæ contra fornicationem erat suscepta. Terribilissimo autem argumento sermonem auspicatur. « Tollens ergo membra Christi, faciam membra meretricis? Absit! » Non dixit, copulabo scorto? verum, quod tremendum erat, « Faciam membra scorti? » Quis enim non perhorrescat hoc audiens, nempe, membra Christi avellere, eaque membra meretricis facere?

B « Οὐκ οἴδατε ὅτι τὰ σώματα ὑμῶν [34] μέλη Χριστοῦ ἐστι; » Πάλιν ἐπὶ τὴν προκειμένην ἦλθε παραίνεσιν, τὴν κατὰ τῆς πορνείας· φρικωδέστατον δὲ τὸν λόγον μεταχειρίζεται. « Ἄρας οὖν τὰ μέλη τοῦ Χριστοῦ, ποιήσω πόρνης μέλη; Μὴ γένοιτο! » Οὐκ εἶπε, Ζεύξω πόρνῃ, ἀλλ' ὃ φρικῶδες ἦν, « Ποιήσω πόρνης μέλη; » Τίς γὰρ οὐ φρίξει τοῦτο [35] ἀκούων, τὸ ἀποσπᾶσαι τὰ μέλη τοῦ Χριστοῦ, καὶ ποιῆσαι ταῦτα πόρνης;

155 Vers. 16. « An nescitis quod qui adhæret meretrici, unum corpus est? Erunt enim, inquit, duo carnem in unam. » Confirmat quod dixit, quomodo videlicet scorti membra efficiantur, quæ sunt Christi. Per commissionem, inquit, vir unum cum scorto efficitur : quare et membra ejus, quæ fuerunt membra Christi, in scorti membra permutata sunt.

« Οὐκ οἴδατε ὅτι ὁ κολλώμενος τῇ πόρνῃ ἓν σῶμά ἐστιν; Ἔσονται γὰρ, φησὶν, οἱ δύο εἰς σάρκα μίαν. » Πιστοῦται ὃ εἶπε, πῶς γίνονται πόρνης τὰ τοῦ Χριστοῦ μέλη. Διὰ τῆς συνελεύσεως, φησὶν, ἓν γίνεται ὁ ἀνὴρ πρὸς τὴν πόρνην. Ὥστε καὶ τὰ μέλη αὐτοῦ, ἃ ἦσαν Χριστοῦ, ἐκείνης μέλη ἐγένοντο.

Vers. 17. Qui autem adhæret Domino, unus spiritus est. » Observa quomodo ab ipsis nudis verbis scorti et Christi promoveat accusationem, vehementiorem ipsam reddens. Ait itaque : Qui Domino adjungitur, nihil aliud quam spiritus efficitur, dum nihil carnale transigit : hoc est, spiritualis efficitur. Domino enim uniri, sanctificationem Spiritui ipsi suppeditat. Per hæc autem commonstravit quonam modo fideles membra Christi efficiantur.

« Ὁ δὲ κολλώμενος τῷ Κυρίῳ ἓν πνεῦμά ἐστιν. » Ὅρα, πῶς καὶ ἀπ' αὐτῶν [36] γυμνῶν τῶν ὀνομάτων τῆς πόρνης καὶ τοῦ Χριστοῦ προάγει τὴν κατηγορίαν, δεινοποιῶν αὐτήν. Φησὶν οὖν, ὅτι ὁ τῷ Κυρίῳ κολλώμενος πνεῦμα γίνεται μόνον, τῷ μηδὲν ποιεῖν σαρκικόν · τουτέστι, πνευματικὸς καθίσταται. Ἡ γὰρ πρὸς τὸν Κύριον ἕνωσις τὸν ἁγιασμὸν τοῦ Πνεύματος αὐτῷ χορηγεῖ. Ἔδειξε δὲ διὰ τούτων καὶ πῶς Χριστοῦ μέλη γίνονται οἱ πιστοί.

Vers. 18. « Fugite fornicationem. » Ceu persecutricem quæ nunquam non corporibus nostris immineat, fugere nos eam adhortatur, ut omnibus viribus nostris abea abstineamus, consulens. Nihil enim adeo nos persequitur, ac carnalis ista concupiscentia.

« Φεύγετε τὴν πορνείαν. » Ὥσπερ τινὰ διώκτριαν οὖσαν, καὶ ἀεὶ ἡμῖν ἐπικειμένην, φεύγειν προτρέπεται, τὴν ἐπιτεταμένην ἀποχὴν ταύτης ὑποτιθεὶς ἡμῖν. Οὐδὲν γὰρ οὕτω διώκει ἡμᾶς, ὡς ἡ σαρκικὴ ἐπιθυμία.

« Omne peccatum quodcunque fecerit homo, extra corpus est : qui vero fornicatur, in proprium corpus peccat. » Fornicatione totum corpus, inquit, coinquinatur : unde et ad balneas accurrere solent qui fornicati sunt, ceu corpore jam polluto. In ipsum itaque corpus delinquit scortator, conta-

« Πᾶν ἁμάρτημα ὃ ἐὰν ποιήσῃ ἄνθρωπος, ἐκτὸς τοῦ σώματός ἐστιν · ὁ δὲ πορνεύων, εἰς τὸ ἴδιον σῶμα ἁμαρτάνει. » Ὑπὸ τῆς πορνείας, φησὶν, ὅλον μολύνεται τὸ σῶμα · ὅθεν καὶ ἐπὶ βαλανεῖα τρέχειν ἔθος τοῖς πορνεύσασιν, ὡς μολυνθέντος δηλαδὴ τοῦ σώματος. Εἰς αὐτὸ τοίνυν τὸ σῶμα ἁμαρτάνει ὁ πόρνος,

Joan. II, 19. [r] Act. I, 3.

Variæ lectiones.

[30] πάντα· μέγα O. [31] ὑπ' αὐτοῦ m. [32] μὴ ἀπιστεῖτε m. [33] ἐπέγραψε O. [34] ἡμῶν O. [35] τούτων O. [36] ὑπ', καὶ, ἐπ' O.

μολύνων αὐτὸ καὶ καταῤῥυπαίνων. Εἰ γὰρ καὶ ὁ φόνος δοκεῖ διὰ τοῦ σώματος γίνεσθαι, ἀλλ' οὐ πᾶν [37] τὸ σῶμα μολύνει. Εἰκὸς γὰρ ἢ λίθῳ, ἢ ξύλῳ βαλεῖν, ἢ ἄλλῳ τινὶ ὀργάνῳ, καὶ μὴ μιανθῆναι τὸ σῶμα· πορνείαν δὲ τελεσθῆναι χωρὶς τοῦ σώματος ἀδύνατον· ὅθεν ἀναγκαίως καὶ μολύνεται. Ἐξῆραι δὲ ἠβουλήθη τὸ πρᾶγμα, ἐπειδὴ περὶ αὐτοῦ πρόκειται αὐτῷ [38] ἡ παραίνεσις. Οὐ γὰρ πάντως πάντων χεῖρον ἡ πορνεία. Οἶδα καὶ ἄλλας εἰς τοῦτο λύσεις· οἷον, ὅτι ὁ πορνεύων εἰς τὸ ἴδιον σῶμα ἁμαρτάνει, καθὸ οὐ παιδοποιίας ἐπιθυμίᾳ, ὡς [39] πρὸς ἔννομον γυναῖκα, μίγνυται, ἀλλὰ μάτην αὐτὸ φθείρει τῇ ἀποῤῥοῇ, καὶ ἀδυναμοῖ [40]. Καὶ αὖ ἄλλως, ὅτι ὁ πορνεύων εἰς τὴν γυναῖκα, ᾗ μίγνυται, ἁμαρτάνει, ἥτις σῶμα αὐτοῦ ἐστι διὰ τῆς συνελεύσεως [41]. Καθὸ γὰρ οὐ μίγνυται αὐτῇ νομίμως, ἁμαρτάνει εἰς αὐτήν. Πλὴν ἡ τοῦ μεγάλου Ἰωάννου λύσις, πασῶν [42] κρείττων, ἡ πρώτη δηλαδή. Ἀποροῦσι δέ τινες· Τί οὖν; Ὁ φθόνος οὐ τήκει τὸ σῶμα; Καὶ λύουσι πάλιν, ὅτι Ὁ φθόνος πάθος ἐστὶν, οὐκ ἐνέργεια· περὶ ἐνεργείας δὲ νῦν ὁ λόγος τῷ Ἀποστόλῳ. Φησὶ γάρ· « Πᾶν ἁμάρτημα ὃ ἐὰν ποιήσῃ ἄνθρωπος· οὐ μὴν περὶ πάθους. Ὁ γὰρ φθόνος οὐ γίνεται παρ' ἡμῶν, ἀλλ' ἐνεργεῖται ἐν ἡμῖν.

A minans ipsum, sordibusque conspurcans. Acetiamsi cædes per corpus fieri videatur, non tamen totum corpus coinquinat. Nam verisimile est lapide petere, vel ligno, vel alio quopiam instrumento, et non inquinari corpus : fornicationem autem citra corpus perficere impossibile est : unde necessario etiam coinquinatur. Rem autem exaggerare voluerat, quia de ipsa præsens exhortatio instituta est. Non enim omnino omnium pessima est fornicatio. Alias etiam quasdam solutiones novi. Exempli gratia. Qui fornicatur, in proprium corpus peccat, quatenus non prolis desiderio, perinde ac cum legitima conjuge, miscetur, sed frustra ipsum corrumpit seminis profusione ac debilitat. Rursus aliter : Qui fornicatur, in feminam cui miscetur, peccat, quæ corpus B ipsius est per congressum. Nam quatenus illegitime cum ea miscetur, peccat in ipsam. Atqui magni Joannis solutio cunctis est præstantior, prima nimirum. Ambigunt autem hic nonnulli, dicentes : Quid igitur ? Nonne et invidia corpus tabefacit adeoque dissolvit ? Verum diluunt ad hunc rursus modum : Invidia est passio, non actio : de actione autem nunc sermocinatur Apostolus. Ait enim : « Omne peccatum quodcunque fecerit homo : » non autem de passione loquitur. **156** Invidia enim non sit a nobis, sed efficitur in nobis.

« Ἢ οὐκ οἴδατε, ὅτι τὰ σώματα ὑμῶν ναὸς τοῦ ἐν ὑμῖν ἁγίου Πνεύματός ἐστιν, οὗ ἔχετε ἀπὸ τοῦ Θεοῦ; » Ἐκφοβεῖ ἔτι πλέον καὶ τῷ μεγέθει τῆς δωρεᾶς, τουτέστι, τοῦ Πνεύματος, καὶ τῇ ἀξίᾳ τοῦ δεδωκότος, τουτέστι, τοῦ Θεοῦ. Ναὸς, φησὶν, ἐστὲ, καὶ ἅγιος· ἁγίου γὰρ Πνεύματος. Μὴ τοίνυν μιαρὸν ποιήσητε τὸν ἅγιον ναὸν, μηδὲ ἀχρειώσητε τὴν τοῦ Θεοῦ δωρεάν· ἀπὸ Θεοῦ γὰρ ἔχετε τὴν δωρεὰν καὶ τὸ Πνεῦμα.

Verbs. 19. « An nescitis quod corpora vestra sint templum Spiritus sancti, qui est in vobis, quem habetis a Deo ? » Vehementius eos perterrefacit doni magnitudine, hoc est Spiritus, tum dignitate C donantis, hoc est Dei. Templum, inquit, estis, et sanctum, Spiritus nimirum sancti. Ne igitur polluatis templum istiusmodi sanctum, neque inutile reddatis Dei donum : a Deo enim habetis et donum et Spiritum.

« Καὶ οὐκ [ἐστὲ ἑαυτῶν; ἠγοράσθητε γὰρ τιμῆς. » Ὑπὸ Δεσπότην, φησὶν, ἐστὲ, καὶ οὐδὲν ἔχετε ἴδιον, οὔτε τὸ σῶμα. « Ἠγοράσθητε γὰρ τιμῆς· » τουτέστι, Διὰ τοῦ αἵματος τοῦ Χριστοῦ. Ὥστε τὰ μέλη ὑμῶν ἄλλῳ Δεσπότῃ ὑπόκεινται, καὶ ὅπου θέλει ἐκεῖνος, ἄγεσθαι ταῦτα δεῖ. Ταῦτα δὲ λέγει, οὐ τὸ αὐτεξούσιον ἀναιρῶν [43], ἀλλὰ τὸ δίκαιον δείκνυσι τοῦ δεῖν ἡμᾶς δουλεύειν τῷ Θεῷ, ὑφ' οὗ καὶ ἠγοράσθημεν.

Verbs. 20. « Et non estis vestri ipsorum ? siquidem empti estis pretio. » Sub Domino, inquit, estis, nihilque proprium habetis, ne ipsum quidem corpus. « Empti » enim » estis pretio, » nempe per sanguinem Christi, Proinde membra vestra alii Domino sunt subjecta, et quo vult ille, duci oportet ea. Hæc autem dicens, liberum arbitrium non tollit, cæterum par et justum esse monstrat, nos Deo servire, a quo et empti sumus.

« Δοξάσατε δὲ τὸν Θεὸν ἐν τῷ σώματι ὑμῶν. » Ἐπεὶ οὖν ἠγοράσθητε, φησὶ, δοξάσατε δὴ τὸν Θεὸν ἐν τῷ σώματι ὑμῶν, τὰς ἀγαθὰς πράξεις διὰ τοῦ σώματος τελοῦντες, καὶ ἅγιον αὐτὸ τηροῦντες καὶ καθαρόν. Δοξάζεται γὰρ ὁ Θεὸς, τὰ καλὰ ἔργα ὑμῶν ὁρώντων τῶν ἀνθρώπων, καὶ ἀκολούθως δοξαζόντων αὐτόν.

« Καὶ ἐν τῷ πνεύματι ὑμῶν. » Δείκνυσιν, ὅτι οὐ σώματι μόνον χρὴ φεύγειν τὴν πορνείαν, ἀλλὰ καὶ ψυχῇ, τῷ μηδὲ [44] κατὰ διάνοιαν μολύνεσθαι (πνεῦμα γὰρ τὴν διάνοιαν ἐκάλεσε)· καὶ ἡ ἐν τῇ καρδίᾳ γὰρ μοιχεία ἐν Εὐαγγελίοις ἀπηγόρευται.

D « Glorificate Deum in corpore vestro. » Quoniam empt estis, inquit, glorificate Deum in corpore vestro, bona opera per corpus perficientes, sanctumque ipsum servantes et purum. Glorificatur enim Deus, cum bona opera vestra homines viderint, ac deinceps Deum glorificarint.

« Et spiritu vestro. » Ostendit quod non corpore tantum evitare oportet fornicationem, cæterum et anima, ut ne mente quidem coinquinemur. Spiritum enim mentem nominavit. Nam quod etiam in corde est adulterium [a], in Evangelio interdictum est, »

[a] Matth. v, 28.

Variæ lectiones.

[37] πάντως o. [38] αὐτῶν o. [39] οὐ o. [40] ἐκδυναμοῖ o. [41] συνόδου o. [42] πάντων o. [43] λέγων.... ἀναιρεῖ m. [44] καὶ μηδὲ m.

« Quæ sunt Dei. » Assidue in memoriam revocat, quod in nostra potestate non sumus, verum sub Domino Deo censemur, qui et animam et corpus nostrum sanguine redemit.

A « Ἅτινά ἐστι τοῦ Θεοῦ. » Συνεχῶς ἀναμιμνήσκει ὅτι οὐκ ἐσμὲν ἑαυτῶν, ἀλλ' ὑπὸ Δεσπότην τελοῦμεν τὸν Θεὸν, τὸν καὶ ψυχὴν καὶ σῶμα ἡμῶν ἐξαγορά-σαντα.

CAPUT VII.

ΚΕΦΑΛ. Ζ'.

Vers. 1. « De quibus autem scripsistis mihi. » Sectas correxit, fornicationem, avaritiam : jam nunc vero de nuptiis et virginitate statuit. Scripserant enim ei, num abstinendum esset ab uxore, an secus.

« Περὶ δὲ ὧν ἐγράψατέ μοι. » Διωρθώσατο τὰ σχίσματα, τὴν πορνείαν, τὴν πλεονεξίαν· νῦν οὖν περὶ γάμου καὶ παρθενίας διατάττεται. Ἔγραψαν γὰρ αὐτῷ, εἰ δεῖ γυναικὸς ἀπέχεσθαι, ἢ οὔ.

« Bonum est homini mulierem non tangere. » Bonum, inquit, et eximium est cuivis mortalium, nec soli sacerdoti (perinde ac nonnuli male intelligunt) mulierem prorsus non attingere, sed virginem permanere. Tutior autem, nostram imbecillitatem plurimum adjuvans est matrimonii res. Subinfert igitur :

« Καλὸν ἀνθρώπῳ γυναικὸς μὴ ἅπτεσθαι. » Τὸ μὲν καλὸν καὶ τὸ ὑπερέχον ἐστὶ, φησὶ, παντὶ ἀνθρώ-πῳ, καὶ οὐ μόνον ἱερεῖ (ὥς τινες κακῶς νοοῦσι), τὸ ὅλως μὴ ἅπτεσθαι γυναικὸς, ἀλλὰ παρθενεύειν· τὸ δὲ ἀσφαλέστερον καὶ βοηθοῦν ἡμῶν τῇ ἀσθενείᾳ B ἐστι τὸ τοῦ γάμου χρῆμα. Ἐπιφέρει οὖν·

Vers. 2. « Propter fornicationes autem, unusquisque propriam uxorem habeat, et unaquæque suum virum habeat. » De utraque parte disserit. Verisimile est enim virum continentiam amare, mulierem **157** autem non item : aut e diverso « Propter fornicationes autem, « dicens, compellit nos ad continentiam. Si enim propter fornicationes nuptiæ permittuntur, non debent posthac matrimonio juncti intemperanter, sed pudice congredi.

« Διὰ δὲ τὰς πορνείας, ἕκαστος τὴν ἑαυτοῦ γυναῖκα ἐχέτω, καὶ ἑκάστη τὸν ἴδιον ἄνδρα ἐχέτω. » Περὶ ἑκατέρου μέρους διαλέγεται. Εἰκὸς γὰρ τὸν μὲν ἄν-δρα στέργειν [45] τὴν σωφροσύνην, τὴν δὲ γυναῖκα οὔ· ἢ καὶ τὸ ἔμπαλιν. « Διὰ δὲ τὰς πορνείας, » εἰπὼν, εἰς ἐγκράτειαν συνωθεῖ. Εἰ γὰρ διὰ τὰς πορνείας ὁ γάμος συγχωρεῖται, οὐκ ὀφείλουσι λοιπὸν οἱ ἐν γάμῳ ἀκολάστως συνέρχεσθαι, ἀλλὰ σωφρόνως.

Vers. 3. « Uxori maritus debitam benevolentiam reddat; similiter et uxor marito, » debitum (inquit habetis, » mutuam erga vos benevolentiam. Quatenus igitur debitum, necessarium est, ut hanc vobis mutuam præstetis.

« Τῇ γυναικὶ ὁ ἀνὴρ τὴν ὀφειλομένην εὔνοιαν ἀπο-διδότω· ὁμοίως δὲ καὶ ἡ γυνὴ τῷ ἀνδρί. » Χρέος, φησὶν, ἔχετε, τὴν πρὸς ἀλλήλους εὔνοιαν· ὡς οὖν C χρέος, ἀναγκαῖόν ἐστιν ὑμᾶς ἀποδιδόναι ταύτην ἀλλήλοις.

Vers. 4. » Uxor proprii corporis non habet potestatem, sed maritus : similiter autem et maritus proprii corporis potestatem non habet, sed uxor. » Quod debitum sit, et veluti res necessaria mutua benevolentia, nunc demonstrat. Non enim, inquit, potestatem habent corporum, sed enim uxor mariti et serva est et domina : serva quidem, quatenus non habet proprii corporis potestatem, ut tradat ipsum quibus velit, cæterum maritus dominatur in ipsum : domina vero, quatenus rursus mariti corpus ipsius est, nec habet is corporis sui potestatem, ut tradat ipsum scortis. Consimilem ad rationem maritus est, cum servus tum dominus suæ conjugis.

« Ἡ γυνὴ τοῦ ἰδίου σώματος οὐκ ἐξουσιάζει, ἀλλ' ὁ ἀνὴρ· ὁμοίως δὲ καὶ ὁ ἀνὴρ τοῦ ἰδίου σώματος οὐκ ἐξουσιάζει, ἀλλ' ἡ γυνή. » Ὅτι ὀφειλὴ καὶ χρέος ἐστὶν ἡ πρὸς ἀλλήλους εὔνοια, νῦν δείκνυσιν. Οὐ γὰρ ἐξουσιάζουσι, φησὶ, τῶν σωμάτων, ἀλλ' ἡ γυνὴ, καὶ δούλη καὶ δέσποινά ἐστι τοῦ ἀνδρός· δούλη, καθ' ὃ τὸ ἴδιον σῶμα οὐκ ἔχει αὐτὴ ἐν ἐξουσίᾳ, ὥστε δι-δόναι αὐτὸ οἷς βούλεται, ἀλλ' ὁ ἀνὴρ δεσπόζει αὐτοῦ· δέσποινα δὲ, διότι πάλιν τὸ τοῦ ἀνδρὸς σῶμα αὐτῆς ἐστι, καὶ οὐκ ἔχει ἐκεῖνος αὐτοῦ ἐξουσίαν, ὥστε ταῖς πόρναις διδόναι αὐτό. Ὁμοίως οὖν καὶ ὁ ἀνὴρ, καὶ δοῦλός ἐστι καὶ δεσπότης τῆς γυναικός.

Vers. 5. « Ne defraudetis vos mutuo, nisi quid ex consensu ad tempus. » Hoc est, invito marito ne contineat uxor; vel maritus, nolenti uxore. Alterum enim altero invito istud facere, est defraudare, quemadmodum et de pecuniis dicitur : volente vero, non item, ceu quando ex consensu utrique segregaverint aliquid temporis, ut inter sese abstineant.

D « Μὴ ἀποστερεῖτε ἀλλήλους, εἰ μήτι ἂν ἐκ συμ-φώνου πρὸς καιρόν. » Τουτέστιν, ἄκοντος τοῦ ἀνδρὸς μὴ ἐγκρατευέσθω ἡ γυνὴ, ἢ ὁ ἀνὴρ, τῆς γυναικὸς μὴ βουλομένης. Τὸ γὰρ, ἄκοντος τοῦ ἑτέρου τὸν ἕτερον τοῦτο ποιεῖν, ἀποστερεῖν ἐστιν, ὥσπερ καὶ ἐπὶ τῶν χρημάτων λέγεται· τὸ δὲ ἑκόντος, οὐκέτι· οἷον, ὅταν ἐκ συμφώνου οἱ δύο ἀφορίσωσι καιρόν τινα εἰς τὸ ἀπέχεσθαι ἀλλήλων.

« Ut vacetis jejunio et orationi. » Interpretatur quomodo dixerit, « Ad tempus, » quando scilicet tempus fuerit vacare orationi, hoc est

« Ἵνα σχολάζητε τῇ νηστείᾳ καὶ τῇ προσευχῇ. » Ἑρμηνεύει, πῶς εἶπε τὸ, « Πρὸς καιρὸν, » ἤγουν ὅταν καιρὸς ᾖ σχολάσαι τῇ προσευχῇ, τουτέστιν,

Variæ lectiones.

[45] ἐνεργεῖν O.

ἐπιτεταμένως εὔξασθαι. Οὐ γὰρ εἶπεν ἁπλῶς, Ἵνα προσεύξησθε, ἀλλ', « Ἵνα σχολάζητε τῇ προσευχῇ. » Εἰ [46] γὰρ τοῦ ἁπλῶς εὔχεσθαι ἀπείργει τοὺς συνιόντας, πῶς ἀλλαχοῦ φησιν· « Ἀδιαλείπτως προσεύχεσθε; » Ὡς ἂν οὖν ἡ εὐχὴ σπουδαιοτέρα γένηται, ἀπέχεσθε, φησὶν, ἀλλήλων, ὡς τῆς μίξεως ἀσχολίαν, οὐκ ἀκαθαρσίαν, ποιούσης.

« Καὶ πάλιν ἐπὶ τὸ αὐτὸ συνέρχεσθε, ἵνα μὴ πειράζῃ ὑμᾶς ὁ Σατανᾶς διὰ τὴν ἀκρασίαν ὑμῶν. » Τὸ πάλιν συνέρχεσθαι ὑμᾶς, φησὶν, οὐ νομοθετῶν λέγω, ἀλλ' « ἵνα μὴ πειράζῃ ὑμᾶς ὁ Σατανᾶς, » εἰς πορνείαν δηλαδή. Ἐπεὶ δὲ ὁ διάβολος οὐ καθ' ἑαυτὸν αἴτιος τῆς πορνείας, ἀλλὰ προηγουμένως ἡ ἡμῶν ἀκρασία· ἐπήγαγε· « Διὰ τὴν ἀκρασίαν ὑμῶν. » Αὕτη γὰρ ἡ αἰτία τοῦ καὶ τὸν διάβολον πειράζειν ἡμᾶς.

« Τοῦτο δὲ λέγω κατὰ συγγνώμην, οὐ κατ' ἐπιταγήν. » Τὸ, « πρὸς καιρὸν, φησὶν, ἀποστερεῖν [47] ἀλλήλους, κατὰ συγγνώμην εἶπον· τουτέστι, συγκαταβαίνων τῇ ἀσθενείᾳ ὑμῶν, οὐ νόμον τιθεὶς ὑμῖν καὶ ἐπιταγὴν ἀπαράβατον.

« Θέλω γὰρ πάντας ἀνθρώπους εἶναι ὡς καὶ ἐμαυτόν. » Ἔνθα ἂν δυσχερὲς ἐπιτάσσῃ πρᾶγμα, εἰωθεν ἑαυτὸν φέρειν εἰς μέσον. Φησὶν οὖν, ὅτι Βούλομαι ἵνα πάντες πάντοτε ἐνεγκρατεύωνται [*f.* ἐγκρ.].

« Ἀλλ' ἕκαστος ἴδιον χάρισμα ἔχει ἐκ Θεοῦ, ὃς μὲν οὕτως, ὃς δὲ οὕτως. » Τὸ μεῖναι, φησὶ, παρθένον χάρισμά ἐστιν ἀπὸ Θεοῦ. Καίτοι καὶ τῆς ἡμετέρας δεῖται σπουδῆς τὸ πρᾶγμα. Πῶς οὖν χάρισμα αὐτὸ λέγει; Ἵνα παραμυθήσηται αὐτοὺς, ὡς ἱκανῶς πλήξας ἐν οἷς εἶπε τὸ, « Διὰ τὴν ἀκρασίαν ὑμῶν. » Σημείωσαι δὲ, ὅτι καὶ τὸν γάμον χάρισμα τίθησιν, ἐν τῷ εἰπεῖν· « Ἕκαστος ἴδιον χάρισμα ἔχει, ὃς μὲν οὕτω· » τουτέστι, παρθενεύειν· « ὃς δὲ οὕτως· » τουτέστι, γαμεῖν [48].

« Λέγω δὲ τοῖς ἀγάμοις καὶ ταῖς χήραις, καλὸν αὐτοῖς ἐστιν, ἐὰν μείνωσιν ὡς κἀγώ. Εἰ δὲ οὐκ ἐγκρατεύονται, γαμησάτωσαν· κρεῖσσον γάρ ἐστι γαμῆσαι [49], ἢ πυροῦσθαι. » Εἶδες σοφίαν Παύλου, πῶς καὶ βελτίονα [50] δείκνυσι τὴν ἐγκράτειαν, καὶ οὐκ ἀναγκάζει [51] τὸν μὴ δυνάμενον, ἵνα μὴ χεῖρον παράπτωμα γένηται; Εἰ γὰρ πολλὴν, φησὶν, ὑπομένεις βίαν καὶ πύρωσιν (μεγάλη γὰρ ἡ τῆς ἐπιθυμίας τυραννὶς), ἀπαλλάγηθι πόνων καὶ ἱδρώτων, μήποτε καὶ περιτραπῇς.

« Τοῖς δὲ γεγαμηκόσι παραγγέλλω, οὐκ ἐγὼ, ἀλλ' ὁ Κύριος. » Ἐπειδὴ ῥητῶς ὁ Κύριος ἐνομοθέτησε, μὴ διαζεύγνυσθαι παρεκτὸς λόγου πορνείας· διὰ τοῦτό φησιν· « Οὐκ ἐγὼ, ἀλλ' ὁ Κύριος. Τὰ γὰρ προειρημένα οὐκ ἦσαν ὑπὸ τοῦ Κυρίου ῥητῶς νομοθετηθέντα· εἰ καὶ ὅσα ὁ Παῦλος λέγει, τοῦ Κυρίου εἰσὶ, καὶ οὐκ ἀνθρώπινα. Παρακατιὼν γὰρ φησι· « Δοκῶ γὰρ κἀγὼ Πνεῦμα Θεοῦ ἔχειν. »

A intense orandi. Non enim dixit simpliciter. Ut oretis : sed, « Ut vacetis orationi. » Si enim simpliciter ab orando eos qui congressu utuntur, prohiberet; quomodo alibi dicit : « Incessanter orate [t] ? » Ut igitur oratio ferventior fiat, abstinete, inquit, alius ab alio : veluti congressus non impuritatem faciat, sed negotium facessat.

« Et rursus in idem conveniatis, ne tentet vos Satanas propter incontinentiam vestram. » Illud, ut « rursus conveniatis, » inquit, non ceu legem imponens dico, sed « ne vos tentet Satanas, » ad fornicationem videlicet. Quia vero diabolus per sese non est auctor fornicationis, sed nostra imprimis incontinentia, subintulit : « Propter incontinentiam vestram. » Ipsa enim est in causæ cur Satanas nos tentet.

B Vers. 6. « Hoc autem dico secundum indulgentiam, non secundum imperium. » Illud, « Ad tempus, » inquit, « defraudetis vos mutuo, » **158** per concessionem dixi, imbecillitati vestræ cedens, non legem sanciens vobis, aut mandatum quod transgredi non liceat.

Vers. 7. » Volo enim omnes homines esse sicut et meipsum. » Ubi rem arduam [u] præcipit, sese in medium proferre solet. Ait igitur : Optarim ut semper omnes continerent.

« Sed unusquisque proprium donum habet ex Deo, alius quidem sic, alius vero sic. » Virginem, inquit, quempiam manere, donum Dei est. Atqui et nostro studio ea res opus habet. Quomodo igitur C donum ipsum dicit ? ut consolentur eos quos abunde percusserat, cum dixit, « Propter incontinentiam vestram. » Observa autem quod etiam nuptias donum faciat, inquiens : « Unusquisque proprium donum habet, alius quidem sic, » hoc est, ut virgo permaneat : « alius vero sic, » hoc est, ut in matrimonio sit.

Vers. 8, 9. « Dico autem innuptis et viduis, bonum eis, si permanserint, sicut et ego. « Si autem non continent, nubant : melius est enim nubere quam uri. » Vident sapientiam Pauli, quomodo meliorem monstret esse continentiam, nec tamen cogat interim, si quis non possit, ne pejus flagitium committatur ? Si enim multam, inquit, vim sustines et ustionem (magna enim concupiscentiæ D tyrannis est), abscede a laboribus istis et sudoribus, nequando subvertaris.

Vers. 10. « Iis autem qui matrimonio juncti sunt præcipio, non ego, sed Dominus. » Quia Dominus legem disertis verbis sancivit, non debere fieri divortium nisi fornicationis causa [v], propterea, « Non ego, inquit, sed Dominus. » Ante hac enim commemorata, non fuerunt expresse a Domino lege lata instituta : etiamsi quæcunque Paulus dicat, Domini sunt, et non humana. Nam in progressu dicit : « Puto enim quod et ego Spiritum Dei habeam [w] . »

[t] I Thess. v, 16. [u] Matth. v, 32. [v] I Cor. VII, 40.

Variæ lectiones.

[46] καὶ O. [47] μὴ ἀποστερεῖτε O. [48] ὑπὸ γάμον εἶναι O. [49] γαμεῖσθαι O. [50] βέλτιον O. [51] οὐ [καταναγκάζει O.

VERS. 10, 11. « Uxorem a viro non discedere. Quod si discesserit, manere innuptam, aut viro suo reconciliari. Et vir uxorem non dimittat. » Quoniam servandæ pudicitiæ gratia vel pusillanimitate, vel alia quavis de causa fiunt divortia : Satius quidem, inquit, est, ut nulla prorsus fiat separatio. Quæ tamen si fieri contigerit, maneat mulier virum habens, etsi non ad commistionem, saltem ut alium non superinducat : vel si continere nequeat, viro concilietur.

A « Γυναῖκα ἀπὸ ἀνδρὸς μὴ χωρισθῆναι. Ἐὰν δὲ καὶ χωρισθῇ, μενέτω ἄγαμος, ἢ τῷ ἀνδρὶ καταλλαγήτω · καὶ ἄνδρα γυναῖκα μὴ ἀφιέναι. » Ἐπειδὴ γὰρ δι' ἐγκράτειαν, καὶ διὰ προφάσεις ἄλλας καὶ μικροψυχίας γίνονται διαζυγίαι, φησί · Βέλτιον μὲν μηδὲ ὅλως γενέσθαι χωρισμόν · εἰ δὲ γένηται, μενέτω ἔχουσα ἡ γυνὴ τὸν ἄνδρα, εἰ καὶ μὴ τῇ μίξει, ἀλλά γε τῷ μηδένα ἕτερον παρεισαγαγεῖν · ἢ μὴ δυναμένη ἐγκρατεύεσθαι, καταλλαγήτω πρὸς αὐτόν.

VERS. 12, 13. « Reliquis autem ego dico, non Dominus : Si quis frater uxorem habeat infidelem, ipsaque consentiat habitare cum illo, ne dimittat ipsam. Et uxor cui maritus est infidelis, cui placeat habitare cum illa, ne dimittat ipsum. » Quid ais? Si infidelis quispiam sit, maneat cum uxore : si fornicarius, non item? atqui fornicatione **159** deterior est infidelitas. Deterior quidem, sed nostra potius vindicat Deus, quam sua. Nam « Relinque, » inquit, « ibi victimam tuam, et fratri tuo reconciliare [x] . » Et decem talentorum millia sibi debita contempsit; sed contumeliam, in eum qui centum denarios debebat, factam vindicavit [y] . Ita et hic infidelitatem, qua constat in se delinqui, dissimulat Deus ♦ ob fornicationem vero qua in uxorem peccatur, pœnas exigit. Dicunt tamen nonnulli, quod per ignorantiam infidelitas contingat, quamque finem habituram esse verisimile erat. Quemadmodum et ipse ait : « Quid enim nosti, mulier, si virum salvum facies? » Fornicatio autem fit per manifestam malitiam. Fornicator præterea seipsum prius separavit. Auferens enim membra sua ab uxore, effecit membra meretricis. Infidelis vero nihil in carnalem unionem peccavit. Imo potius per ipsam fortasse etiam in fide unietur. Ne dicam quod vitæ futura sit eversio et opprobrium Evangelio, si credens ab incredulo sejungeretur. Id tamen tum quidem futurum intelligas, si utrique cum infidelitate essent, inissent conjugium, postea alter ad fidem venisset. Nam si prius fuisset aut vir aut uxor fidelis, haudquaquam cum infideli jungi matrimonio licuisset. Nec dixit quidem : Si quis vult infidelem accipere, sed, « Si quis habet » infidelem uxorem. Nec simpliciter infideli fidelem, sed volenti cohabitare facit. Id enim significat quod ait, « Consentiat, » hoc est voluerit.

B « Τοῖς δὲ λοιποῖς ἐγὼ λέγω, οὐχ ὁ Κύριος · Εἴ τις ἀδελφὸς γυναῖκα ἔχει ἄπιστον, καὶ αὐτὴ συνευδοκεῖ οἰκεῖν μετ' αὐτοῦ, μὴ ἀφιέτω αὐτήν. Καὶ γυνὴ ἥτις ἔχει ἄνδρα ἄπιστον, καὶ αὐτὸς συνευδοκεῖ οἰκεῖν μετ' αὐτῆς, μὴ ἀφιέτω αὐτόν. » Τί λέγεις; ἂν μὲν ἄπιστος, μενέτω μετὰ τῆς γυναικός · ἂν δὲ πόρνος, οὐκέτι; Καίτοι χείρων τῆς πορνείας ἡ ἀπιστία. Χείρων μέν · ἀλλ' ὁ Θεὸς μᾶλλον τὰ ἡμέτερα ἐκδικεῖ, ἢ τὰ οἰκεῖα. « Ἄφες » γάρ, φησί, « τὴν θυσίαν σου, καὶ καταλλάγηθι τῷ ἀδελφῷ σου. » Καὶ τῶν μὲν μυρίων ταλάντων κατεφρόνησεν αὐτῷ διαφερόντων · τὴν δὲ εἰς τὸν ἑκατὸν δηνάρια ὀφείλοντα ὕβριν ἐξεδίκησεν. Οὕτως οὖν καὶ ἐνταῦθα, τὸ τῆς ἀπιστίας εἰς αὐτὸν ἀναφερόμενον παροράᾷ · τὸ δὲ τῆς πορνείας κολάζει, ὡς εἰς τὴν γυναῖκα. Τινὲς δέ φασιν, ὅτι ἡ μὲν ἀπιστία κατὰ ἄγνοιαν γίνεται, ἣν καὶ εἰκὸς παυθῆναι, ὡς καὶ αὐτός φησι · « Τί γὰρ οἶδας, γύναι, εἰ τὸν ἄνδρα σώσεις; » Ἡ δὲ πορνεία δι' ὁμολογουμένην πονηρίαν γίνεται. Ἄλλως τε καὶ ὁ πόρνος ἔφθασεν ἑαυτὸν διαστήσας. Ἄρας γὰρ τὰ μέλη αὐτοῦ ἀπὸ τῆς γυναικὸς, ἐποίησε πόρνης μέλη. Ὁ δὲ ἄπιστος οὐδὲν ἥμαρτεν εἰς τὴν σαρκικὴν ἕνωσιν. Μᾶλλον μὲν οὖν δι' αὐτῆς ἴσως ἑνωθήσεται καὶ κατὰ τὴν πίστιν · ἵνα μὴ λέγω, ὅτι καὶ ἀνατροπὴ ἔμελλε γίνεσθαι τοῦ βίου, καὶ διαβολὴ τοῦ Εὐαγγελίου, εἰ τὸ πιστὸν μέρος ἐχωρίζετο τοῦ μὴ πεπιστευκότος. Ταῦτα δὲ νόει, ὅτε συνεζύγησαν μὲν ἐν ἀπιστίᾳ ὄντες ἀμφότεροι, ἐπίστευσε δὲ τὸ ἓν μέρος. Ἐὰν γὰρ προϋπῆρχε πιστὸς ὁ ἀνὴρ, ἢ ἡ γυνὴ, οὐδόλως ἐξῆν πρὸς ἄπιστον ζεύγνυσθαι. Οὐ γὰρ εἶπεν, Εἴ τις βούλεται λαβεῖν ἄπιστον, ἀλλ', « Εἴ τις ἔχει. » Ἀλλ' οὐδὲ ἁπλῶς συνοικίζει τῷ ἀπίστῳ τὸ πιστὸν μέρος, ἀλλὰ βουλομένῳ. Τὸ γὰρ, « Συνευδοκεῖ [53], » τοῦτό ἐστιν, ἀντὶ τοῦ, εἰ βούλεται.

VERS. 14. « Sanctificatus enim est maritus infidelis per uxorem, et sanctificata est uxor infidelis per maritum. » Hoc est, partis fidelioris abundanti puritate vincitur infidelis immunditia : Non quod sanctitatem adipiscatur Græcus; siquidem non dixit, sanctus est, sed, « Sanctificatus est, » hoc est, per fidelis sanctimoniam vincitur. Hæc autem dicit, ne vereatur fideis mulier, ne, si cum infideli misceatur, impura fiat. Quæritur autem ; quod si qui meretrici adhæserit, unum jam corpus cum ea sortitus, sit

« Ἡγίασται γὰρ ὁ ἀνὴρ ὁ ἄπιστος ἐν τῇ γυναικί · καὶ ἡγίασται ἡ γυνὴ ἡ ἄπιστος ἐν τῷ ἀνδρί. » Τουτέστι, τῇ περιουσίᾳ τῆς καθαρότητος τοῦ πιστοῦ μέρους νικᾶται ἡ ἀκαθαρσία τοῦ ἀπίστου · οὐχ ὅτι ἅγιος γίνεται ὁ Ἕλλην · οὐ γὰρ εἶπεν, ὅτι ἁγιός ἐστιν, ἀλλ', « Ἡγίασται · » τουτέστι, τῇ ἁγιότητι τοῦ πιστοῦ νενίκηται. Ταῦτα δὲ λέγει, ἵνα μὴ φοβῆται ἡ πιστὴ γυνὴ, ὡς ἀκάθαρτος γινομένη διὰ τὴν μίξιν. Ζητεῖται δέ · Εἰ ὁ κολλώμενος τῇ πόρνῃ, ἓν σῶμα ὢν, ἀκάθαρτός ἐστιν · εὔδηλον [53] ὅτι καὶ ἡ

[x] Matth. v, 24. [y] Matth. XVIII, 34.

Variæ lectiones.

[53] συνευδοκεῖν O. [53] Ἴσ. εὔδηλον δὲ O.

τῷ εἰδωλολάτρῃ κολλωμένη, ἓν σῶμά ἐστι· πῶς οὖν A
οὐ γίνεται ἀκάθαρτος; Ὅτι ἐπὶ μὲν τῆς πορνείας
αὐτὸ ἐκεῖνο, ἐν ᾧ κοινωνοῦσιν ἀλλήλοις, ἡ μίξις,
φημὶ, τὴν ἀκαθαρσίαν ἔχει, καὶ διὰ τοῦτο καὶ οἱ
δύο ἀκάθαρτοι. Ἐπὶ δὲ τοῦ πιστοῦ μέρους καὶ τοῦ
ἀπίστου ἄλλως ἔχει τὸ πρᾶγμα. Ἀκάθαρτος μὲν
γάρ ἐστιν ὁ ἄπιστος, κατὰ τὴν ἀπιστίαν· οὐ κοι-
νωνεῖ δὲ κατὰ ταύτην αὐτῷ ἡ γυνὴ, κοινωνεῖ δὲ κατὰ
τὴν μίξιν, καθ' ἣν οὐδεμία ἀκαθαρσία ἐμφαίνεται·
γάμος γάρ ἐστι. Διὰ τοῦτο οὖν οὐκ ἔστιν ἀκάθαρτον
τὸ πιστὸν μέρος.

immundus; perspicuum autem est, etiam eam quæ
cum idololatra jungitur, unum cum illo corpus sor-
tiri : cur igitur ex ea non immunda redditur? Quo-
niam in fornicatione illud ipsum in quo communicant,
commistionem dico, impuritatem habet, eoque vel
utrosque coinquinari : verum quod ad fidelem spe-
ctat et infidelem, longe se aliter res habet. Siquidem
ob suam incredulitatem immundus efficitur infidelis,
in hac autem mulier cum ipso non communicat, sed
in mistione, in qua nulla apparet impuritas (con-
jugalis enim est) communicat. Propterea nullam
fidelis ex eo labem admittit.

« Ἐπεὶ ἄρα τὰ τέκνα ὑμῶν ἀκάθαρτά ἐστιν. » Εἰ γὰρ μὴ νικᾶται τῇ καθαρότητι τοῦ πιστοῦ μέρους τὸ ἄπιστον, λοιπὸν τὰ τικτόμενα ἀκάθαρτά ἐστιν, B
ἤτοι ἐξ ἡμισείας καθαρά.

« Alioquin filii vestri immundi essent. » Nam si
infidelis credentis puritate non **160** vinceretur,
forent sane, quos parerent, liberi immundi vel ex
parte dimidia mundi.

« Νῦν δὲ ἅγιά ἐστι. » Τουτέστιν, οὐκ ἀκάθαρτα· τῇ γὰρ περιουσίᾳ τῆς τοῦ ἁγίου λέξεως ἐκβάλλει τὸ δέος τῆς τοιαύτης ὑποψίας.

« Nunc autem sancti sunt. » Hoc est, non im-
mundi. Nam per exuberantiam dictionis hujus sancti
hujusmodi suspicionis metum rejicit.

« Εἰ δὲ ὁ ἄπιστος χωρίζεται, χωριζέσθω. » Οἷον, εἰ κελεύει σοι ἢ κοινωνῆσαι τῆς ἀπιστίας αὐτῷ, ἢ ἀναχωρεῖν[54] τοῦ γάμου, ἀναχωρείτω. Βέλτιον γὰρ τὸν γάμον, ἢ τὴν εὐσέβειαν λυθῆναι.

VERS. 15. « Quod si infidelis discedit, discedat. »
Veluti si tibi imperet, ut suæ particeps fias infide-
litatis, aut discedas a matrimonio, discede. Satius
enim est connubium solvere quam pietatem.

« Οὐ δεδούλωται ὁ ἀδελφὸς ἢ ἡ ἀδελφὴ ἐν τοῖς τοιούτοις· ἐν δὲ εἰρήνῃ κέκληκεν ὑμᾶς ὁ Θεός. » Εἰ μάχεταί σοι, φησὶ, διότι μὴ κοινωνεῖς τῆς ἀπιστίας, διαζύγηθι. Οὐ γὰρ δεδούλωσαι εἰς τὰ τοιαῦτα· τουτέστιν, οὐ καταναγκάζει βαστάζειν αὐτὸν καὶ ἐν τοῖς C
τοιούτοις. Βελτιον γὰρ ἀπαλλαγῆναι ἢ μάχεσθαι, ἐπεὶ οὐδὲ ὁ Θεὸς βούλεται τοῦτο. « Ἐν γὰρ εἰρήνῃ κέκληκεν ὑμᾶς. » Ὥστε εἰ μάχεται, ἐκεῖνος παρέσχε τὴν αἰτίαν τοῦ διαζυγίου.

« Non enim servituti subjectus est frater aut
soror in hujusmodi : in pace autem vocavit vos
Deus. » Si tecum, inquit, litiget, eo quod cum illo
non communicas in infidelitate, disjungitor. Hujus-
modi enim servituti non est subjecta; hoc est, in
hujusmodi rebus virum ferre non cogeris. Melius
enim est secedere quam altercari. Neque vero illud
divinæ est voluntatis; « In pace enim vos vocavit. »
Itaque si litiget, divortii causam ille præbuit.

« Τί γὰρ οἶδας, γύναι, εἰ τὸν ἄνδρα σώσεις; » Πάλιν πρὸς τὸ, « Μὴ ἀφιέτω, » ἀναδραμὼν, τοῦτο λέγει· Εἰ γὰρ μὴ μάχεταί σοι, μένε, φησὶ, καὶ παραίνει, ἴσως ἀνύσεις. Ἐν ἀμφιβόλῳ δὲ τοῦτο τίθησιν, ἅμα μὲν ἵνα μὴ δόξῃ ἀνάγκην ἐπάγειν τῇ γυναικὶ τοῦ πάντως πεῖσαι τὸν ἄνδρα· ἅμα δὲ καὶ μετέωρον αὐτὴν ποιῶν τῷ ἀεὶ ἐλπίζειν, ὥστε μὴ ἀπογινώσκειν.

VERS. 16. « Quid enim nostri, mulier, num maritum
salvum facies? » Rursus ad illud rediens, videlicet,
« Ne dimittat, » hoc dicit. Si tibi enim molestus
non sit, maneto, inquit, cum eo, et commonefacito,
aliquid fortassis efficies. Rem autem in ambiguo
statuit; partim, ne mulieri necessitatem virum om-
nino persuadendi videatur imponere; partim, ut
animum ejus ad spem erigat, ne de illo desperet.

« Καὶ τί οἶδας, ἄνερ, εἰ τὴν γυναῖκα σώσεις; Εἰ μὴ ἑκάστῳ ὡς ἐμέρισεν ὁ Θεὸς, ἕκαστον[55] ὡς κέκληκεν ὁ Κύριος[56], οὕτω περιπατείτω. » Τινὲς οὕτως D
ἀνέγνωσαν· « Τί οἶδας, ἄνερ, εἰ τὴν γυναῖκα σώσεις, ἢ μή; » εἶτα ἀπ' ἄλλης ἀρχῆς· « Ἑκάστῳ ὡς ἐμέρισεν ὁ Θεός· » τουτέστι, Πόθεν οἶδας, κἂν τε σώσῃς, κἂν τε καὶ μή; Ἄδηλον πάντως. Ἀδήλου δὲ ὄντος, οὐ δεῖ λύειν τὸν γάμον. Μὴ σώζων μὲν γὰρ, οὐκ ἐβλάβης· σώζων δὲ, ὠφέλησας καὶ ὠφελήθης. Ἀλλ' οὐχ οὕτως ὁ ἐν ἁγίοις Ἰωάννης ἀνέγνω, ἀλλὰ, « Εἰ μὴ ἑκάστῳ ὡς ἐμέρισεν ὁ Θεός· » ὃ καὶ βέλτιον πάντως· ὡσανεὶ γὰρ εἶπεν ὁ Ἀπόστολος· Οὐ γίνεται ὁ χωρισμὸς διὰ τὴν ἀπιστίαν, « εἰ μὴ ἑκάστῳ, » ἀντὶ τοῦ, Ἀλλὰ ἕκαστος οὕτως ἐχέτω, ὡς ηὐδόκησεν

VERS. 16, 17. « Aut quid nosti, vir, si conjugem
tuam salvam facies? Nisi cuique ut divisit Deus,
unumquemque ut vocavit Dominus, ita ambulet. »
Nonnulli sic legunt : « Quid nosti, vir, si mulierem
salvam facies, necne? » Deinde ab alio exordio :
« Unicuique ut divisit Deus; » hoc est, Unde com-
pertum habes, si hanc salvam facturus sis necne?
id quidem est prorsus incertum. Cum autem in am-
biguo sit, connubium non est dirimendum. Quod
si salvam non feceris, nil tibi officiet. Salvam au-
tem hanc si reddideris, et aliis profuisti et tibi. At
non ita legit sanctus Chrysostomus : sed, « Nisi ut
unicuique divisit Deus : » qui sensus est longe
potior : perinde ac si dixerit Apostolus, Haudqua-

Variæ lectiones.

[54] Ἴσ. ἀναχώρει. O. [55] Ἕκαστος O. [56] Θεός O.

quam propter infidelitatem fit divortium, « nisi unicuique, » hoc est, Sed unusquisque sic se habeat, ut] Deo de illo disponere placuit. Uxorem habens infidelem vocatus es? eam retineto', nec ob infidelitatem ejicias.

A αὐτὸν ὁ Θεός. Γυναῖκα ἔχων ἄπιστον ἐκλήθης; Μένε ἔχων, καὶ μὴ διὰ τὴν ἀπιστίαν ἐκβάλῃς.

« Et sic in omnibus Ecclesiis dispono. » Hoc dixit, ut ex eo quod alios habeant participes, ad obsequendum sint paratiores.

« Καὶ οὕτως ἐν πάσαις ταῖς Ἐκκλησίαις διατάττομαι. » Τοῦτο εἶπεν, ἵνα τῷ ἔχειν καὶ ἄλλους κοινωνοὺς, προθυμότεροι περὶ τὴν ὑπακοὴν διατεθῶσι [57].

Vers. 18. « Circumcisus aliquis vocatus est? Non adducat præputium. » Verisimile erat multos quos circumcisionis pudebat, medicamento quodam membrum circumcisum ad pristinum statum redigere, cuticulam nimirum superinducentes.

« Περιτετμημένος τις ἐκλήθη; Μὴ ἐπισπάσθω. » Εἰκὸς ἦν πολλοὺς αἰσχυνομένους τῇ περιτομῇ, διά τινος ἰατρείας, ἐπὶ τὸ ἀρχαῖον ἐπανάγειν τὸ ἐμπερίτομον μόριον, ἐπισπωμένους τὸ δέρμα.

161 « In præputio aliquis vocatus est? non circumcidatur. » Contra nonnulli, quod in circumcisione præclarum quid esse videretur, post fidem circumcidebantur. Ait igitur, quod ista ad fidem nihil conferant.

« Ἐν ἀκροβυστίᾳ τις ἐκλήθη; μὴ περιτεμνέσθω. » B Πάλιν τινὲς διὰ τὸ δοκοῦν ἔνδοξον τῆς περιτομῆς, μετὰ τὸ πιστεῦσαι περιετέμνοντο. Φησὶν οὖν, ὅτι ταῦτα οὐδὲν εἰς τὴν πίστιν συντελεῖ.

Vers. 19. « Circumcisio nihil est, et præputium nihil est, sed observatio mandatorum Dei. » Ubique una cum fide virtutis exigitur operatio. Cætera vero, vel minus, vel non omnino.

« Ἡ περιτομὴ οὐδέν ἐστι, καὶ ἡ ἀκροβυστία οὐδέν ἐστιν, ἀλλὰ τήρησις ἐντολῶν Θεοῦ. » Παντεχοῦ τοῦτο ζητεῖται, μετὰ τῆς πίστεως ἡ ἐργασία τῆς ἀρετῆς [58]· τἆλλα δὲ, ἢ ἧττον, ἢ οὐδόλως.

Vers. 20, 21. « Unusquisque in qua vocatione vocatus est, in ea permaneat. Servus vocatus es? non sit tibi curæ : sed et si potes fieri liber, magis utere. » In vocatione qua vocatus est, hoc est, quocunque in genere, vel ordine vel conditione Christi fidem susceperit quispiam, in hoc perseveret. Vocationem enim dicit inductionem ad fidem. Servus cum esses credidisti? anxius ne sis, neque perturberis. Usque C adeo enim non obest servitus, ut potius, si potes liber fieri, utere : hoc est servito, atque in usum te conferto.

« Ἕκαστος ἐν τῇ κλήσει, ᾗ ἐκλήθη, ἐν ταύτῃ μενέτω [59]. Δοῦλος ἐκλήθης; μή σοι μελέτω· ἀλλ' εἰ καὶ δύνασαι ἐλεύθερος γενέσθαι, μᾶλλον χρῆσαι. » — « Ἐν τῇ κλήσει, ᾗ ἐκλήθη, » τουτέστιν, ἐν οἵῳ βίῳ, καὶ ἐν οἵῳ τάγματι καὶ πολιτεύματι ὢν ἐπίστευσεν, ἐν τούτῳ μενέτω. Κλῆσιν γὰρ τὴν εἰς τὴν πίστιν προσαγωγὴν φησι. Δοῦλος ὢν ἐπίστευσας; μὴ φρόντιζε, μηδὲ θορυβοῦ. Τοσοῦτον γὰρ οὐ βλάπτει σε ἡ δουλεία, ὥστε μᾶλλον, καὶ εἰ δύνασαι ἐλευθερωθῆναι, χρῆσαι· τουτέστι, Δούλευε, εἰς χρῆσιν σεαυτὸν ἐκδὸς.

Vers. 22. « Qui enim in Domino vocatus est servus, libertus est Domini : similiter qui liber vocatus est, servus est Christi. » Libertus dicitur, qui servitute liberatur. Inquit igitur : Tu qui, cum in servitute maneres, credidisti in Christum, libertus effectus es Christi : liberavit enim hic te tum a peccato, tum ab ista servitute exteriore, tametsi servus sis. Cum enim quis ab affectibus liberatur, et animi ingenuitate potitur', non est servus, etsi videatur. Rursus, alius quispiam, liber cum esset, ad fidem vocatus, Christi servus efficitur. Itaque si servitutis D nomen servum obturbat, intelligat se in Christo liberatum esse : quod longe est humana libertate præstantius. Porro, si libertatis nomen liberum attollit, intelligat idem se Christi servum esse, et comprimatur, utpote qui tanti Domini jugum subierit, ipsique placere debuerit. Viden' quam prudenter Apostolus, quæ utramque deceant partem, commonefaciat?

« Ὁ γὰρ ἐν Κυρίῳ κληθεὶς δοῦλος ἀπελεύθερος Κυρίου ἐστίν· ὁμοίως καὶ ὁ ἐλεύθερος κληθεὶς δοῦλος Χριστοῦ ἐστιν. » Ἀπελεύθερος λέγεται ὁ ἀπὸ δουλείας ἐλευθερωθείς. Φησὶν οὖν, ὅτι Σὺ ὁ ἐν δουλείᾳ πιστεύσας, ἀπελεύθερος εἶ τοῦ Χριστοῦ· ἠλευθέρωσε γάρ σε καὶ ἀπὸ τῆς ἁμαρτίας, καὶ ἀπὸ τῆς ἔξωθεν δὲ ταύτης δουλείας, εἰ καὶ δοῦλος εἶ. Ὅταν γάρ τις παθῶν ἀπήλλακται, καὶ εὐγενῆ ἔχῃ ψυχὴν, οὐκ ἔστι δοῦλος, κἂν δοκῇ. Πάλιν, ἄλλος ἐλεύθερος ὢν, ἐκλήθη εἰς τὴν πίστιν, δοῦλος Χριστοῦ ἐστιν. Ὥστε εἰ τὸ ὄνομα τῆς δουλείας θορυβεῖ τὸν δοῦλον, ἐννοείτω ὅτι ἐν Χριστῷ ἠλευθέρωται· ὃ πολλῷ μεῖζόν ἐστι τῆς ἀνθρωπίνης ἐλευθερίας. Αὖθις δὲ, εἰ τὸ ὄνομα τῆς ἐλευθερίας ἐπαίρει τὸν ἐλεύθερον, ἐννοείτω, ὅτι δοῦλός ἐστι Χριστοῦ, καὶ συστελλέσθω, ὡς ὑπὸ Δεσπότην τηλικοῦτον ὢν, καὶ αὐτῷ ἀρέσκειν ὀφείλων. Ὁρᾷς σοφίαν, πῶς ἀμφοτέροις τοῖς μέρεσι τὰ προσήκοντα παραινεῖ;

Vers. 23, 24. « Pretio empti estis, nolite fieri servi hominum. Unusquisque in quo vocatus est, fratres, in eo permaneat apud Deum. » Non solum ad servos hoc dicit, sed etiam ad liberos : et universos instituit Christianos, ut nihil ad hominum gratiam

« Τιμῆς ἠγοράσθητε, μὴ γίνεσθε δοῦλοι ἀνθρώπων. Ἕκαστος ἐν ᾧ ἐκλήθη, ἀδελφοὶ, ἐν τούτῳ μενέτω παρὰ Θεῷ. » Οὐ πρὸς οἰκέτας μόνους τοῦτό φησιν, ἀλλὰ καὶ πρὸς ἐλευθέρους, παραινῶν πᾶσι τοῖς Χριστιανοῖς, [60] μὴ πρὸς ἀρέσκειαν ἀνθρώπων ποιεῖν

Variæ lectiones.

[57] γένωνται O. [58] τῶν ἐντολῶν O. [59] ἐν ᾗ ἐτάχθη μενέτω. Ἄλλ. ἐν ἐκείνῃ μενέτω O. [60] πᾶσιν ἀνθρώποις O.

τι, μηδὲ ὑπείκειν αὐτοῖς παράνομα ἐπιτάττουσι. Τοῦτο γάρ ἐστι δουλεύειν ἀνθρώποις· καὶ ταῦτα, ὑπὸ Θεοῦ ἀγορασθέντας. Οὐ γὰρ δὴ τοῦτο παραινεῖ, τὸ ἀφίστασθαι ἀπὸ τῶν δεσποτῶν· ἄπαγε! ὅτι γὰρ οὐ τοῦτο λέγει, δῆλον ἐξ ὧν ἐπάγει· « Ἕκαστος ἐν ᾧ ἐκλήθη, » καὶ τὰ ἑξῆς· τουτέστι, κἂν ἐν δουλείᾳ, ἐν ταύτῃ μενέτω· τὸ δὲ, « Παρὰ Θεῷ, » προσέθηκεν, ἵνα μὴ πάλιν τοῦ Θεοῦ ἀφιστώμεθα, διὰ τὴν πρὸς τοὺς παρανόμους δεσπότας ὑποταγήν. Ἀμφοτέρων γὰρ προνοεῖται, τοῦ μήτε τῶν σωματικῶν δεσποτῶν ἀφίστασθαι προφάσει τοῦ Θεοῦ· μήτε πάλιν τοῦ Θεοῦ ἀποστατεῖν, ὑπείκοντας ὑπὲρ τὸ δέον τοῖς δεσπόταις. A

« Περὶ δὲ τῶν παρθένων ἐπιταγὴν Κυρίου οὐκ ἔχω· γνώμην δὲ δίδωμι, ὡς ἠλεημένος ὑπὸ Κυρίου πιστὸς εἶναι. » Ἐπειδὴ τοῖς περὶ σωφροσύνης λόγοις ἐνεγύμνασεν ἡμᾶς, ἐπὶ τὸ μεῖζον ἀνατρέχει, τὴν παρθενίαν, καί φησιν, ὅτι Ὁ Κύριος μὲν οὐκ ἐνομοθέτησεν, οὐδὲ ἐπέταξέ τι περὶ ταύτης· ἀλλ' εἶπεν· « Ὁ δυνάμενος χωρεῖν, χωρείτω. » Οὐκοῦν οὐδὲ ἐγὼ τολμῶ ἐπιτάξαι· μέγα γὰρ καὶ ἐπικίνδυνον τὸ πρᾶγμα· πλὴν ἀλλὰ γνώμην δίδωμι, τουτέστι, συμβουλὴν, καθὸ καὶ αὐτὸς ἠξιώθην διὰ τὸ ἔλεος τοῦ Θεοῦ πιστὸς εἶναι, τουτέστιν, οἰκεῖος [60a] αὐτοῦ, καὶ μυστικὰ ἄξιος πιστεύεσθαι. B

« Νομίζω οὖν τοῦτο καλὸν ὑπάρχειν διὰ τὴν ἐνεστῶσαν ἀνάγκην, ὅτι καλὸν ἀνθρώπῳ τὸ οὕτως εἶναι. » Ὅσον κατ' ἐμὴν γνώμην, φησὶ, κάλλιστόν [61] ἐστιν ἀνθρώπῳ γάμου ἀπέχεσθαι, διὰ τὰς ἐν αὐτῷ δυσκολίας, καὶ τὰ τοῦ γάμου ὀχληρὰ, οὐ τὴν ἀκαθαρσίαν. C

« Δέδεσαι γυναικί; Μὴ ζήτει λύσιν. Λέλυσαι ἀπὸ γυναικός; Μὴ ζήτει γυναῖκα. Ἐὰν δὲ καὶ γήμῃς, οὐχ ἥμαρτες. » Ἐν τῷ εἰπεῖν, « Δέδεσαι; » ἔδειξεν ὅτι κάκωσιν ἐπιφέρει ὁ γάμος, ὡς δεσμός. Λύσιν δὲ, οὐ τὴν ἐκ συμφωνίας ἀποχὴν φησιν, ἀλλὰ τὴν παράλογον διάζευξιν· ὃς ἐάν γε κατὰ συμφωνίαν ἐγκρατεύοιντο, τοῦτο οὐκ ἔστι λύσις. Ἐπειδὴ δὲ εἶπε, « Μὴ ζήτει γυναῖκα, » ἵνα μὴ δόξῃ ὅτι ἀγαμίαν νομοθετεῖ, ἐπάγει· « Ἐὰν δὲ γήμῃς, οὐχ ἥμαρτες· » Ὅρα δὲ, πῶς λεληθότως εἰς τὴν παρθενίαν εἰσωθεῖ [62], τὸν μὲν γάμον δεσμὸν λέγων, τὴν δὲ παρθενίαν, λύσιν καὶ ἐλευθερίαν. D

« Καὶ ἐὰν γήμῃ ἡ παρθένος, οὐχ ἥμαρτε. » Παρθένον ἐνταῦθά φησιν, οὐ τὴν ἀφιερωθεῖσαν [63] Θεῷ (αὕτη γὰρ ἐὰν γήμῃ, ἥμαρτε πάντως, ὡς μοιχὸν ἐπεισφέρουσα τῷ νυμφίῳ αὐτῆς Χριστῷ), ἀλλὰ τὴν ἔτι ἄγαμον κόρην. Αὕτη γοῦν ἐὰν γήμῃ, οὐχ ἥμαρτεν· οὐ γὰρ ἀκάθαρτος ὁ γάμος.

« Θλῖψιν ἐν τῇ σαρκὶ ἕξουσιν οἱ τοιοῦτοι. Ἐγὼ δὲ ὑμῶν φείδομαι. » Τὰς ἐν τῷ γάμῳ φροντίδας καὶ λύπας, θλῖψίν φησιν. « Ἐγὼ δὲ, » φησὶν, « ὑμῶν φείfactitent, neque illorum jussa qui prava injunxerint, exsequantur. Hoc enim est hominibus servire, eos præsertim qui a Deo redempti sint. Neque profecto hortatur, ut a dominis desciscant; absit! Nam illum non ita dicere liquido patet ex eo quod addit : « Unusquisque in quo vocatus est, » etc., hoc est, si fuerit in servitute vocatus, in ea perstet. « Apud Deum, » autem adjecit, ne forte improbis dominis obsequendo, deficiamus a Deo. Utrisque enim providet, videlicet ne sub Dei pretextu **162** discedant a dominis, quorum in potestate eorum sunt corpora : et rursum ne a Deo deficiant, dominis supra quam par est obsequendo.

Vers. 25. « De virginibus autem præceptum Domini non habeo, consilium autem do, tanquam misericordiam consecutus a Domino, ut sim fidelis. » Postquam nos in sermonibus de continentia exercuisset, ad id quod majus est, virginitatem scilicet, ascendit; aitque nullam Dominum tulisse de virginitate legem, neque de hac quidquam statuisse, sed unum illud dixisse : « Qui potest capere, capiat [2a] » Quocirca neque ipse ausim quidquam de illa re statuere : magnum enim hoc et periculosum : cæterum do sententiam, hoc est, consilium, quatenus ipse per misericordiam Dei non indignus sum habitus, ut sim fidelis, hoc est, familiaris ejus, et dignus cui mysteria concredantur.

Vers. 26. « Existimo ergo hoc bonum esse propter instantem necessitatem, quoniam bonum est homini sic esse. » Mea quidem, inquit, sententia, hominem matrimonio abstinere optimum est propter ejus difficultates, conjugiique molestias, non ob immunditiam.

Vers. 27. « Alligatus es uxori? Noli quærere solutionem. Solutus es ab uxore? Noli quærere uxorem. Si autem acceperis uxorem, non peccasti. » Dicendo « Ligatus es? » ostendit quod nuptiæ veluti vincula, afflictionem afferant. Solutionem autem, non eam quæ fit ex consensu continentiam dicit, sed divortia rationi non consentanea : nam si ex consensu contineant, ea non est solutio. Quia vero dixit, « Ne quæras uxorem, » ne cælibatum statuere velle videatur subdit : « Si autem et duxeris uxorem, non peccasti. » Animadverte autem, quam latenter ad virginitatem impellat nuptias vinculum appellant, virginitatem autem solutionem et libertatem.

Vers. 28. « Et si nupserit virgo, non peccavit. » Virginem hic dicit, non eam quæ Deo consecrata sit (ea enim si nupserit, peccavit omnino, utpote quæ mœchum superinduxerit sponso suo Christo), sed innuptam puellam. Ea enim si nupserit, non peccavit : matrimonium enim non est impurum.

« Tribulationem tamen carnis habebunt ejusmodi. Ego autem vobis parco. » Sollicitudines in matrimonio et mœrores obvenientes, tribulationem vocat.

[2a] Matth. XIX, 12.

Variæ lectiones.

[60a] οἰκεῖν o. [61] καλόν m. [62] συνωθεῖ o. [63] ἀφορισθεῖσαν o.

« Ego autem, » inquit, « vobis parco, » tanquam filiis, voloque liberos vos esse, extraque mœrorem : tanquam matrimonium nexus quispiam sit, quique eo sint colligati, non sint sui juris, ut supra commemoratum est.

A δομαι, » ὡς τέκνων, καὶ βούλομαι ὑμᾶς ἐλευθέρους εἶναι καὶ ἀλύπους· ὡς ὁ γάμος γε καὶ δεσμός ἐστι, καὶ οἱ ὑπὸ τοῦτον ὄντες, ἑαυτῶν οὐκ ἐξουσιάζουσι, ὡς ἀνωτέρω εἴρηται.

Vers. 29. « Hoc autem dico, fratres, tempus breve est : reliquum est, » Cum dixisset, « Afflictionem habebunt in carne. » ne quis **163** adjiceret, atqui et voluptatem habebunt : subsecat et aufert quæ sunt voluptatis, per hoc quod tempus esse contractum et breve subinferat. Ad dissolutionem enim et interitum omnia vergunt, appropinquavitque regnum Christi, ac in posterum ad ipsum migrare debemus. Quare etiam et nonnulla in matrimonio voluptas est, ea tamen brevis est, exiguoque temporis spatio duratura : atque hoc ipsum est afflictio.

» Τοῦτο δέ φημι, ἀδελφοί, ὅτι ὁ καιρὸς συνεσταλμένος τὸ λοιπόν ἐστιν. » Ἐπειδὴ εἶπεν, ὅτι « Θλῖψιν ἕξουσι τῇ σαρκί, » ἵνα μή τις εἴπῃ· Ἀλλὰ καὶ ἡδονήν· ὑποτέμνει τὰ τῆς ἡδονῆς, ἐκ τοῦ τὸν καιρὸν συνεσταλμένον εἰσαγαγεῖν. Πρὸς λύσιν γὰρ ἐπείγονται τὰ πάντα, καὶ ἤγγικεν ἡ βασιλεία τοῦ Χριστοῦ, καὶ λοιπὸν πρὸς αὐτὸν ἀποδημεῖν ὀφείλομεν. Ὥστε καὶ εἰ ἡδονή τίς ἐστιν, ἀλλὰ βραχεῖα αὕτη, καὶ ὀλιγοχρόνιος· καὶ τοῦτο δὲ αὐτὸ θλῖψις.

Vers. 29-31. « Ut qui habent uxores, tanquam non habentes sint : Et qui flent, tanquam non flentes : et qui gaudent, tanquam non gaudentes : et qui emunt, tanquam non possidentes : Et qui utuntur hoc mundo, tanquam non utantur. » Quod si qui uxores habent, tanquam non habeant, esse debeant, quid ultra proderit in matrimonio conjungi, sibique ipsi onus injicere? Quid autem est, « Tanquam non habentes? » pro, non affixi, non omne studium circa nuptias et uxorem impendentes. Consimilem ad rationem, neque circa alia, sive tristia, quæ per, flentes, innuit; sive delectabilia, quæ per, gaudentes, significavit; neque circa contractus quos per emptionem indicavit, vehementius quispiam studere debet. Quorsum vero, ait, hæc et illa recenseo? Uno verbo dicam : Qui utuntur hoc mundo, non debent ipso abuti, hoc est, omni studio et affectu illi incumbere. Abusus enim est superfluus usus, et decorum exsuperans.

B

« Ἵνα καὶ οἱ ἔχοντες γυναῖκας, ὡς μὴ ἔχοντες ὦσι· καὶ οἱ κλαίοντες, ὡς μὴ κλαίοντες· καὶ οἱ χαίροντες, ὡς μὴ χαίροντες· καὶ οἱ ἀγοράζοντες, ὡς μὴ κατέχοντες· καὶ οἱ χρώμενοι τῷ κόσμῳ τούτῳ, ὡς μὴ καταχρώμενοι. » Ἐπεὶ καὶ οἱ ἔχοντες, ὡς μὴ ἔχοντες ὀφείλουσιν εἶναι, τί δεῖ λοιπὸν ὅλως συζυγῆναι, καὶ ἑαυτῷ φορτίον ἐπιβαλεῖν; Τί δέ ἐστιν, « Ὡς μὴ ἔχοντες; » ἀντὶ τοῦ, οὐ προσηλώμενοι [64], οὐδὲ πᾶσαν τὴν σπουδὴν περὶ τὸν γάμον καὶ τὰς γυναῖκας ἀναλίσκοντες. Ὡσαύτως οὐδὲ περί τι τῶν ἄλλων, ἢ λυπηρῶν, ἃ διὰ τοῦ κλαίειν ἠνίξατο· ἢ τερπνῶν, ἃ διὰ τοῦ χαίρειν ἐδήλωσεν· ἢ τῶν συναλλαγμάτων, ἃ διὰ τοῦ ἀγοράζειν ἐνέφηνεν, ὀφείλει τις πάνυ σφοδρότερον [65] σπουδάζειν. Καὶ τί, φησὶ, τάδε καὶ τάδε καταλέγω; Ἁπλῶς, οἱ χρώμενοι τῷ κόσμῳ τούτῳ οὐκ ὀφείλουσιν αὐτῷ καταχρᾶσθαι· τουτέστι, προσέχειν αὐτῷ μετὰ πάσης σπουδῆς καὶ τῆς πρὸς αὐτὸν προσπαθείας. Κατάχρησις γὰρ ἡ περιττὴ χρῆσις, καὶ πλείων τοῦ δέοντος.

C

« Praeterit enim figura mundi hujus. » Id est, transit et dissolvitur. Quid ergo amore ejus teneamur, quod dissolvitur? Figuram autem appellavit, innuens hujus mundi res oculos tantum attingere, ac leves esse, nullam stabilitatem et subsistentiam habentes.

« Παράγει γὰρ τὸ σχῆμα τοῦ κόσμου τούτου. » Ἀντὶ τοῦ, παρέρχεται καὶ διαλύεται. Τί οὖν ἔχεσθαι δεῖ τοῦ λυομένου; Σχῆμα δὲ ἐκάλεσεν, ἐμφαίνων ὅτι ἄχρις ὄψεώς εἰσι τὰ τοῦ παρόντος κόσμου, καὶ ἐπιπόλαια, μηδὲν βεβηκὸς καὶ οὐσιῶδες ἔχοντας [*f.* — τα].

Vers. 32. « Volo autem vos absque sollicitudine esse. » Quomodo vero sollicitudinis expertes simus? si cælibes permanserimus. Infert igitur :

« Θέλω δὲ ὑμᾶς ἀμερίμνους εἶναι. » Πῶς δ' ἂν εἴημεν ἀμέριμνοι; Εἰ ἄγαμοι ὦμεν. Ἐπάγει οὖν·

Vers. 32,33. « Qui sine uxore est, sollicitus est quæ Domini sunt, quomodo placeat Domino. Qui vero cum uxore est, sollicitus est quæ sunt mundi, quomodo placeat uxori. » Quomodo volens nos absque sollicitudine esse, o Paule, ac propterea nos in cælibatu asservans, rursum dicis : « Qui sine uxore est, de iis quæ Domini sunt sollicitus est? » Ecce enim iterum sollicitudines. Sed non tales, inquit, quales sunt matrimonii; Domini enim curæ salutares sunt, oblectabilesque : mundi vero curæ noxiæ sunt, et angustia plenæ. Quomodo enim fieri potest, quin ærumnosum molestumque sit uxoris placendæ stu-

D

« Ὁ ἄγαμος μεριμνᾷ τὰ τοῦ Κυρίου, πῶς ἀρέσει τῷ Κυρίῳ [66]. Ὁ δὲ γαμήσας, μεριμνᾷ τὰ τοῦ κόσμου, πῶς ἀρέσει τῇ γυναικί. » Πῶς θέλων ἡμᾶς ἀμερίμνους εἶναι, Παῦλε, καὶ διὰ τοῦτο ἀγάμους συντηρῶν, πάλιν λέγεις· « Ὁ ἄγαμος μεριμνᾷ τὰ τοῦ Κυρίου; » Ἰδοὺ γὰρ καὶ πάλιν μέριμναι. Ἀλλ' οὐχ οἷαι, φησὶν, αἱ τοῦ γάμου. Αἱ μὲν γὰρ τοῦ Κυρίου μέριμναι, σωτηριώδεις καὶ τερπναί· αἱ δὲ τοῦ κόσμου, βλαβεραὶ καὶ θλιβεραί. Πῶς γὰρ οὐ θλῖψις καὶ ὄχλησις τὸ σπεύδειν ἀρέσαι γυναικί, καὶ ταῦτα φιλοκόσμῳ, καὶ ἀπαιτούσῃ χρυσία καὶ μαργαρίτας, καὶ τὴν ἄλλην βλακείαν; Ἔνθεν καὶ εἰς ἀδικίαν συν-

Variæ lectiones.

[64] περισπολλώμενοι O. [65] ὀφείλοντες πάνυ σφόδρα O. [66] αὐτῷ O.

ωθοῦνται οἱ ἄλλοι ἄνδρες καὶ ψυχοβλαβεῖς διοικήσεις πραγμάτων.

« Μεμέρισται ἡ γυνὴ καὶ ἡ παρθένος. » Τουτέστι, διαφέρουσιν ἀλλήλων, καὶ οὐ τὴν αὐτὴν ἔχουσι φροντίδα, ἀλλὰ μεμερισμέναι εἰσὶ ταῖς σπουδαῖς· καὶ ἡ μὲν περὶ ἄλλα σπουδάζει, ἡ δὲ περὶ ἄλλα· διαφέρουσι δὲ αἱ φροντίδες αὐταῖς, καὶ δεῖ ἐκλέγεσθαι τὰ κρείττω καὶ ἀπονώτερα [67].

« Ἡ ἄγαμος μεριμνᾷ τὰ τοῦ Κυρίου, πῶς ἀρέσει τῷ Κυρίῳ, ἵνα ᾖ ἁγία καὶ σώματι καὶ πνεύματι· ἡ δὲ γαμήσασα, μεριμνᾷ τὰ τοῦ κόσμου, πῶς ἀρέσει τῷ ἀνδρί. » Οὐκ ἀρκεῖ σώματι εἶναι ἁγίαν, ἀλλὰ δεῖ καὶ πνεύματι. Τοῦτο γὰρ ἡ ἀληθὴς παρθενία, ἡ τῆς ψυχῆς καθαρότης· ἐπεὶ πολλαὶ τὸ σῶμα ἁγναὶ καὶ ἀμόλυντοι οὖσαι, κατισπιλωμέναι εἰσὶ τὴν ψυχήν. Ἀλλὰ καὶ τοῦτο σκόπει, ὅτι οὐκ ἔστι παρθένος ἡ τὰ τοῦ κόσμου μεριμνῶσα. Ἐπειδὰν οὖν ἴδῃς τινὰ παρθενίαν ἐπαγγελλομένην, μεριμνῶσαν δὲ τὰ τοῦ κόσμου, γίνωσκε [68] ὅτι οὐδὲν διαφέρει τῆς ἐν γάμῳ. Ὁ γὰρ Παῦλος ὅρους ἀμφοτέροις τέθεικεν, ἐξ ὧν διαγινώσκονται, οὐ γάμον καὶ ἐγκράτειαν, ἀλλὰ πολυπραγμοσύνην καὶ ἀπραγμοσύνην [69]. Ὥστε ἡ πολυπράγμων, οὐ παρθένος. Μεριμνᾷ δὲ καὶ ἡ γεγαμηκυῖα πῶς ἀρέσει τῷ ἀνδρί· τυχὸν μὲν καὶ κάλλους ἐπιμελουμένη· τυχὸν δὲ, καὶ διὰ τὸ οἰκουρὸν δοκεῖν εἶναι ἀγαθὴν, ἀνελεήμων καὶ φειδωλὸς δεικνυμένη.

« Τοῦτο δὲ πρὸς τὸ ὑμῶν αὐτῶν συμφέρον λέγω, οὐχ ἵνα βρόχον ὑμῖν ἐπιβάλω. » Τοὺς περὶ παρθενίας, φησὶ, λόγους ἐκίνησα, εἰδὼς συμφέρον ὑμῖν τὸ πρᾶγμα, διὰ τὸ ἄλυπον, καὶ ἀμέριμνον, καὶ ψυχωφελέστερον· οὐχ ἵνα ἀναγκάσω ὑμᾶς, καὶ μὴ θέλοντας, παρθενεύειν· βρόχον γὰρ τὴν ἀνάγκην ὠνόμασεν.

« Ἀλλὰ πρὸς τὸ εὔσχημον καὶ εὐπάρεδρον τῷ Κυρίῳ ἀπερισπάστως. » Ἵνα, φησὶν, εὐσχημόνως, καὶ ἐν καθαρότητι ζῆτε (τί γὰρ παρθενίας εὐσχημονέστερον καὶ καθαρώτερον;) καὶ ἵνα ἐλεύθεροι ὄντες τῶν τοῦ γάμου ὀχλήσεων, ἀπερισπάστως τῷ Κυρίῳ δουλεύητε καὶ αὐτῷ παρεδρεύητε [70], ὅλην τὴν μέριμναν ἐπ' αὐτὸν μετατιθέντες [71].

« Εἰ δέ τις ἀσχημονεῖν ἐπὶ τὴν παρθένον αὐτοῦ νομίζει, ἐὰν ᾖ ὑπέρακμος, (καὶ οὕτως ὀφείλει γίνεσθαι), ὃ θέλει, ποιείτω, οὐχ ἁμαρτάνει· γαμείτωσαν. » Εἴ τις, φησὶν, ἀσθενὴς ὢν τῷ ὄντι τὴν διάνοιαν, νομίζει ἀσχημον εἶναι τὸ παρθένον ἔχειν θυγατέρα, καὶ ταύτα [72], ὑπέρακμον οὖσαν· γενέσθω, φησὶ, καὶ οὕτω. Πῶς; « Ὃ θέλει, ποιείτω· » τουτέστιν, ἐὰν θέλῃ δοῦναι αὐτὴν ἀνδρὶ, δότω· οὐχ ἁμαρτάνει γάρ. Πλὴν κρεῖττον τὸ παρθένον τηρεῖν, ὡς ἐξῆς λέγει.

« Ὃς δὲ ἕστηκεν ἑδραῖος ἐν τῇ καρδίᾳ, μὴ ἔχων ἀνάγκην, ἐξουσίαν δὲ ἔχει περὶ τοῦ ἰδίου θελήματος, καὶ τοῦτο κέκρικεν ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ, τηρεῖν

dium, præcipue cum ejusmodi sit, quæ ornatu delectatur, et aurum, margaritas, aliamque mollitiem expetit? Hinc miseri mariti ad iniquitatem, animæque noxias rerum administrationes impelluntur.

Vers. 34. « Divisæ sunt uxor et virgo. » Hoc est, 164 differunt inter se mutuo, nec habent sollicitudinem, sed divisæ sunt in studiis suis: atque ista quidem de aliis est sollicita, illa vero de aliis: diversæ autem sunt utriusque curæ: ea itaque quæ præstantiora sunt, et minus habent laboris, eligenda sunt.

« Innupta cogitat quæ sunt Domini, quomodo placeat Domino, ut sit sancta et corpore et spiritu. Quæ vero nupsit, cogitat quæ sunt mundi, quomodo placeat viro. » Non satis est ut virgo sancta sit corpore, verum etiam spiritu. Hoc enim est vera virginitas, animæ nimirum puritas. Nam multæ corpore quidem castæ et impollutæ, anima contaminatæ sunt. Præterea, et istud perpende, quod illa non est virgo, quæ res curat mundanas. Cum igitur conspexeris quampiam, quæ castitatem vovit, sollicite incumbentem rebus mundi, noveris eam a conjugata nihil discrepare. Nam Paulus fines utrisque posuit, quibus dignoscantur, non certe matrimonium et continentiam, sed curiositatem et tranquillitatem. Quare, quæ variis negotiis se implicat, virgo non est. Quæ autem nupta est, sollicita est quomodo marito placeat; formam fortasse curans, vel forsan ut bona materfamilias videatur, se immisericordem et parcam ostendens.

Vers. 35. « Porro hoc ad utilitatem vestram dico, non ut laqueum vobis injiciam. » De virginitate sermonem movi, rem istam vobis conducere sciens, quod mœrore sollicitudineque careat, animæque sit utilior: non ut cogam vos invitos in cælibatu permanere: nam necessitatem laqueum nominavit.

« Sed ad id quod honestum est, et ut Domino assideatis, ita ut abeo avelli nequeatis. » Ut, inquit, honeste et in puritate vivatis (quid enim virginitate honestius et purius?), et ut a nuptiarum molestiis liberi, Domino sine ulla distractione serviatis ipsique assideatis, totam curam vestram in ipsum transferentes.

Vers. 36. « Sin quis turpe esse putet super virgine Jsua, si fuerit superadulta, et sic oportet fieri, quod vult, faciat, non peccat, contrahant matrimonium. » Si quis, inquit, revera imbecillis intelligentiæ, turpe esse censeat, filiam suam virginem retinere, præsertim quæ ætatis florem præteriit, Fiat, inquit, sic. Quomodo? « Quod vult faciat: » hoc est, si velit eam tradere marito, tradat; non enim peccat. Verumtamen melius est virginem servare, quemadmodum deinceps dicit.

Vers. 37-38. « Qui autem stat firmus in corde suo, non habens necessitatem, potestate autem habens propriæ voluntatis, atque hoc judicavit in corde

Variæ lectiones.

[67] τὴν κρείττω καὶ ἀπονωτέραν. [68] ἴσθι. οἱ [69] ἀκτημοσύνην ο. [70] προσεδρεύητε ο. [71] ἀνατιθέντες ο. [72] ταύτην ο.

suo, servare suam virginem, bene facit. Igitur et qui matrimonio **165** jungit virginem suam, bene facit : qui vero non jungit, melius facit. » Observa, quomodo statim ab initio admiretur eum qui servet suam virginem, stabilem ipsum et firmum vocans, et cum judicio agentem quæ agit. « Judicavit » enim, inquit, » in corde suo. » Itaque qui virginem suam nuptui tradit, non stat firmus. Istud autem : « Non habens necessitatem, » significat quod postetatem habeat ut det virgini suæ maritum, neque quisquam sit qui cogat eum ne det. Honor itaque ejus est servare filiam virginem, eamque ob rem laudatur : nam « Bene facit, » inquit. Sed et ille, qui eam nuptiis elocat, bene facit. Nam elocare non est peccatum. Omne autem quod non est peccatum, bene fit. Melius vero est non elocare : virtus enim est.

A τὴν ἑαυτοῦ παρθένον, καλῶς ποιεῖ. Ὥστε καὶ ὁ ἐκγαμίζων, καλῶς ποιεῖ · ὁ δὲ μὴ ἐκγαμίζων, κρεῖττον ποιεῖ. » Ὅρα πῶς ἐκ προοιμίων θαυμάζει τὸν τηροῦντα αὐτὴν παρθένον, ἑδραῖον αὐτὸν καὶ βεβηκότα καλῶν, καὶ ἐν κρίσει ἃ ποιεῖ ποιοῦντα. « Κέκρικε » γὰρ, φησὶν, « ἐν τῇ καρδίᾳ. » Ὥστε ὁ ἐκγαμίζων, οὐχ ἕστηκεν ἑδραῖος. Τὸ δὲ, « Μὴ ἔχων ἀνάγκην, » τοῦτο δηλοῖ, ὅτι ἐξουσίαν ἔχει τοῦ δοῦναι αὐτῇ ἄνδρα, καὶ οὐδεὶς ὁ ἀναγκάζων [73] μὴ δοῦναι αὐτῇ. Ὥστε φιλοτιμία αὐτῷ ἐστι τὸ τηρεῖν παρθένον τὴν θυγατέρα, καὶ διὰ τοῦτο ἐπαινεῖται. « Καλῶς » γὰρ, φησὶ, « ποιεῖ. » Καίτοι καὶ ὁ ἐκγαμίζων, κἀκεῖνος καλῶς ποιεῖ. Οὐ γὰρ ἁμαρτία τὸ ἐκγαμίζειν · πᾶν δὲ ὃ οὐχ ἁμαρτία, καλῶς γίνεται. Κάλλιον δὲ τὸ μὴ ἐκγαμίζειν · κατόρθωμα γάρ ἐστιν.

B

Verss. 39, 40. « Mulier alligata est legi quanto tempore vivit maritus ejus : si autem dormierit maritus ejus, libera est ut cui vult nubat; modo in Domino. Beatior autem est si sic manserit juxta meum consilium. Puto autem quod et ego Spiritum Dei habeam. » De secundis nuptiis hæc tradit, permittens quidem eas : attamen beatiorem eam judicat, quæ alterum maritum non acceperit. Quemadmodum enim virginitas primis nuptiis est melior, sic et prius matrimonium posteriori præstat. « Alligata est igitur legi mulier, » hoc est, lege de adulterio cavente tenetur, ne adultera fiat, si, vivente marito, alteri copuletur : sin defunctus fuerit, liberata est a primo nexu et lege, adeoque soluta est. « Modo in Domino : » hoc est, cum temperentia et decoro, in liberorum procreatione et præsidentia, non in libidinis affectione. « Secundum » vero « meum consilium, » dicit, ne rem istam necessitatem arbitreris, sed consilium idque divinum. « Puto, » enim, inquit, « quod et ego Spiritum Dei habeam. » Magnæ autem humilitatis argumentum est hoc. Non enim dixit : Habeo, sed, « Puto me habere : » hoc est, Arbitror, existimo.

« Ἡ γυνὴ δέδεται νόμῳ, ἐφ' ὅσον χρόνον ζῇ ὁ ἀνὴρ αὐτῆς · ἐὰν δὲ κοιμηθῇ ὁ ἀνὴρ αὐτῆς, ἐλευθέρα ἐστὶν ᾧ θέλῃ [*vulg.*-λει] γαμηθῆναι· μόνον ἐν Κυρίῳ. Μακαριωτέρα δέ ἐστιν ἐὰν οὕτω μείνῃ, κατὰ τὴν ἐμὴν γνώμην. Δοκῶ δὲ κἀγὼ Πνεῦμα Θεοῦ ἔχειν. » Περὶ δευτερογαμίας ἐνταῦθα διδάσκει, συγχωρῶν μὲν αὐτήν · πλὴν μακαριωτέραν τιθεὶς τὴν μὴ δι-γαμοῦσαν. Ὡς γὰρ ἡ παρθενία τοῦ πρώτου γάμου καλλίων · οὕτω καὶ ὁ πρῶτος γάμος τοῦ δευτέρου. « Δέδεται οὖν νόμῳ ἡ γυνὴ, » τουτέστι, κατέχεται νόμῳ τῷ περὶ τῶν μοιχειῶν διαλαμβάνοντι, ὡς ἂν μὴ μοιχαλὶς γένοιτο ἑτέρῳ συζευχθεῖσα, ζῶντος τοῦ ἀνδρός · ἀποθανόντος δὲ, ἠλευθέρωται ἐκ τοῦ πρώτου δεσμοῦ καὶ νόμου, καὶ λέλυται. « Μόνον ἐν Κυρίῳ · » τουτέστι, μετὰ σωφροσύνης, μετὰ κοσμιότητος, ἐπὶ παιδοποιᾷ καὶ προστασίᾳ, μὴ ἐμπαθείᾳ [74] ἐπιθυμίας. Τὸ δὲ, « Κατὰ τὴν ἐμὴν γνώμην, » φησὶν, ἵνα μὴ ἀνάγκην τὸ πρᾶγμα εἶναι νομίσῃς, ἀλλὰ συμβουλὴν, καὶ συμβουλὴν θείαν. « Δοκῶ » γὰρ, φησὶ, « κἀγὼ Πνεῦμα Θεοῦ ἔχειν. « Πολλῆς δὲ ταπεινοφροσύνης τοῦτο. Οὐ γὰρ εἶπεν · Ἔχω, ἀλλὰ, « Δοκῶ ἔχειν » τουτέστιν, Ἡγοῦμαι, ὑπονοῶ.

C

CAPUT VIII.

Verss. 1. « De iis autem quæ idolis immolantur, novimus, quoniam omnes scientiam habemus. Scientia inflat, charitas ædificat. » Fuerunt quidam apud Corinthios perfecti, qui scientes, quod quæ ingrediantur in hominem, ipsum non coinquinent, quodque idola sint lapides et ligna, nec possint nocere; indiscriminatim introierunt idolorum delubra, eaque comederunt quæ idolis immolabantur. Hosce autem alii imperfectiores videntes, ingressi sunt et ipsi delubra, idolisque sacrificabant, non eadem sententia, verum ceu idola honoranda essent, nec non digna quæ sacrificia acciperent. Hoc ad zelum provocavit Paulum, quippe **166** quod utrisque obesset : perfectis, tanquam iis qui dæmoniacis mensis fruerentur : imperfectis, tanquam ii ad

ΚΕΦΑΛ. Η'.

« Περὶ δὲ τῶν εἰδωλοθύτων οἴδαμεν, ὅτι πάντες γνῶσιν ἔχομεν · ἡ γνῶσις φυσιοῖ, ἡ δὲ ἀγάπη οἰκοδομεῖ. » Ἦσάν τινες παρὰ τοῖς Κορινθίοις τέλειοι, καὶ εἰδότες, ὅτι τὰ εἰσερχόμενα οὐ κοινοῖ τὸν ἄνθρωπον, καὶ ὅτι τὰ εἴδωλα, ξύλα καὶ λίθοι εἰσὶ, καὶ οὐ δύνανται βλάψαι · ἀδιαφόρως εἰσῆσαν εἰς τὰ εἰδωλεῖα, καὶ τῶν εἰδωλοθύτων ἐνέφερον. Ὁρῶντες δὲ τούτους ἕτεροι ἀτελέστεροι, εἰσῆσαν καὶ αὐτοὶ εἰς τὰ εἰδωλεῖα, καὶ εἰδωλοθύτουν, οὐ μετὰ τῆς αὐτῆς γνώμης, ἀλλ' ὡς τῶν εἰδώλων τιμίων ὄντων [75], καὶ ἀξίων θυσίας δέχεσθαι. Τοῦτο εἰς ζῆλον ἐκίνησε τὸν Παῦλον, ἅτε καὶ ἀμφοτέρους βλάπτον · τοὺς τε τελείους, ὡς δαιμονικῶν ἀπολαύοντας τραπεζῶν · καὶ τοὺς ἀτελεῖς, ὡς ἐπὶ εἰδωλολατρίαν συνεθουμένους. Σπεύδει τοίνυν διορθώσασθαι τοῦτο · καὶ

D

Variæ lectiones.

[73] ἀναγκάζων αὐτόν m. [74] ἐνπάθει o. [75] εἶναι δοκούντων o.

πρὸς τοὺς τελείους διαλέγεται, ἀφεὶς τοὺς ἀτελεστέρους, ὅπερ ἔθος αὐτῷ. Καὶ πρῶτον καταστέλλει αὐτῶν τὸν ἐπὶ [76] τῇ γνώσει τῦφον, καί φησιν, ὅτι Οὐ μόνοι ὑμεῖς ταύτην ἔχετε, ἀλλὰ πάντες οἴδαμεν [77], ὅτι οὐδέν ἐστιν εἴδωλον ἐν κόσμῳ · πλὴν, ἡ γνῶσις οὐ μόνον οὐδὲν ὠφελεῖ, ἀλλὰ μᾶλλον καὶ βλάπτει, φυσιοῦσα καὶ ὀγκοῦσα τὸν ἔχοντα, καὶ διὰ τοῦτο ἀποσχίζουσα αὐτὸν τοῦ πλησίον μέλους, ἐὰν μὴ καὶ τὴν ἀγάπην ἔχῃ μεθ' ἑαυτοῦ [78], ἥτις ἀγάπη τοὐναντίον οἰκοδομεῖν δύναται. Ὅσα γὰρ ἡ χωρὶς ἀγάπης γνῶσις καθαιρεῖ, ταῦτα ἡ ἀγάπη ἀνεγείρει καὶ οἰκοδομεῖ, πάντα ὑπὲρ τοῦ πλησίον ποιοῦσα.

A idolorum culturam impellerentur. Ad istud itaque corrigendum festinat, ac ad perfectos, imperfectioribus, uti solet, omissis, disserit. Ac primum ipsorum factum ob scientiam conceptum reprimit, inquiens : Non vos soli hanc habetis, sed nos omnes ex æquo tenemus, quod nihil sit idolum in mundo. Verum scientia adeo non solum non prodest, ut potius etiam obsit, inflans et intumescere faciens habentem; ac propterea abscindens a proximi membro, nisi charitatem una secum habuerit. Quæ nimirum charitas e contra ædificare potest. Quæcunque enim scientia sine charitate destruit, hæc charitas erigit ædificatque, omnia in proximi gratiam faciens.

« Εἴ δέ τις δοκεῖ εἰδέναι τι, οὐδέπω οὐδὲν ἔγνωκε καθὼς δεῖ εἰδέναι [79]. » Τὸ μεῖζον λέγει ἐνταῦθα, ὅτι κἂν μετὰ τῆς ἀγάπης ἡ γνῶσις ᾖ, οὐδὲ οὕτως ἐστὶ τελεία · οὐδεὶς γὰρ οἶδέ τι καθὼς δεῖ γνῶναι, κἂν Πέτρος ᾖ, κἂν Παῦλος. Ὥστε τί ὑμεῖς ἐπαίρεσθε, εἰ τὴν γνῶσιν ἔχοντες χωρὶς ἀγάπης, ὅπου γε κἂν μετὰ τῆς ἀγάπης αὐτὴν εἴχετε, οὐδὲ οὕτω τέλειόν τι ἐγινώσκετε;

B Verbs. 2. « Si quis autem se existimat scire aliquid, nondum quidquam novit, quemadmodum novisse oportet. » Majus quiddam hic dicit, nempe : Etiamsi charitati scientia conjuncta fuerit; neque sic est perfecta. Nemo enim quidquam novit quemadmodum scire oportet, sive Petrus fuerit, sive Paulus. Quid igitur vos efferimini, qui scientia sine dilectione imbuti estis? quandoquidem si scientiam etiam cum dilectione haberetis, neque sic tamen perfecte aliquid sciretis.

« Εἰ δέ τις ἀγαπᾷ τὸν Θεὸν, οὗτος ἔγνωσται ὑπ' αὐτοῦ. » Ὃ λέγει, τοιοῦτόν ἐστιν · Εἴ τις ἀγαπᾷ τὸν πλησίον, ἀγαπᾷ καὶ τὸν Θεὸν πάντως. Ἀγαπῶν δὲ τὸν Θεὸν, οὐκ εἶπεν, ὅτι ἔγνω τὸν Θεὸν, ἀλλ', « Ἔγνωσται ὑπὸ Θεοῦ · » τουτέστι, γνωστὸς αὐτῷ [80] καὶ οἰκεῖος καθίσταται. Γνωστὸς δὲ γενόμενος τῷ Θεῷ, γνῶσιν παρ' αὐτοῦ λαμβάνει, καὶ οὐδὲ ταύτην ἔχει ἐκπεπτωκυῖαν. Ὥστε κἂν γνῶσιν ἔχῃς, μὴ ἐπαίρου · οὔτε γὰρ τελεία ἐστὶν, οὔτε σὸν κατόρθωμα, ἀλλὰ τοῦ Θεοῦ [81] ἐστι χάρισμα. Ὅρα γοῦν, διὰ πόσων καταστέλλει τὸν τῦφον αὐτῶν.

C Verbs. 3. « Sin quis autem diligit Deum, is cognitus est ab eo. » Quod ait, est hujusmodi : Si quis charitate proximum suum prosequitur, is Deum etiam prorsus diligit. Qui autem Deum diligit, non dixit, cognoverit Deum, sed, « A Deo cognitus est : » hoc est, notus ipsi et familiaris constituitur. Notus autem Deo, scientiam ab eo accipit : neque hanc tamen perfectam habet. Proinde, et si scientiam habeas, noli efferri. Nam neque perfecta est, neque tuum opus, sed Dei donum. Vide igitur quantis argumentis eorum superbiam cohibet.

« Περὶ τῆς βρώσεως οὖν τῶν εἰδωλοθύτων, οἴδαμεν ὅτι οὐδὲν εἴδωλον ἐν κόσμῳ, καὶ ὅτι οὐδεὶς Θεὸς ἕτερος, εἰ μὴ εἷς. » Πάλιν κοινοποιεῖ τὴν γνῶσιν, καταστέλλων αὐτούς. Πάντες γὰρ, φησὶν, οἴδαμεν ὅτι οὐδὲν εἴδωλον ἐν κόσμῳ. Οὐκ ἔστιν οὖν εἴδωλα; οὐκ ἔστι ξόανα; Ἔστι μὲν, ἀλλ' οὐδέν ἐστι · τουτέστιν, οὐδεμίαν ἰσχὺν ἔχει · οὐδὲ θεοί εἰσιν, ἀλλὰ λίθοι καὶ δαίμονες. Ἐπειδὴ γὰρ ἦσαν παρ' Ἕλλησι καὶ ἰδιῶται, καὶ σοφοί · καὶ οἱ μὲν ἰδιῶται οὐδὲν ἤδεσαν [82] πλέον τῶν λίθων · οἱ δὲ φιλόσοφοι δυνάμεις θείας ἐνοικεῖν αὐτοῖς ἐδόξαζον, οὓς [83] καὶ θεοὺς ἐκάλουν · πρὸς μὲν τοὺς ἰδιώτας εἶπε τὸ, « Οὐδέν ἐστιν εἴδωλον ἐν τῷ κόσμῳ · πρὸς δὲ τοὺς φιλοσόφους, ὅτι « Οὐκ ἔστιν ἕτερος Θεὸς, εἰ μὴ εἷς. » Ὥστε οὐδὲ ἐνάμεις θεῖαι ἐνοικοῦσι τοῖς εἰδώλοις · εἷς γάρ ἐστι Θεὸς, καὶ οὐ πολλοί.

D Quia vero apud Græcos fuere et indocti et sapientes : indocti quidem nihil plus idola esse quam lapides norant : philosophi vero divinas in ipsis habitare virtutes arbitrabantur, quas et deos vocabant; ad idiotas dixit : « Idolum nihil est in mundo : » ad philosophos vero, « Non est alius Deus, præterquam unus. » Igitur neque virtutes divinæ simulacra ista inhabitant : unus enim Deus est, non multi.

« Καὶ γὰρ εἴπερ εἰσὶ λεγόμενοι θεοὶ, εἴτε ἐν οὐρανῷ, εἴτε ἐπὶ γῆς (ὥσπερ εἰσὶ θεοὶ πολλοὶ, καὶ κύριοι πολλοὶ), ἀλλ' ἡμῖν εἷς Θεὸς ὁ Πατὴρ, ἐξ οὗ τὰ πάντα, καὶ ἡμεῖς εἰς αὐτόν· » Ἐπειδὴ εἶπεν,

167 Verbs. 5, 6. « Nam et si sunt qui dicantur dii, sive in cœlo, sive in terra (quemadmodum dii multi sunt, et domini multi), nobis tamen unus Deus Pater est, ex quo omnia, et nos in ipsum. »

Variæ lectiones.

[76] ἐν o. [77] οἴδατε o. [78] ἑαυτῆς o. [79] γνῶναι o. [80] αὐτοῦ o. [81] Χριστοῦ o. [82] ἦσαν o. [83] ἵσ. ἃς.

Cum nullum esse alium Deum asseruisset, ac apud Græcos dii multi dicebantur : ne videretur rebus manifestis repugnare, etiamsi sint, inquit, qui dicantur dii, hoc est, qui revera non sint, sed nomine tenus : sive in cœlo, ut sol et luna, aliæque stellæ et sidera, quibus Græci numina attribuerunt : sive super terram, ut qui ex hominibus in deorum ordinem ab iis translati sunt : at vero « nobis est unus Deus Pater, ex quo omnia : » quod significat eum esse Conditorem et Creatorem. Quod vero adjicit, « Et nos in ipsum : » fidei et appropriationis rationem indicat : perinde ac si dicat, Et nos ad ipsum conversi sumus, exque eo pendemus.

A ὅτι « Οὐδεὶς Θεὸς ἕτερος, » ἐλέγοντο δὲ πολλοὶ θεοὶ παρ' Ἕλλησιν· ἵνα μὴ δόξῃ τοῖς φανεροῖς μάχεσθαι, φησὶν, ὅτι « Εἰ καὶ εἰσὶ λεγόμενοι θεοὶ, » τουτέστιν, οὐκ ἐν ἀληθείᾳ ὄντες, ἀλλ' ἐν λόγῳ · « εἴτε ἐν οὐρανῷ, » ὡς ἥλιος καὶ σελήνη, καὶ οἱ λοιποὶ ἀστέρες, οὓς ἐθεοποίησαν Ἕλληνες · « εἴτε ἐπὶ γῆς, » ὡς οἱ ἐξ ἀνθρώπων αὐτοῖς θεοποιηθέντες· « ἀλλ' ἡμῖν εἷς Θεὸς ὁ Πατὴρ, ἐξ οὗ τὰ πάντα · » ὅπερ δηλοῖ αὐτὸν Δημιουργόν. Τὸ δὲ, « Καὶ ἡμεῖς εἰς αὐτὸν, » τὸν τῆς πίστεως καὶ τῆς πρὸς αὐτὸν οἰκειώσεως λόγον δηλοῖ · ὡσανεὶ εἶπε · Καὶ ἡμεῖς εἰς αὐτὸν [84] ἐπεστράμμεθα, καὶ εἰς αὐτὸν ἐσμεν ἠρτημένοι.

« Et unus Dominus Jesus Christus, per quem omnia, et nos per ipsum. » Per Filium omnia adesse perducta sunt, et nos per ipsum perducti sumus ut essemus, ut bene essemus : hoc est, ut fideles efficeremur, atque ex errore ad veritatem traduceremur. Cæterum cum audis, « Unus est Deus Pater, » et « Unus Dominus Jesus Christus : » Ne Patri soli attributum censeas Dei vocabulum, Filio vero, Domini. Indiscriminatim namque et Filius Deus est, uti in hoc loco : « Ex quibus Christus secundum carnem, qui est super omnia Deus [b] : » et rursus, Pater est Dominus, ut in eo psalmi [c] : « Dixit Dominus Domino meo. » Sed quoniam ad Græcos illi sermo erat, multos deos colentes, multosque dominos : propterea neque Filium Deum hic dixit, ne duos deos existimarent, ut quis multis diis assuevissent : neque Patrem Dominum appellavit, ne multos etiam dominos apud nos esse censerent. Hanc etiam ob causam neque Spiritus hic ullam fecit mentionem, auditorum imbecillitati parcens : quemadmodum neque prophetæ Filii aperte meminerunt, Judæorum causa, ne ipsi generationem affectibus obnoxiam intelligant. Unde et, « Unus, » continuo ponit; « Non est, » inquiens, « Deus, nisi unus; » et, « Unus Deus : » et, « unus Dominus. » Dixit itaque Patrem unum Deum, ad oppositionem deorum falso dictorum, et non Filii : et ad differentiam falsorum dominorum, non autem Patris, dixit unum Dominum ipsum Filium.

B « Καὶ εἷς Κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς, δι' οὗ τὰ πάντα, καὶ ἡμεῖς δι' αὐτοῦ. » Διὰ τοῦ Υἱοῦ τὰ πάντα εἰς τὸ εἶναι παρήχθη, καὶ ἡμεῖς δὲ δι' αὐτοῦ εἰς τὸ εἶναι παρήχθημεν, καὶ εἰς τὸ εὖ εἶναι, τουτέστι, πιστοὶ γενέσθαι, καὶ ἐκ πλάνης πρὸς τὴν ἀλήθειαν μετελθεῖν. Ἀκούων δὲ, « Εἷς Θεὸς ὁ Πατὴρ, » καὶ, « Εἷς Κύριος Ἰησοῦς Χριστός · » μὴ ἀποκεκληρῶσθαι νομίσῃς, τῷ μὲν Πατρὶ τὸ, « Θεός · » τῷ δὲ Υἱῷ τὸ, « Κύριος. » Ἀδιαφόρως γὰρ καὶ ὁ Υἱὸς Θεός· ὡς τὸ, « Ἐξ ὧν ὁ Χριστὸς τὸ κατὰ σάρκα, ὁ ὢν ἐπὶ πάντων Θεός · » καὶ αὖ, ὁ Πατὴρ, Κύριος, ὡς τὸ, « Εἶπεν ὁ Κύριος τῷ Κυρίῳ μου. » Ἀλλ' ἐπειδὴ πρὸς Ἕλληνας ἦν ὁ λόγος αὐτῷ, πολυθείαν πρεσβεύοντας καὶ πολυκυριότητα · διὰ τοῦτο, οὔτε καὶ τὸν Υἱὸν Θεὸν εἶπεν, ἵνα μὴ δύο θεοὺς νομίσωσιν, ἅτε πολυθείᾳ ἐνειθισμένοι · οὔτε καὶ τὸν Πατέρα Κύριον, ἵνα μὴ πολλοὺς κυρίους καὶ παρ' ἡμῖν εἶναι δόξωσι. Διὰ ταύτην δὲ τὴν αἰτίαν, οὐδὲ τοῦ Πνεύματος ἐμνήσθη ἐνταῦθα, φειδόμενος τῆς ἀσθενείας τῶν ἀκουόντων · ὥσπερ καὶ οἱ προφῆται τοῦ Υἱοῦ σαφῶς οὐ μέμνηνται, διὰ τοὺς Ἰουδαίους, ἵνα μὴ ἐμπαθῆ νομίσωσι τὴν γέννησιν· διὸ [85.86] τὸ, « Εἷς, » συνεχῶς τίθησι, λέγων, ὅτι « Οὐκ ἔστι Θεὸς εἰ μὴ εἷς · » καὶ, « Εἷς Θεός · » καὶ, « Εἷς Κύριος. » Καὶ πρὸς ἀντιδιαστολὴν τοίνυν τῶν ψευδωνύμων θεῶν, οὐχὶ τοῦ Υἱοῦ, εἶπεν ἕνα Θεὸν τὸν Πατέρα · καὶ πρὸς ἀντιδιαστολὴν τῶν ψευδωνύμων κυρίων, ἀλλ' οὐ τοῦ Πατρὸς, εἶπεν ἕνα Κύριον τὸν Υἱόν.

Sed non in omnibus est scientia. » Non omnes, inquit, sciunt unum esse Deum, et non multos, nihilque esse idola.

« Ἀλλ' οὐκ ἐν πᾶσιν ἡ γνῶσις. » Οὐ πάντες, φησὶν, ἴσασιν ὅτι εἷς Θεὸς, καὶ οὐ πολλοὶ, ἢ ὅτι οὐδέν εἰσι τὰ εἴδωλα.

Vers. 7. « Quidam autem cum conscientia idoli usque nunc, quasi idolothytum manducant, et con scientia ipsorum cum sit infirma polluitur. » « Quidam, » inquit, indefinite, nolens eos palam proferre. Namque **168** plurimi ab idolorum cultu ad Christum accesserant, qui usque nunc, id est, postquam etiam crediderant in Christum, idolothyta tanquam idolothyta manducant. « Cum conscientia » enim, inquit, « idoli : » hoc est, eamdem sententiam habentes de idolis, et putantes illa esse

« Ἔπινον γὰρ ἐκ τῆς πνευματικῆς ἀκολουθούσης πέτρας · ἡ δὲ πέτρα ἦν ὁ Χριστός. » Περὶ[20] μὲν οὖν τῆς τροφῆς οὐδὲν ἐδεήθη κατασκευῆς · αὐτόθεν γὰρ ἦν παρηλλαγμένη · ἐπὶ δὲ τοῦ ποτοῦ, ἐπειδὴ ὁ τρόπος τῆς χορηγίας μόνος παρηλλαγμένος ἦν, κατασκευῆς ἐδεήθη. Καί φησιν, ὅτι Οὐχ ἡ τῆς πέτρας φύσις τοῦτο ἐχορήγει (ἦ γὰρ ἂν καὶ πρὸ τούτου ἀνέβλυσεν), ἀλλ' ἑτέρα τις πνευματικὴ πέτρα τὸ πᾶν εἰργάσατο, τουτέστιν, ὁ Χριστός. Τὸ δὲ, « Ἀκολουθούσης, » εἶπεν, ἵνα δείξῃ, ὅτι αὐτὸς ἦν ὁ παρὼν αὐτοῖς πανταχοῦ, καὶ πάντα θαυματουργῶν.

Vers. 5. « Sed non in pluribus eorum beneplacitum est Deo : Nam prostrati sunt in deserto [h], » Quanquam Deus multa dilectionis suæ signa illis ostenderat, tantisque bonis dignatus erat : attamen in plerisque eorum non est oblectatus : id enim significat, οὐδόκησεν. Non enim omnes reprobati sunt, sed plerique. Cum autem, « Pluribus, » dicit, ostendit quod nihil eos juverit multitudo : siquidem ipsi erga benefactorem dilectionis indicium non dederant. Porro, per « Prostrati sunt, » subitam

« Ἀλλ' οὐκ ἐν τοῖς πλείοσιν αὐτῶν εὐδόκησεν ὁ Θεός · κατεστρώθησαν γὰρ ἐν τῇ ἐρήμῳ. » Εἰ καὶ ἀγάπης τεκμήρια πολλὰ ἐπεδείξατο ὁ Θεὸς πρὸς αὐτοὺς, καὶ τοσούτων αὐτοὺς ἀγαθῶν ἠξίωσεν · ὅμως οὐκ ἠρέσθη, φησὶν, ἐπὶ τοῖς πλείοσιν αὐτῶν · τοῦτο γὰρ τὸ, « Εὐδόκησεν. » Οὐ γὰρ ἀπεδοκιμάσθησαν πάντες, ἀλλ' οἱ πλείους. Διὰ δὲ τοῦ εἰπεῖν, « Τοῖς πλείοσι, » δηλοῖ καὶ ὅτι τὸ πλῆθος αὐτοὺς οὐδὲν ὤνησε, διότι τὰ τῆς ἀγάπης αὐτοὶ οὐκ ἐπεδείκνυντο πρὸς τὸν εὐεργέτην[21]. Διὰ δὲ τοῦ, « Κατεστρώθησαν, »

[h] Psal. CVI, 14.

Variæ lectiones.

[16] προσέθεντο, ἤτοι παρέχοι. o. [17] ἐβαπτίζοντο! o. [18] πρώτου o. [19] διότι o. [20] ἐπί o. [21] δεσπότην m.

τὴν ἀθρόαν αὐτῶν ἀπώλειαν, καὶ τὰς θεηλάτους κολάσεις ἐμφαίνει.

« Ταῦτα δὲ τύποι ἡμῶν ἐγενήθησαν, εἰς τὸ μὴ εἶναι ἡμᾶς ἐπιθυμητὰς τῶν κακῶν, καθὼς κἀκεῖνοι ἐπεθύμησαν. » Ὥσπερ αἱ εὐεργεσίαι τύποι ἦσαν, οὕτω καὶ αἱ κολάσεις. Δείκνυσι δὲ, οὐχ ὅτι κολασθήσονται μόνον, ἀλλ' ὅτι καὶ μειζόνως ἢ ἐκεῖνοι, ὅσῳ ἐκεῖνα μὲν τύπος, ταῦτα δὲ ἀλήθεια. Καὶ ὥσπερ ἐν ταῖς δωρεαῖς ἡ ὑπεροχὴ, οὕτω καὶ ἐν ταῖς κολάσεσιν. Εἰπὼν δὲ, « Ἐπιθυμητὰς κακῶν, » καθολικῶς περὶ πάσης κακίας λέγει, ἐπειδὴ καὶ πᾶσα κακία ἐξ ἐπιθυμίας. Εἶτα καὶ κατ' εἶδος τίθησι τὰς κακίας. Τί δὲ ἐκεῖνοι ἐπεθύμησαν; Σκόροδα, κρέα, θεοὺς ἰδίους, ὡς καὶ αὐτὸς διὰ τῶν ἑξῆς δηλοῖ τὴν εἰδωλολατρείαν αὐτῶν.

« Μηδὲ εἰδωλολάτραι γίνεσθε, καθώς τινες αὐτῶν, ὥσπερ γέγραπται · Ἐκάθισεν ὁ λαὸς φαγεῖν, καὶ πιεῖν, καὶ ἀνέστησαν παίζειν. » Πρῶτον τούτων καθάπτεται τῶν ἐν τοῖς εἰδωλείοις ἐσθιόντων, καὶ δείκνυσιν, ὅτι ὥσπερ ἐκεῖνοι ἀπὸ γαστριμαργίας εἰς εἰδωλολατρείαν ἔπεσον (χοροὺς γὰρ στήσαντες περὶ τὸν μόσχον, ἔπαιζον ἔμπροσθεν αὐτοῦ · » οὕτω καὶ ὑμᾶς κίνδυνος εἰς ταύτην πεσεῖν, ἀπὸ τοῦ τὰ εἰδωλόθυτα διὰ γαστριμαργίαν ἐσθίειν. Ὥστε, ποῦ ἡ δοκοῦσα τελειότης σου, ὅταν εἰς εἰδωλολατρείαν ἐξάγῃ ;

« Μηδὲ πορνεύωμεν [22], καθώς τινες αὐτῶν ἐπόρνευσαν, καὶ ἔπεσον ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ εἴκοσι τρεῖς χιλιάδες. » Πάλιν τῆς πορνείας μέμνηται, τῇ συνεχείᾳ τοῦ ἐλέγχου ἀνυσιμώτερον τὸν λόγον ποιῶν. Καὶ αὕτη δὲ ἡ ἁμαρτία ἀπὸ γαστριμαργίας γίνεται. Πότε δὲ ἔπεσον εἴκοσι τρεῖς χιλιάδες; Ὅτε κατὰ τὴν συμβουλὴν Βαλαὰμ αἱ Μαδιανίτιδες γυναῖκες ἐπὶ τῆς παρατάξεως φανεῖσαι, τοὺς νεωτέρους ἐφειλκύσαντο, καὶ διὰ τῆς πορνείας εἰς τὸ θῦσαι τῷ Βεελφεγὼρ ἐξεκαλέσαντο τούτους, καὶ ἔπεσεν ὁ λαὸς ἐν τῇ παρατάξει.

« Μηδὲ ἐκπειράζωμεν τὸν Χριστὸν, καθὼς καί τινες αὐτῶν ἐπείρασαν [23], καὶ ὑπὸ τῶν ὄφεων ἀπώλοντο. » Ἐμφαίνει, ὅτι οἱ Κορίνθιοι ἐπείραζον, σημεῖα ἐπιζητοῦντες.

« Μηδὲ γογγύζετε, καθὼς καί τινες αὐτῶν ἐγόγγυζον, καὶ ἀπώλοντο ὑπὸ τοῦ ὀλοθρευτοῦ. « Τουτέστι, δυνάμεώς τινος τιμωρητικῆς. Αἰνίττεται δὲ αὐτοὺς καὶ διὰ τούτου, ὅτι ἐν τοῖς πειρασμοῖς οὐκ ἔφερον γενναίως, ἀλλ' ἐγόγγυζον λέγοντες · Πότε ἥξει τὰ ἀγαθά; καὶ ἕως πότε αἱ κακώσεις;

« Ταῦτα δὲ πάντα τύποι συνέβαινον ἐκείνοις · ἐγράφη δὲ πρὸς νουθεσίαν ἡμῶν, εἰς οὓς τὰ τέλη τῶν αἰώνων κατήντησε. » Φοβεῖ αὐτοὺς τῷ τε εἰπεῖν, ὅτι « Πρὸς νουθεσίαν ἡμῶν ἐγράφη, » καὶ ὀφείλομεν λοιπὸν καὶ ἡμεῖς προσδοκᾷν κολάσεις, καὶ φρικωδεστέρας, ὅσῳ καὶ μειζόνων ἀπηλαύσαμεν δωρεῶν · καὶ τῷ ἀφιστᾷν αὐτοῖς τὸ τέλος, καὶ δεικνύναι, ὅτι

A eorum destructionem indicat, pœnasque divinitus illatas.

Vers. 6. « Hæc autem figuræ nostræ fuerunt, ut non simus concupiscentes malorum, sicut et illi concupierunt. » Quemadmodum beneficia typi fuerunt, ita et pœnæ. Indicat autem quod non solum pœna afficientur, verum etiam tanto majore quam illi, quanto illa quidem typus fuerint, ista vero, veritas : ac quemadmodum in donis præcellebant, sic et in pœnis. Dicens autem « Concupiscentes malorum, » generatim de omni malitia loquitur, quandoquidem et omne vitium ex concupiscentia oritur. Deinde speciatim ita vitia recenset. Quid autem illi expetiverint? Allia, carnes, proprios deos, uti et ipse per ea quæ sequuntur eorum

B idololatriam patefacit.

Vers. 7. « Neque idololatræ efficiamini, sicut quidam ex ipsis, quemadmodum scriptum est : Sedit populus manducare et bibere, et surrexerunt ludere [1]. » Primum eos carpit, qui in idolorum delubris epulabantur, ostendens quod, quemadmodum illi a gulositate ad idolorum cultum delapsi sint (choros enim statuentes circa vitulum, ludebant ante ipsum), sic periculum est, ne et vos ad idololatriam provolvamini, cum ex gulæ suasu idolis immolata editis. Ubinam igitur perfectio tua, si ad idololatriam perduceris?

Vers. 8. « Neque **179** fornicemur, sicut quidam ex ipsis fornicati sunt, et ceciderunt uno die viginti tria millia. » Rursus scortationis meminit, ex frequentia reprehensionis orationem efficaciorem faciens. Peccatum autem istud a gastrimargia proficiscitur. Quando vero viginti tria millia ceciderunt? Quando juxta consilium Balaam, Madianitides mulieres apud exercitum visæ, juvenes ad sese pertraxerunt, atque eos per scortationem pelliciebant, ut sacrum facerent Beelphegor, ac cecidit populus in acie.

Vers. 9. « Neque tentemus Christum, quemadmodum et quidam ipsorum tentaverunt, et a serpentibus perierunt. » Innuit Corinthios tentasse, dum signa quærerent.

Vers. 10. « Neque murmuretis, ut quidam ipsorum murmurarunt et perierunt ab exterminatore. » Hoc est, a virtute quapiam pœnam infligente. Per hoc autem innuit, quod in tentationibus impatientes fuerint, nec eas æquo animo pertulerint, sed murmuraverint, dicentes : Quando venient bona? et quandiu duratura est afflictio?

Vers. 11. « Hæc autem omnia in figura contingebant illis : scripta sunt autem ad correptionem nostram, in quos fines sæculorum devenerunt. » Perterret eos, et cum dicit, « Hæc scripta sunt ad correptionem nostram, » pœnasque nos in posterum exspectare debemus, easque tanto magis tremendas, quanto majora beneficia accepimus : et cum dicit

[1] Exod. XXXII, 6.

Variæ lectiones.

[22] πορνεύσωμεν O. [23] ἐξεπείραζον O.

finem ipsis imminere, ostenditque quod supplicia non temporaria, sed immortalia, vos suscitabat. Tribunal enim illud jam nunc præ foribus est, quandoquidem mundi ætates transierint.

A οὐ πρόσκαιροι τιμωρίαι, ἀλλ' αἱ μετὰ τὴν συντέλειαν ἀθάνατοι διαδέξονται ὑμᾶς. Ἤδη γὰρ τὸ δικαστήριον ἐκεῖνο ἐπὶ θύραις, ἐπειδὴ τελευτῶσιν οἱ τοῦ κόσμου αἰῶνες.

Vers. 12. « Itaque qui se existimat stare, videat ne cadat. » Rursum eos innuit, qui scientiæ nomine intumescebant. Quanquam enim te stare existimas, metue, inquit, ne cadas. Nam ipsum sane confidere, quod stes, indicio est quod non stes : videris enim; non revera stas. Ac etiamsi maxime stes, facilis est per arrogantiam lapsus.

« Ὥστε ὁ δοκῶν ἑστάναι βλεπέτω μὴ πέσῃ. » Πάλιν τοὺς ἐπὶ τῇ γνώσει μέγα φρονοῦντας αἰνίττεται. Εἰ γὰρ καὶ ἑστάναι νομίζεις, εὐλαβοῦ [24], φησί, μὴ πέσῃς · καὶ αὐτὸ μὲν γὰρ τὸ θαρρεῖν, ὅτι ἕστηκας, οὐδὲ ἑστάναι ἐστί. Δοκεῖς γὰρ, οὐκ ἀληθῶς ἕστηκας · εἰ δὲ καὶ ἔστιν, εὐχερὴς ἐξ ἀπονοίας ἡ πτῶσις.

Vers. 13. « Tentatio vos non cepit, nisi humana. Fidelis autem Deus, qui non patietur vos tentari supra id quod potestis, sed faciet etiam cum tentatione proventum, ut possitis sustinere. » Quia perterrefecit eos dicens, « Qui se existimat stare, videat ne cadat, » essent vero, qui non paucas jam tentationes sustinuissent; ne dicerent, Quid nos perterrefacis? multas enim perpessi tentationes, non tamen succubuimus, ait, Non cepit vos tentatio nisi modica et moderata : humanum enim ubique modicum vocat. Deinde rursus consolatur, persuadens eis, ut in Deum intueantur, qui fidelis est, hoc est, verus, nec mentietur unquam. Promisit **180** enim, « Venite, » inquiens, « qui laboratis, et ego reficiam vos [j]. » Non sinet igitur vos tentari ultra vires vestras, sed tentationem viribus vestris respondentem adoriri vos faciet. Imo quævis tentatio vires vestras exsuperat, nisi ille auxilietur vobis, et felicem eventum præbeat, hoc est, liberationem a tentationibus, cum tentatione : hoc est, celerem, et simul atque invaserit tentatio; ita ut ob subitam liberationem ea vobis tolerabilis efficiatur. « Faciet enim exitum, » inquit, « ut vos sufferre queatis : » hoc est, ut facilis vobis videatur tentatio et tolerabilis.

« Πειρασμὸς ὑμᾶς οὐκ εἴληφεν, εἰ μὴ ἀνθρώπινος · πιστὸς δὲ ὁ Θεὸς, ὃς οὐκ ἐάσει ὑμᾶς πειρασθῆναι ὑπὲρ ὃ δύνασθε, ἀλλὰ σὺν τῷ πειρασμῷ ποιήσει καὶ B τὴν ἔκβασιν, τοῦ δύνασθαι ὑμᾶς ὑπενεγκεῖν. » Ἐπειδὴ ἐφόβησεν αὐτοὺς, εἰπών · « Ὁ δοκῶν ἑστάναι βλεπέτω μὴ πέσῃ · » ἦσαν δὲ πολλοὺς ὑπενεγκόντες ἤδη πειρασμοὺς, ἵνα μὴ λέγωσι · Τί ἡμᾶς ἐκφοβεῖς; πολλοὺς γὰρ ὑπομείναντες πειρασμοὺς οὐ πεπτώκαμεν · φησὶν, ὅτι Οὐκ εἴληφεν ὑμᾶς πειρασμὸς, εἰ μὴ μικρὸς καὶ σύμμετρος · ἀνθρώπινον γὰρ πανταχοῦ τὸ μικρὸν καλεῖ. Εἶτα παραμυθεῖται πάλιν, ἐπὶ τὸν Θεὸν ἀφορᾷν αὐτοὺς πείθων, ὃς πιστός ἐστι, τουτέστιν, ἀληθὴς, καὶ οὐ διαψεύσεται. Ἐπηγγείλατο γάρ · « Δεῦτε, οἱ κοπιῶντες, καὶ ἀναπαύσω ὑμᾶς. » « Οὐκ ἐάσει οὖν πειρασθῆναι ὑμᾶς ὑπὲρ ὃ δύνασθε, » ἀλλὰ τὸν πειρασμὸν ἀνάλογον τῇ ὑμῶν δυνάμει ποιήσει ἐπελθεῖν · μᾶλλον δὲ πᾶς πειρασμὸς μείζων τῆς ὑμετέρας [25] δυνάμεως, εἰ μὴ ἐκεῖνος βοηθήσει, C « καὶ ποιήσει τὴν ἔκβασιν, » ὅ ἐστι, τὴν ἀπαλλαγὴν τοῦ πειρασμοῦ, « σὺν τῷ πειρασμῷ · » τουτέστι, ταχεῖαν, καὶ ἅμα τῷ ,ἐπελθεῖν ὑμῖν [26] τὸν πειρασμόν · ὥστε καὶ διὰ τὴν ταχεῖαν ἀπαλλαγὴν φορητὸν ὑμῖν γενέσθαι τοῦτον. « Ποιήσει γὰρ τὴν ἔκβασιν, » φησὶν, ἕνεκεν « τοῦ [27] δυνηθῆναι ὑμᾶς ὑπενεγκεῖν · » τουτέστιν, ἐλαφρὸν ὑμῖν φανῆναι τὸν πειρασμὸν καὶ ἀνεκτόν.

Vers. 14. « Propterea, fratres mei, fugite ab idolorum cultura. » Cum eos abunde satis increpuisset, tandem medetur ipsis, fratres vocans. Nondum tamen prohibet, quominus idolothytis abstineant, ne fratres offendat; sed rem ipsam in seipsa consideratam vituperat, idololatriam vocans, subitumque ab illa secessum postulans. « Fugite » enim, inquit.

« Διόπερ, ἀδελφοί μου, φεύγετε ἀπὸ τῆς εἰδωλολατρείας. » Ἐπειδὴ ἱκανῶς αὐτῶν καθήψατο, θεραπεύει λοιπὸν, ἀδελφοὺς αὐτοὺς καλῶν · οὐκέτι δὲ, διὰ τὴν τῶν ἀδελφῶν βλάβην, κωλύει αὐτοὺς ἀπὸ τῶν εἰδωλοθύτων, ἀλλ' αὐτὸ καθ' αὑτὸ τὸ πρᾶγμα διαβάλλει, εἰδωλολατρείαν ὀνομάζων, καὶ τὴν ταχεῖαν ἀπ' αὐτοῦ ἀναχώρησιν ἀπαιτῶν. « Φεύγετε » γὰρ, φησίν. D

Vers. 15. « Tanquam prudentibus loquor, judicate vos quod dico. Quia magnam illis culpam inussit, idololatriam nominans id quod patrabant, verbi asperitatem mitigat, ipsosque reos judices constituit (id quod illius est, qui propriis rationibus ceu veris confidit). Non opus habeo, inquit, aliis judicibus, vos tanquam prudentes judicate.

« Ὡς φρονίμοις λέγω, κρίνετε ὑμεῖς ὅ φημι. » Ἐπειδὴ μέγα ἔγκλημα αὐτοῖς προσῆψεν, εἰδωλολατρείαν ὀνομάσας ὃ ἐποίουν, καταλεαίνει τὸ τραχὺ τοῦ λόγου, καὶ αὐτοὺς τοὺς ὑπευθύνους κριτὰς καθίζει (ὅπερ θαρροῦντός ἐστι τοῖς οἰκείοις λόγοις [28], ὡς ἀληθέσι), καὶ φησιν · Οὐ δέομαι ἑτέρων δικαστῶν, ὑμεῖς ὡς φρόνιμοι κρίνετε.

Vers. 16. « Calix benedictionis, cui benedicimus, nonne communicatio sanguinis Christi est? » Hoc est, Eucharistiæ. Manibus enim eum tenentes, be-

« Τὸ ποτήριον τῆς εὐλογίας, ὃ εὐλογοῦμεν, οὐχὶ κοινωνία τοῦ αἵματος τοῦ Χριστοῦ ἐστιν; » Τουτέστι, τῆς Εὐχαριστίας. Ἐπὶ χεῖρας γὰρ αὐτὸ ἔχοντες

[j] Matth. XI, 28.

Variæ lectiones.

[24] ἀλλὰ φοβοῦ m. [25] ἡμετέρας o. [26] ἡμῖν o. [27] ὥστε m. [28] λογισμοῖς o.

εὐλογοῦμεν καὶ εὐχαριστοῦμεν τῷ τὸ αἷμα αὐτοῦ ὑπὲρ ἡμῶν ἐκχέαντι, καὶ ἀῤῥήτων ἀγαθῶν ἀξιώσαντι. Οὐκ εἶπε δὲ, Μετοχὴ, ἀλλὰ, « Κοινωνία, » ἵνα πλέον τι δηλώσῃ, τὴν ἄκραν ἕνωσιν δηλαδή. Ὃ δὲ λέγει, τοιοῦτόν ἐστιν, ὅτι Τοῦτο τὸ ἐν τῷ ποτηρίῳ ὄν, ἐκεῖνό ἐστι τὸ ἀπὸ τῆς πλευρᾶς ῥεῦσαν· καὶ ἐκείνου μεταλαμβάνοντες, [καὶ] κοινωνοῦμεν, τουτέστιν, ἑνούμεθα τῷ Χριστῷ. Οὐκ αἰσχύνεσθε οὖν, ὦ Κορίνθιοι, ἐπὶ τὸ ποτήριου τῶν εἰδώλων τρέχοντες, ἀπὸ τούτου τοῦ] ποτηρίου τοῦ τῶν εἰδώλων ὑμᾶς [29] ἀπαλλαξαντος;

« Τὸν ἄρτον ὃν κλῶμεν, οὐχὶ κοινωνία τοῦ σώματος τοῦ Χριστοῦ ἐστι; » Ὅπερ ἐπὶ τοῦ σταυροῦ οὐ πέπονθεν ὁ Κύριος (ὀστοῦν γὰρ αὐτοῦ οὐ συνετρίβη), τοῦτο νῦν ὑπομένει, δι' ἡμᾶς κατακλώμενος. « Ὃν » γὰρ « κλῶμεν, » φησί. « Κοινωνία δὲ τοῦ σώματος τοῦ Χριστοῦ ἐστιν, » εἶπεν, ἀντὶ τοῦ, Ὥσπερ ἐκεῖνο τὸ σῶμα ἥνωται τῷ Χριστῷ, οὕτω καὶ ἡμεῖς αὐτῷ διὰ τοῦ ἄρτου τούτου ἑνούμεθα.

« Ὅτι εἷς ἄρτος, καὶ ἓν σῶμα οἱ πολλοί ἐσμεν. » Ἐπειδὴ εἶπε· « Κοινωνία τοῦ σώματός ἐστι· » τὸ δὲ κοινωνοῦν ἕτερόν ἐστιν ἐκείνου οὗ κοινωνεῖ· νῦν δείκνυσι τὸ μεῖζον, καί φησιν, ὅτι αὐτό ἐσμεν ἐκεῖνο τὸ σῶμα. Τί γάρ ἐστιν ὁ ἄρτος; Σῶμα Χριστοῦ. Τί δὲ γίνονται οἱ μεταλαμβάνοντες; Σῶμα Χριστοῦ· οὐχὶ σώματα πολλά, ἀλλὰ σῶμα ἕν. Καθάπερ γὰρ ὁ ἄρτος ἐκ πολλῶν κόκκων εἷς γίνεται· οὕτω καὶ ἡμεῖς, πολλοὶ ὄντες, ἓν γινόμεθα σῶμα Χριστοῦ.

« Οἱ γὰρ πάντες ἐκ τοῦ ἑνὸς ἄρτου μετέχομεν. » Ὥστε καὶ σῶμα ἓν ἐσμεν. Πῶς οὖν οὐ φυλάττομεν τὴν ἀγάπην, καὶ γινόμεθα καὶ κατὰ τοῦτο ἕν; Καίτοι γε ὁ Θεὸς, φησὶ, τὸ σῶμα αὐτοῦ διὰ τοῦτο δίδωσιν ἡμῖν, ἵνα ἑνώσῃ ἡμᾶς, καὶ πρὸς ἑαυτὸν, καὶ πρὸς ἀλλήλους. Ἐπειδὴ γὰρ ἡ προτέρα τῆς σαρκὸς φύσις ἐφθάρη ὑπὸ τῆς ἁμαρτίας, καὶ ζωῆς ἐγένετο ἔρημος, ἔδωκεν ἡμῖν τὴν ἑαυτοῦ ἀναμάρτητον καὶ ζωηράν, ὁμοίαν δὲ ἡμῖν σάρκα, ὡς ἂν αὐτῆς μεταλαμβάνοντες, πρὸς αὐτὴν ἀνακραθῶμεν, καὶ ζήσωμεν ἀναμαρτήτως, ὡς ἔνεστι.

« Βλέπετε τὸν Ἰσραὴλ κατὰ σάρκα· οὐχὶ οἱ ἐσθίοντες τὰς θυσίας κοινωνοί τοῦ θυσιαστηρίου εἰσίν; » Ἀπὸ τῶν παχυτέρων, φησί, παιδεύθητε, ὅτι κοινωνία εἰδώλων ἐστὶ τὸ παρ' ὑμῶν γενόμενον [*f.* γιν.]. « Κατὰ σάρκα δὲ Ἰσραὴλ, » εἶπεν, ὡς αὐτῶν κατὰ Πνεῦμα ὄντων. Σκόπει δὲ, πῶς ἐπὶ μὲν τῶν Ἰουδαίων οὐκ εἶπεν, ὅτι τῷ Θεῷ κοινωνοῦσιν, ἀλλὰ, « Κοινωνοὶ τοῦ θυσιαστηρίου εἰσί. » Καὶ γὰρ [30] τῷ Θεῷ ἀφοριζόμενον, τῷ θυσιαστηρίῳ ἐπιτιθέμενον, κατεκαίετο· ἐπὶ δὲ τοῦ σώματος τοῦ Χριστοῦ, οὐχ οὕτως· ἀλλὰ κοινωνία τοῦ σώματος τοῦ Χριστοῦ ἐστιν. Οὐ γὰρ τοῦ θυσιαστηρίου, ἀλλ' αὐτοῦ τοῦ Χριστοῦ [31] κοινωνοὶ γινόμεθα. Δείσας οὖν, μήποτε ὑπολάβωσιν οἱ ἀκούοντες, ὅτι ἐπεὶ ὁ τὴν θυσίαν ἐκεῖ προσδεχόμενος Θεὸς, ἠδύνατο βλάψαι, ἆρα καὶ τὰ τὴν θυσίαν ἐνταῦθα λαμβάνοντα εἴδωλα δύνανται βλάψαι τοὺς μὴ θύοντας, ἐπήγαγε·

nedi cimus ei, et gratias agimus ei, qui sanguinem A suum pro nobis effudit, ineffabiliaque bona in nos contulit. Non dixit autem, Participatio, sed « Communicatio, » ut aliquid excellentius indicet, summam puta unionem. Quod autem dicit, hujusmodi est : Hoc quod in calice est, illud est quod ex Christi latere effluxit : et ex eo accipientes, communicamus, hoc est, unimur Christo. Nonne itaque vos pudet, o Corinthii, ab isto calice qui vos ab idolis liberavit, ad idolorum poculum accurrere?

« Panis quem frangimus, nonne communicatio corporis Christi est?» Quod Dominus in cruce non patiebatur (os enim ejus nullum est contritum) hoc jam sustinet, cum propter nos frangitur. In- B quit enim, « Quem frangimus. »—« Communio » autem « corporis Christi est, » pro eo dixit quod est, Quemadmodum illud corpus Christo unitum est, sic et nos ipsi per panem hunc unimur.

Vers. 17. « Quoniam unus panis, et unum corpus multi sumus. » Quia dixerat, « Communicatio **181** corporis est, » communicans autem aliud est ab eo cujus particeps est : jam majus quiddam demonstrat, inquiens, Quod illud ipsum corpus sumus. Quid enim est panis? corpus Christi. Quid autem fiunt illi qui participent? corpus Christi : non corpora multa, sed unum corpus. Quemadmodum enim panis ex multis granis unus efficitur, sic et nos, multi cum simus, unum efficimur corpus Christi. C « Omnes enim ex uno pane participamus. » Itaque et unum sumus. Quare igitur charitatem non observamus, et unum secundum hoc quoque efficimur? Atqui Deus, inquit, propterea corpus suum nobis tradit, ut uniat nos, cum erga seipsum, tum nos inter nos mutuo. Quia enim prior carnis nostræ natura corrupta erat a peccato, vitaque destituta, dedit nobis suam ipse omnis peccati expertem, et vivam, similem tamen nobis carnem, ut eam assumentes, in ipsam permisceamur, et sine peccato vivamus quatenus licet.

Vers. 18. « Videte Israël secundum carnem. Nonne qui edunt hostias, altaris sunt participes? » A crassioribus exemplis, inquit, discite quod idolorum communio sit id quod a vobis geritur. Dixit D autem, « Israël secundum carnem, » quasi ipsi sint secundum Spiritum. Reputa vero tecum quod non dixerit de Judæis, quod cum Deo communicent, sed « Participes altaris sunt. » Nam id, quod Deo segregatum erat, aræ impositum comburebatur. In corpore autem Christi non sic se res habet : sed est communicatio corporis Christi. Non enim aræ, sed ipsius Christi participes efficimur. Metuens igitur, ne illi audientes quod Deus sacrificium illic accipiens, nocendi potestatem habet, suspicentur idola etiam istic sacrificium accipientia, iis, qui non sacrificant, nocere posse, intulit :

Variæ lectiones.

[29] ἡμᾶς o. [30] καὶ γὰρ κατεκαίετο τὸ ἐπιτιθέμενον o. [31] Κυρίου o.

VERS. 19. « Quid igitur dico? Non quod idolum aliquid sit, aut quod idolis immolatum sit aliquid? » Non quasi idolis vis aliqua inesset, et vel nocere vel prodesse potuissent, idcirco ab iis vos abduco (neque enim quidquam sunt omnino) verum quod non offeratur victima Domino tuo. Infert igitur :

VERS. 20. « Sed quod quæ gentes immolant, dæmoniis immolent, et non Deo. » Ne igitur accurrite ad hostes Domini vestri. Nam si, mensa regia dimissa, ad condemnatorum mensam accurreres, omnino peccares; non quod noceret illa quidquam aut juvaret, cæterum quod injuria istud videretur mensæ regiæ.

« Nolo autem vos participes dæmoniorum fieri. » Si enim mysticam mensam participantes, Christo communicant : dæmonum mensam participantes, dæmonibus haud dubio communicant.

VERS. 21. « **182** Non potestis calicem Domini bibere, et calicem dæmoniorum. » Cum per modum adhortationis dixerat, Nolo vos participes esse dæmoniorum, ne admonitio ista flocci pendatur, per modum sententiæ negativæ nunc illud ipsum posuit, « Non potestis, » inquiens, « calicem Domini bibere, et calicem dæmoniorum. »

« Non potestis mensæ Domini participes esse, et mensæ dæmoniorum. » Ex solis nominibus probat, quod ab idolothytis abstinere oporteat.

VERS. 22. « An provocamus Dominum? Numquid fortiores eo sumus? » Quo pudefaciat ipsos, hoc posuit : Num tentamus, inquit, et lacessimus Deum, utrum punire nos possit, ad hostes ejus secedentes? Deinde ad absurdum perducens orationem, « Numquid fortiores, » inquit, « ipso sumus? » dictum illud Mosaicum valde acriter iis in memoriam revocans : « Provocarunt me in non Deo : ad iracundiam me concitaverunt in idolis suis [k]. »

VERS. 23. « Omnia mihi licent, sed non omnia expediunt. » Ne quis illi objiciat : Tantisper dum pura cum conscientia manducavero, istud faciendi potestatem habeo : Certe, inquit, omnia tibi licent, quandoquidem proprii arbitrii dominus a Deo conditus es : verum hoc ipsum ut edas, non omnino tibi expedit. Isthac enim progrediens, in idola propendebis, ipsorum mensas frequenter participando.

« Omnia mihi licent, at non omnia ædificant. » Neque tibi prodest, inquit, sicut et antea dixi, neque fratri tuo : ipsum enim non ædificat, quin potius destruit ac evertit ipsius fidem. Cum itaque neque te, neque fratrem adjuvet, quid hoc facis?

VERS. 24. « Nemo quod suum est quærat, sed quisque quod proximi est. » Ne quæras num tu

[k] Deut. XXXII, 21.

A « Τί οὖν φημι; ὅτι εἰδωλόν τί ἐστιν; ἢ ὅτι εἰδωλόθυτόν τί ἐστιν [32]; » Οὐχ ὡς ἰσχύν τινα ἐχόντων τῶν εἰδώλων, καὶ δυναμένων βλάψαι ἢ ὠφελῆσαι, ἀπάγω τούτων ὑμᾶς· οὐδὲ γὰρ εἰσὶν ὅλως· ἀλλ' ὅτι οὐ προσάγεται τὸ θυόμενον τῷ Δεσπότῃ τῷ σῷ. Ἐπιφέρει οὖν·

« Ἀλλ' ὅτι ἃ θύει τὰ ἔθνη, δαιμονίοις θύει, καὶ οὐ Θεῷ. « Μὴ τοίνυν τρέχετε ἐπὶ τοὺς ἐχθροὺς τοῦ Δεσπότου ὑμῶν· καὶ γὰρ εἰ βασιλικὴν ἀφεὶς τράπεζαν, ἔτρεχες ἐπὶ τὴν τῶν καταδίκων, πάντως ἡμάρτανες· οὐχ ὅτι ἔβλαπτεν ἐκείνη, ἢ ὠφέλει [33], ἀλλ' ὅτι ὕβρις ἐδόκει τοῦτο τῆς βασιλικῆς τραπέζης [33*].

B « Οὐ θέλω δὲ ὑμᾶς κοινωνοὺς τῶν δαιμονίων γίνεσθαι. » Εἰ γὰρ τῆς μυστικῆς τραπέζης μετέχοντες, κοινωνοῦσι Χριστῷ· οἱ δαιμόνων τραπέζης μετέχοντες, δῆλον ὅτι δαίμοσι κοινωνοῦσιν.

« Οὐ δύνασθε ποτήριον Κυρίου πίνειν, καὶ ποτήριον δαιμονίων. » Ἐπειδὴ ἐν τάξει παραινέσεως εἶπεν· « Οὐ θέλω ὑμᾶς κοινωνοὺς τῶν δαιμονίων γίνεσθαι· » ἵνα μὴ παραίνεσις καταφρονηθῇ, ἐν τάξει ἀποφάσεως νῦν αὐτὸ τέθεικεν, εἰπών· « Οὐ δύνασθε ποτήριον Κυρίου πίνειν, καὶ ποτήριον δαιμονίων. »

« Οὐ δύνασθε τραπέζης Κυρίου μετέχειν, καὶ τραπέζης δαιμονίων. » Ἐκ μόνων τῶν ὀνομάτων κατασκευάζει, τὸ δεῖν ἀπέχεσθαι τῶν εἰδωλοθύτων.

C « Ἢ παραζηλοῦμεν τὸν Κύριον; μὴ ἰσχυρότεροι αὐτοῦ ἐσμεν; Ἐντρεπτικῶς τοῦτο τέθεικεν. Ἢ πειράζομεν, φησὶ, καὶ παρακνίζομεν τὸν Θεὸν, εἰ δύναται κολάσαι ἡμᾶς πρὸς τοὺς ἐχθροὺς αὐτοῦ ἀποχωροῦντας; Εἶτα εἰς ἄτοπον ἀπάγων τὸν λόγον, φησί· « Μὴ ἰσχυρότεροι αὐτοῦ ἐσμεν; » ἀναμιμνήσκων [34] σφόδρα πληκτικῶς τῆς Μωσαϊκῆς ῥήσεως· « Παρεζήλωσάν με ἐπ' οὐ Θεῷ, παρώργισάν με ἐν [35] τοῖς εἰδώλοις αὐτῶν. »

D « Πάντα μοι ἔξεστιν, ἀλλ' οὐ πάντα συμφέρει. » Ἵνα μή τις εἴπῃ αὐτῷ, ὅτι Μετὰ καθαρᾶς ἐσθίων συνειδήσεως ἐξουσίαν ἔχω τοῦτο ποιεῖν· Ναὶ, φησὶ, πάντα μέν σοι ἔξεστιν, [36] ἐπειδὴ αὐτὸς παρὰ Θεοῦ αὐτεξούσιος γέγονας· ἀλλ' οὐ πάντως συμφέρει σοι τὸ ἐσθίειν· ὁδῷ γὰρ προβαίνων, διάθεσιν ἕξεις πρὸς τὰ εἴδωλα, τῷ συνεχῶς κοινωνεῖν τῶν τραπεζῶν αὐτῶν.

« Πάντα μοι ἔξεστιν, ἀλλ' οὐ πάντα οἰκοδομεῖ. » Οὔτε σοὶ συμφέρει, φησὶ, καθὸ καὶ προλαβὼν εἶπον, οὔτε τῷ ἀδελφῷ σου· οὐ γὰρ οἰκοδομεῖ αὐτὸν, ἀλλὰ μᾶλλον καθαιρεῖ, καὶ κατασκάπτει τὴν πίστιν αὐτοῦ. Ὥστε ἐπεὶ οὔτε σὲ ὠφελεῖ, οὔτε τὸν ἀδελφὸν, τί τοῦτο ποιεῖς;

« Μηδεὶς τὸ ἑαυτοῦ ζητείτω, ἀλλὰ τὸ τοῦ πλησίον ἕκαστος. » Μὴ ζήτει τοῦτο, εἰ σὺ ἐσθίεις καθαρᾷ

Variæ lectiones.

[32] ἐφοβήθη μήπως δόξωσι ταῦτα λέγειν αὐτὸν ὡς ἰσχὺν ἐχόντων τῶν εἰδώλων. Καί φησιν ὅτι οὐχ ὡς δυναμένων βλάψαι ἢ ὠφελῆσαι τῶν εἰδώλων, ἀπάγω τούτων ὑμᾶς m. *Sit aliquid. Timebat, ne hæc eum dicere, putarent, quasi idolis vis aliqua inesset : unde ait : Non quia illa obesse possint, aut prodesse, idcirco ab iis vos abduco.* [33] ἔβλαπτες ἐκείνην ἢ ὠφέλεις o. [33*] δεσποτικῆς o. [34] ἀναμιμνήσκει δὲ o. [35] ἐπὶ o. [36] ἀλλ' οὐ πάντα συμφέρει.

συνειδήσει, ἀλλ' εἰ τὸν ἀδελφὸν οἰκοδομεῖ τὸ γινόμενον. Πολλαχοῦ δὲ [37] τῶν Ἐπιστολῶν τοῦτο τίθησιν, ὡς ἀναγκαιότατον. Οὐχ ἁπλῶς δὲ κελεύει μὴ ζητεῖν τὸ οἰκεῖον συμφέρον, ἀλλ' ὅταν τοῦτο βλάπτῃ τὸν ἀδελφόν. Τότε γὰρ τὸ ἐκείνου συμφέρον χρὴ προτιμᾶν καὶ προαιρεῖσθαι τοῦ ἰδίου.

« Πᾶν τὸ ἐν μακέλλῳ πωλούμενον ἐσθίετε, μηδὲν ἀνακρίνοντες διὰ τὴν συνείδησιν. » Ἐπειδὴ διὰ πολλῶν κατεσκεύασεν, ὅτι δεῖ αὐτοὺς ἀπέχεσθαι τῶν εἰδωλοθύτων· ἵνα μὴ πάλιν περιεργότεροι τοῦ δέοντος γίνωνται, ὥστε παραιτεῖσθαι καὶ τὰ ἐπ' ἀγορᾶς ὤνια, δεδοικότες μήπως εἶεν καὶ αὐτὰ εἰδωλόθυτα, φησὶν, ὅτι « Πᾶν τὸ πωλούμενον ἐσθίετε, » μὴ ἀνακρίνοντες τοὺς πωλοῦντας, καὶ ἐρωτῶντες, εἰ ἄρα εἰδωλόθυτόν ἐστιν, ὡς πληττόμενοι τὴν συνείδησιν, καὶ καθαρίσαι αὐτὴν θέλοντες. Ἢ καὶ οὕτως· Ἵνα μὴ πληγῇ ἡ συνείδησίς σου, διὰ τοῦτο μὴ ἀνάκρινε· ἴσως γὰρ ἀνακρίνων μαθήσῃ, ὅτι εἰδωλόθυτόν ἐστι, καὶ πληγήσεταί σου ἡ συνείδησις.

« Τοῦ γὰρ Κυρίου ἡ γῆ, καὶ τὸ πλήρωμα αὐτῆς. » Οὐχὶ τῶν δαιμονίων. Εἰ δὲ ἡ γῆ, καὶ οἱ καρποὶ καὶ τὰ δένδρα καὶ ζῶα. Εἰ δὲ αὐτοῦ πάντα, οὐδὲν ἀκάθαρτον φύσει, ἀλλ' ἀπὸ τῆς ἑκάστου διανοίας.

« Εἰ δέ τις καλεῖ ὑμᾶς τῶν ἀπίστων, καὶ θέλετε πορεύεσθαι, πᾶν τὸ παρατιθέμενον ὑμῖν ἐσθίετε, μηδὲν ἀνακρίνοντες διὰ τὴν συνείδησιν. » Καλῶς τὸ, « Θέλετε· » οὔτε γὰρ προτρέψασθαι, οὔτε [38] ἀποτρέψασθαι αὐτὸς ἠβούλετο. Μηδὲν δὲ ἀνακρίνετε, ἵνα μὴ τῇ περιττοτέρᾳ [39] περιεργίᾳ νομισθῆτε δειλιᾷν τὰ εἴδωλα, καὶ ἵνα φυλάττητε καθαρὰν καὶ ἁπλῆγα τὴν συνείδησιν ὑμῶν.

« Ἐὰν δέ τις ὑμῖν εἴπῃ· Τοῦτο εἰδωλόθυτόν ἐστι· μὴ ἐσθίετε, διὰ ἐκεῖνον τὸν μηνύσαντα, καὶ τὴν συνείδησιν· τοῦ γὰρ Κυρίου ἡ γῆ, καὶ τὸ πλήρωμα αὐτῆς. » Οὐχ ὡς βλαβερῶν ἀπέχεσθαί σε κελεύω, ἀλλὰ δι' ἐκεῖνον τὸν μηνύσαντα, ἵνα μὴ βλαβῇ, καὶ νομίσῃ, ὅτι τὰ τῶν εἰδώλων οὐκ ἀπόβλητά εἰσι τοῖς Χριστιανοῖς. Ἐπεὶ ὅτι οὐχ ὡς ἀκαθάρτων, οὐδὲ ἀλλοτρίων ὄντων τοῦ ἡμετέρου Κυρίου, ἀπέχεσθαι διδάσκω, δῆλον ἐντεῦθεν. « Τοῦ γὰρ Κυρίου ἡ γῆ καὶ τὸ πλήρωμα αὐτῆς, » τουτέστι, πάντα τὰ πληροῦντα αὐτὴν, τὰ ἐμπεριεχόμενα αὐτῇ. Ἢ καὶ οὕτως· Ἀπόσχου, φησὶ, τοῦ βρώματος τούτου· πᾶσα γὰρ ἡ γῆ τοῦ Κυρίου ἐστὶ, καὶ ἔξεστί σοι ἀλλοθεν [40] ἐμπλησθῆναι. Ἀνέῳκται γάρ σοι πάντα.

« Συνείδησιν δὲ λέγω οὐχὶ τὴν ἑαυτοῦ, ἀλλὰ τὴν τοῦ ἑτέρου. » Τουτέστι, τοῦ Ἕλληνος. Ἴσως γὰρ (ὅπερ εἶπον) σκανδαλισθήσεται, ἢ ὡς λαίμαργον κρίνων, ἢ ὡς τὰ εἴδωλα καὶ σὲ ἀποδεχόμενον ἐπίσης αὐτῷ [41]. Ἀλλ' ἴσως εἴποι τις ἄν· Διὰ τί φροντίζεις τοῦ μηνύσαντος; εἶπας γὰρ προλαβών· Τί μοι καὶ τοὺς ἔξω κρίνειν; Οὐκ ἐκείνου φροντίζω, φησὶν,

A pura conscientia vescaris; sed num fratrem tuum ædificet ea res. Sæpe enim in Epistolis hoc ponit tanquam maxime necessarium. Non autem simpliciter præcipit, ne propriam utilitatem quæramus, sed cum fratri sit illa incommodo. Tum enim ipsius utilitatem propriæ præferre et præeligere debemus.

VERS. 25. « Omne quod in macello venit, manducate, nihil interrogantes propter conscientiam. » Cum hactenus multis confirmasset abstinendum plane ab idolothytis, ne rursum plus æquo curiosiores reddantur, adeo ut abstineant etiam ab iis quæ in foro veneunt, metuentes ne et ea sint idolothyta : Omne, inquit, quod venditur, edite, non examinantes vendentes, et interrogantes num idolothytum sit, tanquam conscientia vestra consternati, quam hoc pacto purgare intendatis. Vel sic : Ne feriatur **183** conscientia tua, propterea ne examines. Fortasse namque, si disquiras, rescisces idolis esse immolatum quod emere cogitas, et ferietur conscientia tua.

VERS. 26. « Domini enim est terra, et plenitudo ejus. » Non dæmoniorum. Quod si terra sit ejus, tum fructus et arbores et animalia. Si autem ipsius sint omnia, tum nihil natura est immundum, sed ex uniuscujusque opinione.

VERS. 27. « Si quis autem vocat vos infidelium, et vultis ire, omne quod vobis apponitur, edite, nihil interrogantes propter conscientiam. » Bene dixit, « Vultis. » Neque enim ipse adhortari ad hoc, neque dehortari instituit. Nihil autem interrogate, ne idola nimia sollicitudine formidare videamini, et ut conscientias vestras puras et inconcussas custodiatis.

VERS. 28. « Si quis autem vobis dixerit : Hoc est immolatum idolis : nolite manducare propter illum qui indicavit, et conscientiam. Domini enim est terra, et plenitudo ejus. » Non veluti a rebus noxiis tibi abstinere mando; sed propter eum qui indicavit, ut is non lædatur, atque putet idolorum res haud rejici a Christianis. Nam quod non tanquam ab immundis, vel ab iis quæ sint a Domino nostro aliena, abstinendum esse doceo, vel inde planum est : « Domini enim est terra, et plenitudo ejus, » hoc est, omnia ipsum replentia, et quæ in ea continentur. Vel etiam sic : Abstine, inquit, a cibo isto : universa enim terra Domini est, ac licet tibi aliunde impleri. Nam cuncta tibi sunt aperta.

VERS. 29. « Conscientiam autem dico, non tuam sed alterius. » Hoc est, Græci. Fortasse enim (uti dixi) offendetur, vel tanquam gastrimargum te judicando, vel ceu eum, qui æque ac ipse, idola excipiat. Sed fortasse dicat quispiam, Quid tu sollicitus es de illo qui indicaverit? Supra enim dixisti, Quid mihi de iis qui foris sunt, judicare [1]? Non illius, in-

[1] I Cor. v, 12.

Variæ lectiones.

[37] κανταχοῦ δὲ τοῦτο παραινεῖ τὸ συμφέρον τῷ πλησίον o. [38] ἢ o. [39] περιττῇ m. [40] ἄνωθεν o. [41] αὐτὸν o.

quit, sed vestri curam gero, ne condemnemini : idcirco addidit :

« Ut quid enim libertas mea judicatur ab aliena conscientia? » Non observare, et non prohiberi, libertatem dicit. Ego enim, inquit, libere et sine observatione vescor, Græcus vero me condemnabit, Fabula est, inquiens, Christianorum religio : aiunt quidem idola sese exsecrari, et interim ea quæ iis oblata sunt libenter comedunt.

VERS. 30. « Si ego cum gratia participo, quid blasphemor ejus rei gratia, pro qua gratias ago? » Ego, inquit, libere participo creaturas Dei, per gratiam Dei quæ me stabilem et firmum fecit, adeo ut nihil observem : at Græcus conviciabitur mihi, quippe qui simulem me idola **184** quidem fugere, et tamen per gulam eis immolata comedam. Quod autem adjicit, « Pro quo gratias ago, » hujusmodi est : Ego, inquit, gratias ago Deo, quod adeo me excelsum fecit, ac Judaica humilitate sublimiorem, ut nullatenus lædar. Græcus autem, ut dixi, scandalizatur et blasphemat.

VERS. 31. « Sive ergo manducatis, sive bibitis, sive aliud quid facitis, omnia in gloriam Dei facite. » Omnia, inquit, facite ad gloriam Dei : quasi quæ nunc fiant a vobis, ad Dei contumeliam sint, imo potius blasphemiam. Manducat ergo quisquam, vel bibit in gloriam Dei, quando neminem offendit, quando non ut gulosus aut voluptatis sectator epulatur; sed velut is qui corpus conservare velit ad virtutis operationem. Omnino autem quamcunque rem in gloriam Dei quispiam agit, quando neque alium scandalo quopiam lædit, neque seipsum; nempe hominibus placere studens, vel ex affectu aliquo perturbato.

VERS. 32. « Sine offensione estote et Judæis et Græcis, et Ecclesiæ Dei. » Hoc est, nullam vituperationis occasionem nemini præbentes. Contingat autem hoc, si neque Judæum, neque Græcum offendamus, neque etiam fratres : nam illi sunt Ecclesiæ Dei. Observa, quod majus est, ultimo loco protulit. Nam et alios ad fidem attrahere convenit, nec interim tamen fratres persequi. Indicat autem omnes ex hoc offensos, quod idolorum immolatis vescerentur.

VERS. 33. « Sicut et ego per omnia omnibus placeo, non quærens quod mihi utile est, sed quod multis, ut salvi fiant. Imitatores mei estote, sicut et ego Christi. » Postquam magni quidpiam illis imposuerat, reos eos faciens et Judæorum et Græcorum noxæ, seipsum in medium protulit, ut ostendat rem haud esse difficilem. Qui vero suum commodum non quæsierit, liquet ex multis, quæ supra commemoravit, « Omnibus, » inquit, « factus sum omnia; » maxime vero ex eo quod optavit anathema esse pro fratribus. « Imitatores » igitur, inquit, « mei estote. », Illud vero, « Quemadmodum et ego Christi, » ne

A ἀλλ' ὑμῶν, ἵνα μὴ καταγινώσκησθε · διὸ καὶ ἐπήγαγεν ·

« Ἵνα τί γὰρ ἡ ἐλευθερία μου κρίνεται ὑπὸ ἄλλης συνειδήσεως; » Ἐλευθερίαν τὸ ἀπαρατήρητον λέγει, καὶ ἀκώλυτον. Ἐγὼ μὲν γάρ, φησὶν, ἐλευθέρως καὶ ἀπαρατηρήτως ἐσθίω · ὁ δὲ Ἕλλην κατακρινεῖ με, καὶ ἐρεῖ · Μῦθος τὰ Χριστιανῶν · τὰ εἰδωλα λέγουσι βδελύττεσθαι, καὶ τὰ αὐτοῖς θυόμενα προθύμως ἐσθίουσιν.

« Εἰ ἐγὼ χάριτι μετέχω, τί βλασφημοῦμαι ὑπὲρ οὗ ἐγὼ εὐχαριστῶ; » Ἐγὼ μὲν μετέχω, φησὶ, τῶν τοῦ Θεοῦ κτισμάτων ἐλευθέρως διὰ τὴν χάριν τοῦ Θεοῦ τὴν ποιήσασά με ἑδραῖον καὶ στερεὸν, ὥστε μηδὲν παρατηρεῖσθαι · ἀλλ' ὁ Ἕλλην βλασφημήσει με, ὡς ὑποκρινόμενον φεύγειν τὰ εἴδωλα, καὶ διὰ B γαστριμαργίαν πάλιν τὰ ἐκ τούτων ἐσθίοντα. Τὸ δὲ, « Ὑπὲρ οὗ ἐγὼ εὐχαριστῶ, » τοιοῦτόν ἐστιν, ὅτι Ἐγὼ μὲν εὐχαριστῶ τῷ Θεῷ, ὅτι οὕτω με ὑψηλὸν ἐποίησε, καὶ Ἰουδαϊκῆς ταπεινότητος ἀνώτερον, ὡς μηδαμόθεν βλάπτεσθαι · ἀλλ', ὅπερ ἔφην, ὁ Ἕλλην σκανδαλίζεται καὶ βλασφημεῖ.

« Εἴτε οὖν ἐσθίετε, εἴτε πίνετε, εἴτε τι ποιεῖτε, πάντα εἰς δόξαν Θεοῦ ποιεῖτε. » — » Πάντα, φησὶ, ποιεῖτε εἰς δόξαν Θεοῦ, ὡς τά γε νῦν γινόμενα παρ' ὑμῶν ἀδοξία ἐστὶ τοῦ Θεοῦ, μᾶλλον δὲ βλασφημία. Ἐσθίει δέ τις εἰς δόξαν Θεοῦ καὶ πίνει, ὅταν μὴ ἐπὶ σκανδάλῳ τινὸς, ὅταν μὴ γαστρίμαργος, ἢ φιλήδονος, ἀλλ' ὡς θέλων συγκρατεῖν τὸ σῶμα πρὸς τὴν ἐργασίαν τῆς ἀρετῆς [42]· καὶ ἁπλῶς δὲ πᾶν πρᾶγμα ποιεῖ τις εἰς δόξαν Θεοῦ, ὅταν μήτε ἄλλον βλάπτῃ σκανδαC λίζων, μήτε ἑαυτὸν, οἷον, ὡς ἀνθρωπάρεσκος ποιῶν, ἢ διά τινα ἐμπαθῆ λογισμόν.

« Ἀπρόσκοποι γίνεσθε καὶ Ἰουδαίοις καὶ Ἕλλησι, καὶ τῇ Ἐκκλησίᾳ τοῦ Θεοῦ. » Τουτέστι, μηδεμίαν μηδενὶ ψόγου [43] παρέχοντες ἀφορμήν. Ἔσται δὲ τοῦτο, ἐὰν μήτε Ἰουδαῖον, μήτε Ἕλληνα σκανδαλίζωμεν, μήτε μὴν τοὺς ἀδελφούς · οὗτοι γὰρ ἡ Ἐκκλησία τοῦ Θεοῦ· Ὅρα δὲ, τὸ μεῖζον ἔσχατον εἶπε · καὶ γὰρ καὶ τοὺς ἄλλους ἐφέλκεσθαι προσήκει πρὸς τὴν πίστιν · οὐ μὴν καὶ τοὺς ἀδελφοὺς διώκειν. Ἐμφαίνει δὲ πάντας ἐκ τούτου σκανδαλιζομένους, ἐκ τοῦ τὰ εἰδωλόθυτα ἐσθίειν.

« Καθὼς κἀγὼ πάντα πᾶσιν ἀρέσκω, μὴ ζητῶν D τὸ ἐμαυτοῦ συμφέρον, ἀλλὰ τὸ τῶν πολλῶν, ἵνα σωθῶσι. Μιμηταί μου γίνεσθε, καθὼς κἀγὼ Χριστοῦ. » Ἐπεὶ δὲ [43*] μέγα αὐτοῖς ἐπέταξεν, ὑπευθύνους αὐτοὺς δείξας [44] καὶ τῆς Ἑλλήνων καὶ τῆς Ἰουδαίων βλάβης, ἑαυτὸν εἰς τὸ μέσον παρήγαγεν, ἵνα δείξῃ τὸ πρᾶγμα ῥᾴδιον. Πῶς δὲ οὐκ ἐζήτει τὸ ἑαυτοῦ συμφέρον, ἐκ πολλῶν δῆλον, ὧν καὶ προλαβὼν εἶπεν, ὅτι « Τοῖς πᾶσι γέγονα τὰ πάντα · » μάλιστα δὲ ἐξ ὧν εὔξατο ἀνάθεμα εἶναι ὑπὲρ τῶν ἀδελφῶν [45]. « Μιμηταί μου γίνεσθε. » Τὸ δὲ, « Καθὼς κἀγὼ Χριστοῦ, » μὴ ἀλαζόνος λόγον [46] νοήσῃς, ἀλλὰ προτρε-

Variæ lectiones.

[42] ψυχῆς o. [43] λόγου o. [43*] ἐπειδὴ o. [44] ποιήσας o. [45] Τὸ δὲ, μιμηταί μου γίνε. καθὼς κἀ. X. o. [46] λόγου λογισμὸν o.

πομένου μᾶλλον εἰς τὴν μίμησιν. Εἰ γὰρ ἐγὼ, φησὶ, Χριστὸν ἐμιμησάμην τὸν καταφρονήσαντα καὶ τῆς ἑαυτοῦ ζωῆς ὑπὲρ τοῦ ζῆσαι ὑμᾶς, πόσῳ μᾶλλον ὑμεῖς ἐμέ; Οὐ γὰρ τοσοῦτον ἐγὼ ὑμῶν κρείττων, ὅσον ἐκεῖνος ἐμοῦ, ὁ πάντων ἀσυγκρίτως ὑπερέχων.

putes arrogantis esse sermonem, verum adhortantis potius ad imitationem. Si enim ego, inquit, Christum imitatus sum, qui vitam suam contempsit, ut nos vivamus, quanto potius vos me imitabimini? Non enim ego tanto sum melior vobis, quanto ille me, qui omnes incomparabiliter antecellit.

ΚΕΦΑΛ. ΙΑ'.

« Ἐπαινῶ δὲ ὑμᾶς, ἀδελφοί, ὅτι πάντα μου μέμνησθε. » Ἐπειδὴ τὸν περὶ τῶν εἰδωλοθύτων λόγον ἐπήρτισε, περὶ μεγάλων ὄντα, νῦν κουφότερόν τι ἁμάρτημα διορθοῦται. Εἴωθε γὰρ μεταξὺ τῶν βαρέων τὰ κουφότερα ἁμαρτήματα τιθέναι. Τί δὲ τοῦτο ἦν; Αἱ μὲν γυναῖκες ἀκατακάλυπτοι [47] καὶ ηὔχοντο καὶ προεφήτευον (καὶ γὰρ καὶ γυναῖκες προεφήτευον τότε)· οἱ δὲ ἄνδρες ἐκόμων, ἅτε ἐν φιλοσοφίᾳ διατρίψαντες, καὶ ὅτε ηὔχοντο, καὶ ὅτε προεφήτευον. Ταῦτα δὲ Ἑλληνικοῦ νόμου ἦσαν. Ἐπεὶ οὖν περὶ τούτων παρήνεσεν αὐτοῖς, ἴσως ὅτε παρῆν, ἐξ αὐτῶν δὲ οἱ μὲν ὑπήκουσαν, οἱ δὲ ἠπείθησαν· φησὶ περὶ τῶν ὑπακουόντων [48], ὅτι « Ἐπαινῶ ὑμᾶς, ὅτι πάντα μου μέμνησθε. » Καίτοι γε ἓν ἦν τοῦτο, περὶ τοῦ μὴ κομᾷν τοὺς ἄνδρας· ἀλλ' ὅμως αὐτὸς, « Πάντα, » φησὶ, « μέμνησθέ μου. » Ἀεὶ γὰρ εἴωθε σοφῶς μαλάττειν τοῖς ἐπαίνοις τοὺς ἀπὸ τούτων βελτιωθῆναι προσδοκωμένους.

CAPUT XI.

VERS. 1. « Laudo autem vos, fratres, quod per omnia mei memores estis. » Absoluto de idolothytis sermone, quippe qui de magnis erat, nunc levius quoddam peccatum **185** corrigit. Nam inter delicta graviora, leviora collocare solet. Quid autem istud fiet? Feminæ quidem non velato capite orabant, ac vaticinabantur (nam et feminæ tunc prophetiæ dono claræ erant), viri autem, quippe qui in philosophia versati essent, comam nutriebant, cum quando orarent, tum quando prophetarent. Hæc vero Græcæ consuetudinis erant. Quia igitur de hisce eos admonuerat, forsan cum præsto esset, atque eorum quidam alii obtemperaverant, alii vero non obtemperaverant; de obedientibus inquit, « Laudo vos, quod per omnia mei memores estis. » Atqui inter cætera istuc unum erat, de coma non nutrienda per viros; ipse tamen « Per omnia, » inquit, « mei meministis. » Semper enim sapienter præconiis eos lenire solet, de quibus spes est, quod per ista possint in meliorem statum redigi.

« Καὶ καθὼς παρέδωκα ὑμῖν, τὰς παραδόσεις κατέχετε. » Ἐντεῦθεν δῆλον, ὅτι καὶ ἀγράφως πολλὰ παρέδωκε καὶ αὐτὸς καὶ οἱ λοιποὶ ἀπόστολοι.

VERS. 2. « Quemadmodum tradidi vobis, traditiones continetis. » Hinc perspicuum fit, quod haud pauca sine scriptis tradiderint et ipse et reliqui apostoli.

« Θέλω δὲ ὑμᾶς εἰδέναι, ὅτι παντὸς ἀνδρὸς ἡ κεφαλὴ ὁ Χριστός ἐστι. » Δοκεῖ μὲν, ὅσον ἐκ τῆς ἀκολουθίας διαλέγεσθαι πρὸς τοὺς ὑπ' αὐτοῦ ἐπαινουμένους ἐπὶ τῷ κατέχειν τὰς παραδόσεις· τῇ ἀληθείᾳ δὲ, τοὺς ἀπειθήσαντας διορθοῦται. Παντὸς δὲ ἀνδρὸς ἀκούων, τοῦ πιστοῦ νόει κεφαλὴν εἶναι τὸν Χριστόν. Οἱ γὰρ πιστοί ἐσμεν σῶμα αὐτοῦ, οὐχὶ καὶ οἱ Ἕλληνες· ὥστε οὐδὲ κεφαλὴ ἐκείνων ὁ Χριστός.

VERS. 3. « Volo autem vos scire, quod cujuslibet viri caput Christus est. » Videtur quidem quantum a verborum consequentia colligitur, ad eos verba facere, quos eo laudavit, quod præcepta sive traditiones observassent: revera autem immorigeros corrigit. Cum vero cujuslibet viri caput esse Christum audis, de fideli istuc intelligas. Nam fideles nos sumus corpus ipsius; non autem Græci infideles: quare nec caput illorum Christus.

« Κεφαλὴ δὲ γυναικὸς ὁ ἀνήρ· κεφαλὴ δὲ Χριστοῦ ὁ Θεός. » Κεφαλὴ γυναικὸς ὁ ἀνὴρ, διὰ τὸ κατάρχειν αὐτῆς· Χριστοῦ δὲ κεφαλὴ ὁ Θεὸς, διὰ τὸ αἴτιος εἶναι αὐτοῦ, ὡς Πατὴρ Υἱοῦ. Οὐ δεῖ γὰρ τὰ περὶ κεφαλῆς εἰρημένα ὁμοίως καὶ ἐπὶ Χριστοῦ ἐκλαμβάνειν· ἀλλ' ἡμῶν μὲν κεφαλὴ ὁ Χριστὸς, καὶ ὡς Δημιουργὸς, καὶ ὡς σώματος αὐτοῦ ὄντων ἡμῶν· ὁ δὲ Πατὴρ, Χριστοῦ κεφαλὴ, ὡς αἴτιος αὐτοῦ. Εἰ δὲ καὶ κατὰ ἄνθρωπινον ἐκλάβοις οὕτως εἰρῆσθαι τὸν Πατέρα τοῦ Χριστοῦ κεφαλὴν, ὥσπερ αὐτὸς ὁ Χριστὸς ἐλέχθη ἡμῶν κεφαλὴ, οὐδὲν ἀσεβές· ἐπεὶ καὶ Θεὸς ὁ Πατὴρ λέγεται τοῦ Χριστοῦ κατὰ τὸ ἀνθρώπινον. Ἐπεὶ γὰρ ἡμῖν ὁμοιῶσθαι [49] κατεδέξατο, καὶ ἀδελφὸς ἡμῶν ἐχρημάτισε καὶ κεφαλὴ, οὐδὲν καινὸν εἰ καὶ τὰ τῆς ταπεινώσεως ὀνόματα καταδέχεται [50], καὶ τὸν κατὰ

« Caput autem mulieris vir; caput vero Christi Deus. » Caput uxoris maritus est, propterea quod dominetur in eam: Christi vero caput Deus, quod sit ejus causa, ut Pater Filii. Non oportet enim ea quæ de capite dicta sunt, ex æquo de Christo intelligere: verum nostrum quidem caput est Christus, et quatenus est creator noster, et quatenus nos sumus ipsius corpus. Christi autem caput Pater est, ceu causa ipsius. Sin juxta humanitatem accipias sic dictum esse Patrem Christi caput, perinde ac Christus dictus est caput nostrum, nihil impietatis admittis: quandoquidem et Deus Pater Christi dicitur secundum humanitatem. Quia enim nobis assimilari dignatus est, et frater noster, et caput nostrum audiit, nihil novum est, si et humiliationis

Variæ lectiones.

[47] ἀκατακαλύπτως O. [48] ὑπακουσάντων O. [49] ὁμοιωθῆναι O. [50] ἀναδέχεται O.

nomina recipiat, ac eum qui juxta divinitatem Pater est, caput habeat secundum humanitatem suam, tanquam principem et Deum suum.

VERS. 4. « Omnis vir orans aut prophetans, in capite habens, deturpat caput suum. » Virum non omnino caput operire prohibet, sed in oratione tantum et prophetia. Nec dixit, Tectus caput, verum, « In capite habens, » ut auferat non solum velationem per pileum, verum etiam **186** per comam. Nam qui comam nutrit, etiam in capite habet, comam videlicet. Qui vero pudefacit caput suum? Quia cum princeps sit, suique juris, se ipse jugo subdit. Caput enim contegere, est potestatem capiti imponere. Nam capitis tegumentum est dominatoris vice, signumque subjectionis. Vel hunc ad modum: Pudefacit Christum caput suum, seipsum nimirum immiuuens ac libertate privans. Ut enim exiguum corpus pudefacit caput, sic qui a Deo liber suique juris factus est, seipsum autem imminuit, ac veluti sub potestate esset, ita se contegit; Christo capiti ejus, tanquam corporis, est decori. Non fuerit autem abs re quærere, cur veluti culpam et peccatum istuc Apostolus posuerit. Inter multa alia quæ cum viro tum feminæ, illi nempe in dominii, huic in subjectionis signa tradita erant, istud etiam, ut ille quidem caput aperiat, ista autem tegat, iis pro symbolo datum erat. Quomodo igitur culpa vacet, naturæ leges prætergredi; ac virum quidem comam nutrire, mulierem vero retecto esse capite? Hoc ergo tollit, ceu arrogantiæ signum, quæ non pauca sane in rebus ecclesiasticis et vastat et perdit. Hinc enim oriuntur hæreses, ex hoc scili cet, quod ea quæ legibus constituta sunt, unusquisque transgrediatur.

VERS. 5. « Omnis autem mulier orans aut prophetans non velato capite deturpat caput suum; unum enim et idem est, ac si rasa esset. » Fuerunt autem et feminæ prophetiæ (ut diximus) donum habentes, ut Philippi filiæ aliæque multæ. Quomodo vero pudefacit caput suum? Quia fugitivum quoddam caput ostendit, ut quæ defecerit a tradita sibi a Deo potestate. Noveris autem quod virum in oratione et prophetia vetet esse tecto capite, mulierem vero non solis hisce illis temporibus, verum semper. Hoc enim vult per hoc quod ait: « Unum enim et idem est ac si rasa esset. » Nam sicut ipsi nunquam non turpe esset radi, ita etiam istud, nempe nudo capite incedere. Nam coma tegumenti vice est. Illa itaque quæ tegumentum abjicit, similis est illi quæ comam abjecit.

VERS. 6. « Si enim non velatur mulier, tondeatur etiam: Si autem turpe est mulieri tonderi vel radi, veletur. » Adhuc ostendit, quod retectio capitis rasuræ similis est; et quemadmodum ista turpe est,

A τὴν θεότητα Πατέρα ἔχει κεφαλὴν κατὰ τὸ ἀνθρώπινον, ὡς ἄρχοντα αὐτοῦ, καὶ ὡς Θεὸν αὐτοῦ.

« Πᾶς ἀνὴρ προσευχόμενος ἢ προφητεύων, κατὰ [51] κεφαλῆς ἔχων, καταισχύνει τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ. » Οὐκ ἀεὶ κωλύει τὸν ἄνδρα κατακαλύπτεσθαι, ἀλλὰ μόνον ἐν προσευχῇ καὶ προφητείᾳ. Οὐκ εἶπε δὲ, Κεκαλυμμένος τὴν κεφαλὴν, ἀλλὰ, « Κατὰ κεφαλῆς ἔχων, » ἵνα ἀνέλῃ οὐ μόνον τὸ κατακαλύπτεσθαι ἱματίῳ [52], ἀλλὰ καὶ κόμῃ· καὶ ὁ κομῶν γὰρ κατὰ κεφαλῆς ἔχει, τὴν κόμην δηλαδή. Πῶς δὲ καταισχύνει τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ; Διότι ἄρχων γεγονὼς καὶ ἐξουσιαστὴς, ὑπὸ ἐξουσίαν ποιεῖ ἑαυτόν. Τὸ γὰρ κεκαλύφθαι τὴν κεφαλὴν ἐξουσίαν ἐπιτιθέναι τῇ κεφαλῇ ἐστιν· ἀντὶ γὰρ ἐξουσιαστοῦ ἐστι τὸ ἐπὶ τῆς κεφαλῆς κάλυμμα, καὶ σημεῖον ὑποταγῆς. Ἢ καὶ οὕτω· Καταισχύνει τὸν Χριστὸν τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ, κατασμικρύνων δηλαδὴ ἑαυτὸν καὶ ἀνελεύθερον ποιῶν. Ὡς γὰρ τὸ μικρὸν σῶμα καταισχύνει τὴν κεφαλήν· οὕτω καὶ ὁ ὑπὸ Θεοῦ μὲν γεγονὼς ἐλεύθερος καὶ αὐτεξούσιος, κατασμικρύνων δὲ ἑαυτὸν, καὶ ὡς ὑπ' ἐξουσίαν ὄντα οὕτω καλύπτων, εἰς αἰσχύνην ἐστὶ Χριστοῦ, ὃς ἐστι κεφαλὴ αὐτοῦ, ὡς σώματος. Ἄξιον δὲ ζητῆσαι, τίνος ἕνεκεν ὡς ἔγκλημα τοῦτο τίθησιν ὁ Ἀπόστολος. Σύμβολον δέδοται τῷ ἀνδρὶ καὶ τῇ γυναικί· τῷ μὲν, τῆς ἀρχῆς· τῇ δὲ, τῆς ὑποταγῆς, πολλὰ μὲν καὶ ἄλλα, καὶ τοῦτο δὴ τὸ τὸν μὲν ἀκατακάλυπτον εἶναι, τὴν δὲ κεκαλύφθαι. Πῶς οὖν οὐκ ἔγκλημα τὸ τοὺς ὅρους τῆς φύσεως παραβαίνεσθαι, καὶ τὸν μὲν ἄνδρα κομᾷν, τὴν δὲ γυναῖκα ἀνακεκαλύφθαι; Τοῦτο οὖν ἀναιρεῖ ὡς αὐθαδείας σημεῖον, τῆς οὐ μικρὰ λυμαινομένης τοῖς ἐκκλησιαστικοῖς πράγμασιν. Ἐντεῦθεν γὰρ καὶ αἱ αἱρέσεις, ἐκ τοῦ ἕκαστον τὰ νενομισμένα παρεξιέναι.

« Πᾶσα δὲ γυνὴ προσευχομένη ἢ προφητεύουσα ἀκατακαλύπτῳ τῇ κεφαλῇ καταισχύνει τὴν κεφαλὴν αὐτῆς· ἓν γάρ ἐστι καὶ τὸ αὐτὸ τῇ ἐξυρημένῃ. » Ἦσαν γὰρ, ὅπερ ἔφημεν, καὶ γυναῖκες, τὸ χάρισμα τῆς προφητείας ἔχουσαι, ὡς αἱ Φιλίππου θυγατέρες, καὶ ἄλλαι πολλαί. Πῶς δὲ καταισχύνει τὴν κεφαλὴν αὐτῆς; Ὅτι φυγάδα [53] τινὰ τὴν κεφαλὴν ἀποδείκνυσιν, ἀποσταθεῖσα τῆς ἐμπιστευθείσης αὐτῇ παρὰ Θεοῦ ἐξουσίας. Ἴσθι δὲ, ὅτι τὸν μὲν ἄνδρα, ὡς εἴρηται, ἐν τῇ προσευχῇ καὶ προφητείᾳ [54] κωλύει κεκαλύφθαι· τὴν δὲ γυναῖκα οὐ μόνον ἐν τούτοις τοῖς καιροῖς, ἀλλὰ καὶ ἀεί. Τοῦτο γὰρ βούλεται διὰ τοῦ εἰπεῖν, « Ἓν γὰρ καὶ τὸ αὐτό ἐστι τῇ ἐξυρημένῃ. » Ὥσπερ γὰρ ἀεὶ αὐτῇ τὸ ἐξυρῆσθαι αἰσχρὸν, οὕτω δηλαδὴ καὶ τὸ ἀποκεκαλύφθαι. Ἡ γὰρ κόμη ἀντὶ καλύμματός ἐστιν. Ὥστε ἡ ἀποβάλλουσα τὸ κάλυμμα τῇ τὴν κόμην ἀποβαλλομένῃ ἔοικεν.

« Εἰ γὰρ οὐ κατακαλύπτεται γυνὴ, καὶ κειράσθω· εἰ δὲ αἰσχρὸν γυναικὶ τὸ κείρασθαι ἢ ξυρᾶσθαι, κατακαλυπτέσθω. » Ἐπιμένει δεικνὺς, ὅτι ἡ ἀνακάλυψις τῇ ξυρήσει ἔοικε· καὶ ὥσπερ ἐκείνη αἰ-

Variæ lectiones.

[51] προφητεύων, κάλυμμα κατὰ m. [52] ἱμάτια o. [53] ὅτι δραπετίαν (καὶ, δραπετείαν) τινὰ καὶ φυγάδα τὸν κε· ἀποδ. ἀποστατοῦσαν τῆς ἐπισταθείσης o. [54] νηστείᾳ o.

σχρὸν, οὕτω καὶ αὕτη. Διὰ δὲ τούτων καὶ ὅπερ εἶπον ἐμφαίνει, ὅτι ἀεὶ αἰσχρὸν τῇ γυναικὶ τὸ ἀνακεκαλύφθαι.

« Ἀνὴρ μὲν γὰρ οὐκ ὀφείλει κατακαλύπτεσθαι, εἰκὼν καὶ δόξα Θεοῦ ὑπάρχων. » Πρώτην μὲν αἰτίαν εἶπεν, ὅτι κεφαλὴν ἔχει τὸν Χριστὸν, καὶ οὐ δεῖ αὐτὸν κεκαλύφθαι· νῦν δὲ καὶ δευτέραν τίθησιν, ὅτι δόξα Θεοῦ ἐστι· τουτέστιν, ὕπαρχος Θεοῦ, καὶ εἰκὼν αὐτοῦ. Δεῖ οὖν τὸν ἄρχοντα τοῦ παμβασιλέως μετὰ τῶν συμβόλων τῆς ἀρχῆς αὐτῷ ἐπιφαίνεσθαι, ἤγουν τῆς ἀκατακαλύπτου κεφαλῆς· αὕτη γὰρ σύμβολον τοῦ μὴ ὑπ' ἐξουσίαν εἶναί τινι τῶν ἐπιγείων τὸν ἄνδρα, ἀλλ' αὐτὸν ἄρχειν πάντων, ὡς εἰκόνα Θεοῦ.

« Γυνὴ δὲ δόξα ἀνδρός ἐστι. » Τουτέστιν, ὑπὸ τοῦ ἀνδρὸς ἄρχεται· δεῖ οὖν αὐτὴν μετὰ τῶν συμβόλων τῆς ὑποταγῆς φαίνεσθαι, ἅτινά ἐστι τὸ συγκεκαλύφθαι τὴν κεφαλήν.

« Οὐ γάρ ἐστιν ἀνὴρ ἐκ γυναικὸς, ἀλλὰ γυνὴ ἐξ ἀνδρός. Καὶ γὰρ οὐκ ἐκτίσθη ἀνὴρ διὰ τὴν γυναῖκα, ἀλλὰ γυνὴ διὰ τὸν ἄνδρα. » Τὰς αἰτίας λέγει δι' ἃς ὑπερέχει ὁ ἀνὴρ τῆς γυναικός· ὅτι τε ἐκ τῆς πλευρᾶς αὐτοῦ ἡ γυνὴ, καὶ ὅτι οὐκ ἐκεῖνος δι' ἐκείνην, ἀλλ' ἐκείνη δι' ἐκεῖνον [55]. « Ποιήσωμεν » γὰρ, φησὶ, « βοηθὸν αὐτῷ. » Πῶς οὖν ὁ ἀνὴρ κατακαλύψεται οὕτω τιμηθεὶς ὑπὸ Θεοῦ; Τὸ γὰρ τῆς γυναικὸς ἁρπάζει σχῆμα, καὶ ταὐτὸν ποιεῖ, ὡσπερανεὶ διάδημα λαβὼν, τοῦτο μὲν ἀπορρίψειε τῆς κεφαλῆς, δουλικὸν δὲ σχῆμα λάβοι.

« Διὰ τοῦτο ὀφείλει ἡ γυνὴ ἐξουσίαν ἔχειν ἐπὶ τῆς κεφαλῆς διὰ τοὺς ἀγγέλους. » Διὰ τὰ εἰρημένα πάντα, φησὶν, ὀφείλει ἡ γυνὴ τὸ τοῦ ἐξουσιάζεσθαι σύμβολον, τουτέστι, τὸ κάλυμμα ἔχειν ἐπὶ τῆς κεφαλῆς, εἰ μήτι ἄλλο, τοὺς ἀγγέλους αἰδουμένη, ἵνα μὴ καὶ αὐτοῖς ὡς ἀναίσχυντος φαίνηται. Ὥσπερ γὰρ τὸ κατακαλύπτεσθαι κάτω νεύειν παρασκευάζει καὶ ἐντρέπεσθαι, καὶ τὸ τοῦ ἀρχομένου σχῆμα διατηρεῖν· οὕτω τὸ ἀνακεκαλύφθαι ἀναισχυντίαν ἐμφαίνει· ἣν καὶ οἱ τοῖς πιστοῖς παρεπόμενοι ἄγγελοι βδελύσσονται [56]. Κλήμης δὲ ὁ Στρωματεὺς ἀγγέλους ἐνόησε περιεργότερον, τοὺς τῆς Ἐκκλησίας δικαίους. Κατακαλυπτέσθω γὰρ, φησὶν, ἵνα μὴ τούτους εἰς πορνείαν σκανδαλίσῃ.

« Πλὴν οὔτε ἀνὴρ χωρὶς γυναικὸς, οὔτε γυνὴ χωρὶς ἀνδρὸς, ἐν Κυρίῳ. » Ταῦτα λέγει, ἐπειδὴ πολλὴν ὑπεροχὴν δέδωκε τῷ ἀνδρὶ, δείξας, ὅτι ἡ γυνὴ ἐξ αὐτοῦ καὶ δι' αὐτὸν καὶ ὑπ' αὐτόν. Ἵνα οὖν μήτε τοὺς ἄνδρας ἐπάρῃ πλέον τοῦ δέοντος, μήτε ἐκείνας ταπεινώσῃ, φησὶν, ὅτι ἀληθῶς μὲν ἐν τῇ πρώτῃ δημιουργίᾳ οὕτω γέγονε γυνὴ ἐξ ἀνδρός· νῦν δὲ οὔτε ἀνὴρ χωρὶς γυναικὸς γεννᾶται. « Πλὴν ἐν Κυρίῳ· » τουτέστι, τοῦ Θεοῦ τὸ πᾶν ποιοῦντος, καὶ ζωογονοῦντος τὸ σπέρμα, καὶ τὴν μήτραν ῥωννύοντος.

« Ὥσπερ γὰρ ἡ γυνὴ ἐκ τοῦ ἀνδρὸς, οὕτω καὶ ὁ ἀνὴρ διὰ τῆς γυναικός. » Ἡ μὲν γυνὴ, φησὶν, ἐκ τοῦ ἀνδρός· ἔτι γὰρ παραμένει τῷ ἀνδρὶ τοῦτο ἀκέραιον,

A ita et illa : Per hæc autem id quod supra dixi subinnuit, nunquam non turpe esse, mulierem caput suum retegere vel nudare.

VERS. 7. « Vir quidem non debet velari, quoniam imago et gloria Dei est. » Primam quidem **187** causam dixit, quod Christum caput habeat, nec oporteat ipsum tegi: jam vero secundam ponit, quod gloria Dei sit, hoc est, vicarius Dei et imago ipsius. Oportet itaque eum qui summi imperatoris vices gerit, cum imperii sui insignibus coram ipso apparere, hoc est, aperto capite. Istud enim indicio est, virum nulli terrenæ potestati esse subditum, sed ipsum dominari omnibus, ceu imaginem Dei.

« Mulier autem gloria viri es., » Hoc est, mariti dominatui subdita est. Quare par est, ut cum subB jectionis suæ indiciis appareat, quæ sunt contecto esse capite.

VERS. 8,9. « Non enim vir ex muliere est, sed mulier ex viro. Etenim non est creatus vir propter mulierem, sed mulier propter virum. » Causas dicit propter quas vir mulieri præest : nimirum et quia mulier ex viri costa est, et quia vir non est propter illam, sed illa, propter ipsum. « Faciamus » enim, inquit, « adjutorium ipsi [m]. » Qui igitur vir contegetur, qui tanto honore a Deo affectus est? Feminæ enim habitum sibi arripit, ac perinde facit, ac si diadema suum capite arreptum abjiciat, habitumque servilem assumat.

VERS. 10. « Quapropter mulier debet potestatem habere in capite, propter angelos. » Propter hæc C omnia prædicta, inquit, mulier in capite suo signum habere debet subjectionis suæ, tegumentum videlicet, si nihil aliud, angelos tamen reverita, ne et ipsis tanquam impudens videatur. Ut enim obvelare caput, oculos demittere facit, et verecundari, adeoque subditi formam servare; sic revelato capite ingredi, impudentiam declarat, quam et angeli, qui Christianos comitantur, exsecrantur. Clemens vero Stromatensis curiosius, per angelos, in Ecclesia justos intellexit. Obveletur enim, inquit, ne hos ad fornicationem scandalizet.

VERS. 11. « Verumtamen neque vir sine muliere, neque mulier sine viro, in Domino. » Hæc adjicit, D quia plurimum excellentiæ viro dederat, commonstrans quod mulier ex ipso, et propter ipsum, et sub ipso sit. Ne igitur viros plus quam par sit efferat, neque illas deprimat, Revera, inquit, in prima creatione ita mulier e viro condita fuit : nunc autem ne vir quidem sine muliere nascitur. « Verumtamen in Domino, » hoc est, Deo universum faciente, et vivificante semen, matricemque confortante.

VERS. 12. « Nam sicut mulier de viro, ita et vir per mulierem. » Mulier quidem, inquit, ex viro est; nam adhuc viro hoc integrum restat, mulie-

[m] Gen. II, 18.

Variæ lectiones.

[55] αὐτὸν o. [56] βδελυχθήσονται o.

rem ex ipso **188** esse. Vir autem est per mulierem, id est, mulier est ministra generationi hominis: potior autem operatio seminis est, ita ut vir non proprie dicatur ex femina esse, sed ex patre suo per mulierem, ut quæ fuerit ministra ad generationem. De Domino autem Paulus non sic dixit, sed Natum ex muliere ait. Metuit enim uti præpositione « Per, » ne locum daret hæreticis calumniandi, quod per Virginem, quasi per canalem, transierit: vel quod sine viri congressu, solius ipsius uteri fructus erat.

A τὸ ἐξ αὐτοῦ εἶναι τὴν γυναῖκα· ὁ δὲ ἀνὴρ διὰ τῆς γυναικὸς, τουτέστιν, ἡ γυνὴ διάκονός ἐστι τῇ γεννήσει τοῦ ἀνθρώπου· ἡ πλείων δὲ ἐνέργεια τοῦ σπέρματός ἐστιν. Ὥστε ὁ ἀνὴρ οὐκ ἂν λεχθείη κυρίως ἐκ τῆς γυναικὸς, ἀλλ' ἐκ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ διὰ τῆς γυναικὸς, ὡς διακόνου γενομένης πρὸς τὴν γέννησιν. Ἐπὶ δὲ τοῦ Κυρίου ὁ Παῦλος οὐχ οὕτως εἶπεν, ἀλλὰ Γενόμενον, φησὶν, ἐκ γυναικός. Ἐφοβήθη γὰρ τῇ, « Διὰ, » προθέσει χρήσασθαι, ἵνα μὴ δῷ χώραν τοῖς αἱρετικοῖς λέγειν, ὅτι ὡς διὰ σωλῆνος τῆς Παρθένου διῆλθεν· ἢ καὶ διότι ἀνδρὸς μὴ παρεισελθόντος, καρπὸς τῆς κοιλίας αὐτῆς μόνης ἦν.

« Omnia autem ex Deo. » Non viri, inquit, istud opus est, sed Dei. Quod si omnia Dei potentia fiant, ipseque ordinavit virorum et mulierum res, nolii contradicere, sed obtempera. B

« Τὰ δὲ πάντα ἐκ τοῦ Θεοῦ. » Οὐ τοῦ ἀνδρὸς, φησὶ, τοῦτο κατόρθωμα, ἀλλὰ τοῦ Θεοῦ. Εἰ τοίνυν πάντα τῇ τοῦ Θεοῦ δυνάμει γίνονται, αὐτὸς δὲ ἔταξε [75] τὰ περὶ τῶν ἀνδρῶν καὶ τῶν γυναικῶν, μὴ ἀντίλεγε, ἀλλὰ πείθου.

Vers. 13. « Inter vos ipsos judicate. » Rursum eos judices constituit, abunde et copiose astruens quod velit.

« Ἐν ὑμῖν αὐτοῖς κρίνατε. » Πάλιν αὐτοὺς καθίζει δικαστὰς, ἐκ περιουσίας κατασκευάζων ὃ θέλει.

« Decet mulierem non velatam orare Deum? » Hic quiddam horribilius indicat, nempe quod ad Deum injuria recurrat.

« Πρέπον ἐστὶ γυναικὶ ἀκατακάλυπτον τῷ Θεῷ προσεύχεσθαι; » Ἐνταῦθα φοβερώτερόν [58] τι αἰνίττεται, ὅτι πρὸς Θεὸν ἡ ὕβρις ἀνατρέχει.

Vers. 14, 15. « Nonne natura quidem ipsa docet vos, quod vir quidem, si comam nutriat, ignominia est illi: mulier autem, si comam nutriat, gloria est illi? Nam coma pro velamine ei data est. » Ecqui est ignominia viro, si comam curet? Quia mulieris habitum assumit, cumque princeps constitutus sit, subjectionis signum recipit. Mulieri autem coma est C gloriæ, quoniam proprium ordinem servat. Cuivis autem in gloriam cedit sui status observatio. Quid vero necessum est aliud adhuc operimentum, peplum scilicet addere, si coma est velamentum? Ut non ex sola natura, verum etiam ex consilio et voluntatis electione subjectionem fateatur.

« Ἡ οὐδὲ αὐτὴ ἡ φύσις ὑμᾶς διδάσκει, ὅτι ἀνὴρ μὲν ἐὰν κομᾷ, ἀτιμία αὐτῷ ἐστι· γυνὴ δὲ ἐὰν κομᾷ, δόξα αὐτῇ ἐστιν; ὅτι ἡ κόμη ἀντὶ περιβολαίου δέδοται αὐτῇ. » Πῶς δὲ ἀτιμία [59] τῷ ἀνδρὶ τὸ κομᾶν; Ὅτι σχῆμα γυναικὸς ἀναλαμβάνει, καὶ ἄρχειν [60] ταχθεὶς, τὸ τῆς ὑποταγῆς σύμβολον ἀναδέχεται. Τῇ γυναικὶ δὲ δόξα ἡ κόμη, ὅτι φυλάττει τὴν οἰκείαν τάξιν. Τιμὴ δὲ ἑκάστῳ ἡ τῆς τάξεως [61] φυλακή. Διὰ τί δὲ δεῖ καὶ ἕτερον περιβόλαιον προστιθέναι, τὸ τῆς καλύπτρας, εἴ γε ἡ κόμη περιβόλαιόν ἐστιν; Ἵνα μὴ ἀπὸ τῆς φύσεως μόνης, ἀλλὰ καὶ τῆς προαιρέσεως τὴν ὑποταγὴν ὁμολογῇ.

Vers. 16. « Si quis autem videtur contentiosus esse, nos talem consuetudinem non habemus, neque Ecclesiæ Dei. » Contentionis igitur est, in hujusmodi rebus reluctari non rationis et intellectus. Quandoquidem enim Corinthii sapientes videri volentes, per syllogismos fortasse renitebantur, rem indifferentem esse ostendentes: Nos, inquit, talem consuetudinem non habemus, sive ita altercandi, D sive ut vir quidem comam nutriat; mulier vero non obvelatum caput gerat: imo ne aliæ quidem, inquit, Ecclesiæ Dei. Quare non nobis solis adversamini, verum etiam universæ Ecclesiæ. Ista autem pudorem incutiunt, cogendo scilicet auditores, ne quidquam præter apostolicam consuetudinem faciant.

« Εἰ δέ τις δοκεῖ φιλόνεικος εἶναι, ἡμεῖς τοιαύτην συνήθειαν οὐκ ἔχομεν, οὐδὲ αἱ Ἐκκλησίαι τοῦ Θεοῦ. » Φιλονεικίας ἄρα, τὸ ἀντιτείνειν ἐν τοῖς τοιούτοις, ἀλλ' οὐ λογισμοῦ καὶ συνέσεως. Ἐπειδὴ γὰρ ἴσως οἱ Κορίνθιοι σοφίζεσθαι βουλόμενοι, ἀντέτεινον διὰ συλλογισμῶν, ἀδιάφορον δεικνύντες τὸ πρᾶγμα· φησὶν, ὅτι Ἡμεῖς συνήθειαν τοιαύτην οὐκ ἔχομεν· ἤτοι τοῦ φιλονεικεῖν, ἢ τοῦ, τὸν μὲν ἄνδρα κομᾶν, τὴν δὲ γυναῖκα μὴ κεκαλύφθαι· ἀλλ' οὐδὲ αἱ ἄλλαι Ἐκκλησίαι, φησίν. Ὥστε οὐχ ἡμῖν μόνοις ἐναντιοῦσθε, ἀλλὰ καὶ πάσῃ τῇ Ἐκκλησίᾳ [62]. Ἐντρεπτικὰ δὲ ταῦτά εἰσι, συνωθοῦντα τοὺς ἀκούοντας, μηδὲν παρὰ τὴν ἀποστολικὴν συνήθειαν ποιεῖν.

Vers. 17. « Hoc autem præcipiens non laudo » Quemadmodum ii qui primum crediderant, communia omnia habentes, communiter epulabantur: sic per quamdam eorum imitationem, etiamsi non adeo **189** exactam, Corinthii, statis quibusdam

« Τοῦτο δὲ παραγγέλλων οὐκ ἐπαινῶ. » Ὥσπερ οἱ ἐν ἀρχῇ πιστεύσαντες, κοινὰ πάντα ἔχοντες κοινῇ ἐστιῶντο· οὕτω κατά τινα μίμησιν τούτων [63], εἰ καὶ μὴ ἀκριβῆ, ἐν Κορίνθῳ κατά τινας ῥητὰς ἡμέρας, ἑορτίους ἴσως, κοινῇ εὐωχοῦντο μετὰ τὸ

Variæ lectiones.

[57] ἐπέταξε o. [58] φοβερόν o. [59] ἐστίν o. [60] ὁ ἄρχων o. [61] πίστεως o. [62] οἰκουμένη o. [63] τούτου m.

μεταλαβεῖν τῶν μυστηρίων, τῶν μὲν πλουτούντων εἰσφερόντων τὰ ἐδέσματα, τῶν δὲ πενήτων ὑπ' αὐτῶν καλουμένων καὶ ἑστιωμένων. Διὰ τοίνυν τὰς διχοστασίας διεφθάρη τὸ θαυμαστὸν τοῦτο καὶ φιλάλληλον καὶ φιλόσοφον ἔθος, καὶ οὐ παρὰ πάντων ἐτηρεῖτο. Γράφει οὖν ὁ Παῦλος διορθούμενος· καὶ ἐν μὲν τῷ πρὸ τούτου ἐγκλήματι, ἐπειδὴ πολλοὺς εἶχε τοὺς πειθομένους, « Ἐπαινῶ δὲ ὑμᾶς, » φησίν· ἐνταῦθα δὲ ἄλλως ἐχοντος τοῦ πράγματος, φησί· » Τοῦτο δὲ παραγγέλλων οὐκ ἐπαινῶ· » τουτέστιν, Οὐκ ἐπαινῶ ὑμᾶς, ὅτι ὅλως παραγγέλλω ὑμῖν περὶ τούτου, οὗ μέλλω ἐρεῖν, καὶ παραινῶ. Ἔδει γὰρ ἀφ' ἑαυτῶν συνιέντας, μήτε ἁμαρτῆσαι ὅλως, μήτε παραγγελίας δεηθῆναι.

A diebus, festis fortasse, post mysteriorum participationem communiter convivabantur, divitibus nimirum fercula afferentibus, pauperibus autem ab ipsis ad convivia vocatis. At per dissensiones admirandus ille ritus, quo mutua charitas, et christiana philosophia continebatur, corruptus est, nec ab omnibus servabatur. Scribit igitur Paulus, ut hoc corrigat. Cum autem in præcedenti delicto multos obedientes haberet, » Laudo vos, » inquit : hic vero secus habente re, « Hoc autem præcipiens non laudo, » ait : hoc est, non laudo vos, quod prorsus hac de re, de qua dicturus sum, præcipiam vobis et adhorter. Oportuit enim ut per vos ipsos intelligentes, nec peccaretis omnino, nec præcepto indigeretis.

« Ὅτι οὐκ εἰς τὸ κρεῖττον, ἀλλὰ εἰς τὸ ἧττον συνέρχεσθε. » Ἔδει ὑμᾶς εἰς τὸ κρεῖττον προβαίνειν, καὶ τὰς συνελεύσεις ποιεῖσθαι φιλοτιμοτέρας· ὑμεῖς δὲ ἠλαττώσατε καὶ τὸ ἤδη κρατῆσαν ἔθος· καὶ συνέρχεσθε μὲν ἐν τῇ μιᾷ Ἐκκλησίᾳ, οὐ μὴν ὥστε συνδειπνεῖν. Τοῦτο οὖν ἐστι, « Τὸ ἧττον· » τουτέστιν, Ὀλαττοῦσθε.

B « Quod non in melius, sed in deterius convenitis. » Decebat vos ad meliora progredi, conventusque facere liberaliores : vos autem consuetudinem, quæ obtinuerat apud vos, imminuistis; ac convenitis quidem in una Ecclesia, non tamen ut simul cœnetis. Hoc igitur est « Deterius, » id est, in quo deficitis.

« Πρῶτον μὲν γὰρ, συνερχομένων ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ, ἀκούω σχίσματα ἐν ὑμῖν ὑπάρχειν. » Οὐκ εὐθὺς εἰς τὸν περὶ τῶν τραπεζῶν λόγον εἰσβάλλει, ἀλλὰ πρότερον πλήττει αὐτοὺς, ὅτι σχίσματα ἐν αὐτοῖς εἰσι. Καὶ γὰρ ὄντως διότι ἀπεσχισμένοι ἦσαν, διὰ τοῦτο ἰδίᾳ ἤσθιον ἕκαστος.

VERS. 18. « Primum quidem convenientibus vobis in Ecclesia, audio schismata inter vos esse. » Non statim aggreditur sermonem de mensis, sed prius eos ferit, quod schismata inter eos essent : nam revera quia divisi erant, idcirco privatim unus quisque edebat.

« Καὶ μέρος τι πιστεύω. » Ἵνα μὴ εἴπωσι· Τί γὰρ εἰ ψεύδονται οἱ διαβάλλοντες; οὔτε, ὅτι Πιστεύω, εἶπεν, ἵνα μὴ ἀναισχυντοτέρους ποιήσῃ· οὔτε, ὅτι Ἀπιστῶ, ἵνα μὴ δόξῃ μάτην ἐπιτιμᾷν· ἀλλὰ, Μικρόν τι, φησὶ, πιστεύω· ἅμα δὲ καὶ εἰκὸς, μηδὲ πάντας παραβαίνειν τὸ ἔθος, ἀλλ' ἐκ μέρους τινάς.

C « Et ex parte credo. » Ne dicant, Quid autem si mentiuntur calumniatores nostri? Neque credo, dixit, ne impudentiores faciat : neque non credo, ne videatur eos frustra objurgare; sed, Parum quiddam credo, inquit. Verisimile item est, neque omnes morem istum transgredi, sed ex parte quosdam.

« Δεῖ γὰρ καὶ αἱρέσεις ἐν ὑμῖν εἶναι. » Οὐ τὰς τῶν δογμάτων αἱρέσεις λέγει, ἀλλὰ τὰς τῶν τοιούτων σχισμάτων, τὰς περὶ τῶν τραπεζῶν. Τί δέ ἐστι τὸ, « Δεῖ; ἀντὶ τοῦ, ἐνδέχεται, ἢ καὶ, ὅτι Ἀνάγκη ἐστὶν ἀνθρώπους ὄντας ὑμᾶς μὴ πάντας ὀρθοποδεῖν. Διὰ τοῦτο οὖν καὶ πιστεύω· ὥσπερ καὶ ὁ Κύριος εἶπεν· « Ἀνάγκη ἐλθεῖν τὰ σκάνδαλα, » ἀντὶ τοῦ, Ἐπεὶ πονηροί εἰσιν ἐν τῷ κόσμῳ, ἀνάγκη καὶ σκάνδαλα εἶναι, καὶ ἔρχεσθαι.

VERS. 19. « Oportet enim et hæreses inter vos esse. » Non dogmatum hæreses dicit, sed schismatum hujusmodi, de mensis scilicet. Quid vero est, « Oportet? » pro, possibile est, vel necesse est vos, cum homines sitis, non omnes recta ingredi. Hanc igitur ob rem etiam credo : perinde ac Dominus etiam dixit : « Necesse est venire scandala [a] : » hoc est, Cum pravi sint in mundo, esse et venire scandala necesse est.

« Ἵνα οἱ δόκιμοι φανεροὶ γένωνται ἐν ὑμῖν. » Τὸ, « Ἵνα, » ἐνταῦθα οὐκ αἰτιολογικόν ἐστιν, ἀλλὰ τῆς ἐκβάσεως τοῦ πράγματος, ὡς πολλαχόθεν δῆλον. Ἐκ γὰρ τοῦ τοὺς ἀλαζονικωτέρους μὴ καταδέχεσθαι τὴν ἑστίασιν φανεροῦνται οἱ δόκιμοι, τουτέστιν, οἱ πένητες, ὅτι φέρουσι παρορώμενοι· πρότερον δὲ οὐκ ἐφαίνετ ἡ καρτερία αὐτῶν. Ἢ δοκίμους λέγει τοὺς ἔτι τὸ ἔθος φυλάττοντας· οὐ γὰρ πάντες τοῦτο παρῆλυσαν. Τῶν οὖν παραλυσάντων ἀδοκίμων φαινομένων, οἱ φυλάττοντες φανεροῦνται ὡς δόκιμοι.

D « Ut qui probati sunt, manifesti fiant in vobis. » Conjunctio, « Ut, » hic non est causalis, sed ad rei eventum et exitum pertinet, uti multis in locis perspicuum est. Cum enim arrogantiores communem istam cœnam non acciperent, manifestabantur probati, id est, pauperes, quod patienter ferant sese negligi : antea autem non apparebat perseverantia eorum. Vel probatos dicit eos, qui morem cœnæ adhuc custodiebant : non enim **190** eum omnes dissolverant. Cum igitur dissolventes reprobi apparerent, observantes manifestantur ceu probati.

« Συνερχομένων οὖν ὑμῶν ἐπὶ τὸ αὐτὸ, οὐκ ἔστι

VERS. 20. « Convenientibus igitur vobis in idem,

[a] Matth. XVIII, 7.

non est Dominicam cœnam manducare. » ConvenA tus, inquit, charitatem indicat et consociationem : atqui opus non fit. Dominicam autem cœnam convivium vocat, veluti imitationem tremendæ illius cœnæ, quam Dominus una cum discipulis suis manducavit. Propterea et cœnam prandium vocavit. Videte igitur, inquit, quo orbemini, nempe imitatione mensæ Dominicæ.

Κυριακὸν δεῖπνον φαγεῖν. » Ἡ μὲν συνέλευσις, φησὶν, ἀγάπην ἐνδείκνυται καὶ συναγελασμόν · πλὴν οὐ γίνεται τὸ ἔργον. Κυριακὸν δὲ δεῖπνον καλεῖ τὴν συνεστίασιν [67], ὡς μίμησιν ἐκείνου τοῦ φρικτοῦ, ὃ ὁ Κύριος συνέφαγε τοῖς μαθηταῖς · διὸ καὶ δεῖπνον τὸ ἄριστον ἐκάλεσεν. Ἴδετε οὖν, φησὶ, τίνος στερεῖσθε, τοῦ μιμεῖσθαι τὴν Δεσποτικὴν τράπεζαν.

Vers. 21. « Unusquisque enim propriam cœnam præsumit ad manducandum. » Dominicam hanc cœnam privatam fecistis. Quandiu enim communis esset, Dominica cœna vocabatur : Domini enim res omnibus servis sunt communes. Quoniam vero unusquisque antevertit propriam cœnam manducando, nec exspectat pauperes, sed privatim apud sese edit, contumelia affecistis cœnam vestram, B pro Dominica privatam facientes.

« Ἕκαστος γὰρ τὸ ἴδιον δεῖπνον προλαμβάνει ἐν τῷ φαγεῖν. » Τὸ Κυριακὸν τοῦτο δεῖπνον ἰδιωτικὸν πεποιήκατε. Ἕως μὲν γὰρ ἦν κοινὸν, καὶ Κυριακὸν δεῖπνον ἐλέγετο · τὰ γὰρ τοῦ Δεσπότου πάντων κοινὰ τῶν δούλων. Ἐπεὶ δὲ ἕκαστος προλαμβάνει τρώγων τὸ ἴδιον δεῖπνον, καὶ οὐκ ἀναμένει τοὺς πένητας, ἀλλ' ἰδίᾳ ἐσθίει καθ' ἑαυτὸν, ἠτιμάσατε [65] τὸ δεῖπνον ὑμῶν, ἀντὶ Κυριακοῦ ἰδιωτικὸν ποιήσαντες.

« Et alius quidem esurit, alius vero ebrius est. » Pauper quidem esurit, opulentus vero inebriatur. Duo autem hic sunt piacula, et quod prætereuntur pauperes, et quod vos inebriamini, soli iis saturati quæ etiam pauperibus oportebat apparata esse. Emphatice autem dixit, « Ebrius est. »

« Καὶ ὃς μὲν πεινᾷ, ὃς δὲ μεθύει. » Ὁ πένης μὲν πεινᾷ, ὁ δὲ πλούσιος μεθύει. Δύο δὲ ἐγκλήματα, ὅτι τε παρορῶνται οἱ πένητες, καὶ ὅτι ὑμεῖς μεθύετε, μόνοι σιτούμενοι ἃ καὶ τοῖς πένησιν ἔδει παρεσκευάσθαι. Ἐμφαντικῶς δὲ τὸ, « Μεθύει, » εἶπε.

Vers. 22. « Nunquid enim domos non habetis ad edendum et bibendum? » Si enim communiter et publice non estis esuri, cur non in ædibus vestris editis?

« Μὴ γὰρ οἰκίας οὐκ ἔχετε εἰς τὸ ἐσθίειν καὶ πίνειν; » Εἰ γὰρ μὴ κοινῶς μέλλετε ἐσθίειν, διὰ τί μὴ ἐν ταῖς οἰκίαις ὑμῶν ἐσθίετε;

« Aut Ecclesiam Dei contemnitis? » Cum enim Dominicam cœnam privatam feceris, manducans apud teipsum, in Ecclesiam et locum es injurius.

« Ἢ τῆς Ἐκκλησίας τοῦ Θεοῦ καταφρονεῖτε; » Ὅταν γὰρ τὸ Κυριακὸν δεῖπνον ἰδιωτικὸν ποιῇς, ἐσθίων καθ' ἑαυτὸν [66], εἰς τὴν Ἐκκλησίαν καὶ τὸν C τόπον ὑβρίζεις.

« Et pudefacitis non habentes. » Non tantum curant pauperes, inquit, quod non [alitis eos, quantum quod pudefiunt redarguti, quod ipsi nihil habeant, vobis splendide accumbentibus, ac vino indulgentibus.

« Καὶ καταισχύνετε τοὺς μὴ ἔχοντας. » Οὐ τοσοῦτον, φησὶ, μέλει τοῖς πένησιν, ὅτι οὐ τρέφετε αὐτοὺς, ὅσον, ὅτι καταισχύνονται, ἐλεγχόμενοι ἐπὶ τῷ μὴ αὐτοὶ ἔχειν, ὑμῶν φιλοτίμως ἀνακειμένων καὶ μεθυόντων

« Quid vobis dicam? Laudabo vos? In hoc non laudo. » Post erroris demonstrationem mitius cum illis loquitur. Cum enim dicere potuisset, ista innumeris mortibus digna, ipse quid ait? « Laudabo vos? In hoc non laudo. » Hoc autem facit, ut eos clementiores erga pauperes reddat. Si enim eos ad finem usque vehementius percussisset, adversus inopes crudeliores facti essent, quippe quia eorum causa ab Apostolo ignominia affecti.

« Τί ὑμῖν εἶπω [67]; Ἐπαινέσω ὑμᾶς; Ἐν τούτῳ οὐκ ἐπαινῶ. » Μετὰ τὴν ἀπόδειξιν τοῦ πταίσματος, ἡμερώτερον αὐτοῖς διαλέγεται. Ἔχων γὰρ εἰπεῖν, Ταῦτα μυρίων θανάτων ἄξια, ὁ δὲ τί φησιν; « Ἐπαινέσω ὑμᾶς; ἐν τούτῳ οὐκ ἐπαινῶ. » Τοῦτο δὲ ποιεῖ, ἵνα ἡμερωτέρους αὐτοὺς τοῖς πένησι καταστήσῃ. Εἰ γὰρ σφοδρότερον ἐπέπληξεν ἄχρι τέλους, ἠγρίαινον ἂν πρὸς ἐκείνους, ὡς δι' αὐτοὺς ἀτιμασθέντες παρὰ D τοῦ Ἀποστόλου.

Vers. 23. « Ego enim accepi a Domino, quod et tradidi vobis. » Cujus rei gratia mysteriorum et vesperæ illius meminit? Omnino necessario, ut persuadeat quod Dominus tuus omnes eadem mensa excipere dignatus sit, tu vero fratrem ejusdem tecum generis et naturæ aversaris et dedignaris? At qui ait a Domino se **191** accepisse? Neque enim tum aderat, sed persecutor erat. Ut discas, quod etiamnum ipse est qui mystica mensa mysteria illa tradit, æque atque tum.

« Ἐγὼ γὰρ παρέλαβον ἀπὸ τοῦ Κυρίου, ὃ καὶ παρέδωκα ὑμῖν. » Τίνος ἕνεκεν τῶν μυστηρίων μέμνηται καὶ τῆς ἑσπέρας ἐκείνης; Σφόδρα ἀναγκαίως · ἵνα πείσῃ [67*], ὅτι Ὁ Δεσπότης σου τῆς αὐτῆς πάντας ἠξίωσε τραπέζης, καὶ σὺ τὸν ὁμογενῆ παρωθεῖς καὶ ἀπαξιοῖς; Πῶς δέ φησι παρὰ τοῦ Κυρίου παρειληφέναι; οὐδὲ γὰρ παρῆν τότε, ἀλλὰ διώκτης ἦν. Ἵνα μάθῃς, ὅτι καὶ σήμερον ἐπὶ τῆς μυστικῆς τραπέζης αὐτός ἐστιν ὁ παραδιδοὺς τὰ μυστήρια, ὥσπερ καὶ τότε.

Variæ lectiones.

[64] ἑστίασιν o. [65] ἠτιμάσατέ φησι m. [66] καθ' ἑαυτὸν ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ, καὶ τὸν τόπον ὑβρ. o. [67] τί ὑμῖν δοκεῖ m. [67*] ἵνα δείξῃ m.

« Ὅτι ὁ Κύριος Ἰησοῦς ἐν τῇ νυκτὶ, ᾗ παρεδί- A δοτο, ἔλαβεν ἄρτον, καὶ εὐχαριστήσας ἔκλασε, καὶ εἶπε· Λάβετε, φάγετε· τοῦτό μου ἐστὶ τὸ σῶμα τὸ ὑπὲρ ὑμῶν κλώμενον. » Ἀναμνήσθητε, φησὶν, ὅτι ταύτην ἐσχάτην ὑμῖν δέδωκε τὴν μυσταγωγίαν, καὶ ἐν αὐτῇ τῇ νυκτὶ ᾗ σφάττεσθαι ἔμελλε, καὶ τὸν προδότην εἶχε συνέστιον [68]· καὶ σὺ ἀπαξιοῖς τὸν ἀδελφόν; Καὶ ἐδιδάχθης μὲν εὐχαριστεῖν· καὶ γὰρ κἀκεῖνος εὐχαρίστησε, τύπον ἡμῖν διδούς· ἀνάξια δὲ τῆς εὐχαριστίας ποιεῖς, ὑβρίζων τὴν Ἐκκλησίαν, καὶ πεινῶντος ἄλλου, αὐτὸς μεθύων. Καὶ ὁ μὲν πᾶσιν εἶπε κοινῶς, « Λάβετε, φάγετε, » καὶ ταῦτα, τὸ σῶμα αὐτοῦ, ὃ ὑπὲρ πάντων ἐπίσης ἔκλασε, διδοὺς εἰς θάνατον· σὺ δὲ [69] προλαμβάνεις ἐσθίων, καὶ οὐδὲ τὸν κοινὸν ἄρτον εἰς τὸ μέσον τίθης, οὐδὲ κλᾷς αὐτὸν, ἵνα δοθῇ πολλοῖς, ἀλλὰ σαυτῷ κατέχεις.

« Τοῦτο ποιεῖτε εἰς τὴν ἐμὴν ἀνάμνησιν. » Τί λέγεις; Εἰ μὲν Υἱοῦ ἀνάμνησιν ἢ Πατρὸς ἐποίεις, ἐπλήγης ἂν ὑπὸ τοῦ συνειδότος, εἰ μὴ τὰ νενομισμένα ἐπλήρωσας, καὶ πένητας ἐκάλεσας· ἀνάμνησιν δὲ τελῶν τοῦ Δεσπότου, οὐδὲ τραπέζης ἁπλῶς [70] μεταδίδως.

« Ὡσαύτως καὶ τὸ ποτήριον μετὰ τὸ δειπνῆσαι, λέγων· Τοῦτο τὸ ποτήριον ἡ Καινὴ Διαθήκη ἐστὶν ἐν τῷ ἐμῷ αἵματι. » Ἦσαν καὶ ἐν τῇ Παλαιᾷ ποτήρια, ἐν οἷς τὸ αἷμα τῶν ἀλόγων ἐσπενδον μετὰ τὸ θῦσαι, φιάλῃ καὶ ποτηρίῳ τοῦτο δεχόμενοι. Ἀντὶ τοῦ αἵματος τοίνυν τῶν ἀλόγων, ὃ τὴν Παλαιὰν Διαθήκην ἐσφράγισε, τὸ ἐμὸν αἷμα νῦν τίθημι, τὴν Καινὴν C Διαθήκην ἐπισφραγίζων. Μὴ θορυβηθῇς οὖν, αἵματος ἀκούων. Καὶ γὰρ εἰ τὸ τῶν ἀλόγων ἐδέξω ἐν τῇ Παλαιᾷ, πόσῳ μᾶλλον τὸ θεῖον νῦν;

« Τοῦτο ποιεῖτε ὁσάκις ἂν πίνητε, εἰς τὴν ἐμὴν ἀνάμνησιν. » Καὶ διὰ τοῦ ποτηρίου, φησὶν, ἀνάμνησιν τελεῖς τοῦ Δεσποτικοῦ θανάτου. Πῶς οὖν αὐτὸς μόνος πίνεις καὶ μεθύεις, τοῦ φρικτοῦ [71] ποτηρίου πᾶσιν ἐπίσης δοθέντος;

« Ὁσάκις γὰρ ἂν ἐσθίητε τὸν ἄρτον τοῦτον, καὶ τὸ ποτήριον τοῦτο πίνητε, τὸν θάνατον τοῦ Κυρίου καταγγέλλετε ἄχρις [72] ἂν ἔλθῃ. » Οὕτω, φησὶν, ὀφείλετε διακεῖσθαι, ὡσπερανεὶ ἐν αὐτῇ ἐκείνῃ τῇ D ἑσπέρᾳ, καὶ ἐπ' αὐτῆς κείμενοι τῆς στιβάδος, καὶ παρ' αὐτοῦ τοῦ Χριστοῦ λαμβάνοντες τὴν θυσίαν. Αὐτὸ γὰρ ἐκεῖνο τὸ δεῖπνόν ἐστι, καὶ αὐτὸν ἐκεῖνον τὸν θάνατον καταγγέλλομεν, τουτέστιν, ὑποδεικνύομεν, ἄχρι τῆς δευτέρας παρουσίας.

« Ὥστε, ὃς ἂν ἐσθίῃ τὸν ἄρτον τοῦτον, ἢ πίνῃ τὸ ποτήριον τοῦ Κυρίου ἀναξίως, ἔνοχος ἔσται τοῦ σώματος καὶ αἵματος τοῦ Κυρίου. » Αὐτοὺς αἰνίττεται ἀναξίως μεταλαμβάνοντας, ὡς περιορῶντας τοὺς πένητας. Πῶς δὲ ἔνοχος γίνεται ὁ ἀναξίως μεταλαμβάνων; Ὡς καὶ αὐτὸς ἐχχέας τὸ αἷμα. Ὥσπερ γὰρ

Verb. 24. « Quoniam Dominus Jesus, in nocte qua tradebatur, accepit panem, et postquam gratias egisset, fregit, ac dixit, Accipite, manducate : Hoc est corpus meum, quod pro vobis frangitur. » Recordamini, inquit, quod hanc ultimam vobis dederit institutionem; quodque ea etiam nocte qua mactandus erat, ipsum proditorem convivam habuerit : Et tu fratrem tuum indiguum judicas ? Edoctus es etiam gratias agere; quandoquidem et ille gratias egerit, exemplum nobis relinquens : atqui tu indigna gratiarum actione committis, injuriam inferens Ecclesiæ, alioque esuriente ipse inebriaris. At vero ille communiter omnibus dixit, Accipite, edite, idque corpus suum, quod pro omnibus ex æquo fregit, in mortem tradens; tu vero edendo antevertis, neque communem panem B in medium ponis, neque frangis ipsum uti detur multis, verum tibi ipsi contines.

« Hoc facite in meam commemorationem. » Quid ais? Si Filii vel Patris commemorationem faceres, conscientia tua perculsus esses, nisi ritus omnes perfecisses, ac pauperes invitasses : commemorationem autem Domini faciens, ne mensam quidem tuam simpliciter impertis.

Verb. 25. « Similiter et calicem postquam cœnasset, dicens : Hic calix Novum Testamentum est in meo sanguine. » Fuerunt etiam in Veteri Testamento pocula, quibus sanguinem brutorum post victimam oblatam libarent, quem phiala et poculo excipiebant. Pro sanguine itaque brutorum, qui C Vetus Testamentum veluti sigillo consignabat, meum ego nunc sanguinem pono, Novum Testa mentum eo ceu sigillo muniens. Ne turberis igitur sanguinem audiens. Nam si irrationalium pecorum sanguinem accepisti in Veteri Testamento, quanto potius nunc divinum ?

« Hoc facite, quoties biberitis, in meam commemerotionem. » Per poculum istuc, inquit, memoriam facis Dominicæ mortis. Qui igitur tu solus bibis et inebriaris, tremendo isto calice omnibus ex æquo tradito ?

Verb. 26. « Quoties enim ederitis panem hunc, calicem hunc biberitis, mortem Domini annuntiabitis donec veniat. » Eo, inquit, affectu debetis esse D imbuti, perinde quasi in illa ipsa essetis vespera, eidemque accumberetis toro, et ab ipso Christo acciperetis sacrificium istud. Illa ipsa enim cœna est, et illam ipsam mortem annuntiamus, hoc est demonstramus, ad secundum usque ejus adventum.

Verb. 27. « Itaque quicunque manducaverit panem hunc, aut biberit calicem Domini indigne, reus erit corporis et sanguinis Domini. » **192** Ipsos oblique perstringit indigne manducantes, quandoquidem nopes negligant. Qua vero ratione reus fit qui indigne assumit? Perinde nimirum ac ipse qui sanguinem

Variæ lectiones.

[68] συνεσθίοντα O. [69] καὶ σύ O. [70] αὐτοῖς O. [71] δεσποτικοῦ O. [72] ἕως O.

Domini effuderit. Ut enim qui tum pupugerunt Christum, non ut biberent pupugerunt, verum ut effunderent : sic indigne bibens, nihilque inde commodi referens, sanguinem frustra effudit. Porro, Judæi quidem dilacerarunt regis chlamydem : at qui indigne manducat, in cœnum et in lutum, animam suam videlicet, hanc chlamydem injecit. Nonne igitur par et minime dissimilis est ignominia? Propterea et ipse istius reus est.

A καὶ τότε οἱ κεντήσαντες, οὐχ ἵνα πίωσιν ἐκέντησαν, ἀλλ' · ἵνα ἐκχέωσιν · οὕτω καὶ ὁ ἀναξίως μὲν πίνων, μηδὲν δὲ ἐντεῦθεν καρπούμενος, μάτην ἐξέχεε τὸ αἷμα. Καὶ οἱ μὲν Ἰουδαῖοι διέῤῥηξαν τοῦ βασιλέως τὴν χλαμύδα · ὁ δὲ ἀναξίως κοινωνῶν, εἰς βόρβορον, τὴν αὐτοῦ φημι ψυχὴν, ταύτην ἐνέβαλεν. Ἆρα οὐκ ἴση ἡ ἀτιμία; διὰ τοῦτο καὶ αὐτὸς ταύτης ἔνοχός ἐστι.

Vers. 28. « Probet autem seipsum homo, et sic de pane illo edat, et de calice bibat. » Paulo in more est, sicubi in medium cujuspiam argumenti inciderit aliud necessarium, hoc etiam pertractare : quemadmodum etiamnum alio proposito argumento de mensis, simul atque in mysteriorum sermonem indicit, hunc veluti maxime necessarium absolvit, ac summam bonorum monstrat, cum pura conscientia accedere, aitque : Non alium tibi judicem præficio, verum teipsum tibiipsi. Judica igitur et explora conscientiam tuam, et sic accede, non quando fuerint feriæ, sed quando purum teipsum ac dignum inveneris.

« Δοκιμαζέτω δὲ ἄνθρωπος ἑαυτὸν, καὶ οὕτως ἐκ τοῦ ἄρτου ἐσθιέτω, καὶ ἐκ τοῦ ποτηρίου πινέτω. » Εἴωθεν ὁ Παῦλος, ἐπειδὰν ἐν μέσῳ [73] τινὸς ὑποθέσεως ἑτέρα ἀναγκαία παρεμπέσῃ, καὶ ταύτην ἐπεξέρχεσθαι · ὥσπερ οὖν καὶ νῦν ἑτέρας προκειμένης ὑποθέσεως τῆς περὶ τῶν τραπεζῶν, ἐπειδὴ εἰς τὸν τῶν μυστηρίων ἐνέπεσε λόγον, ἐπεξεργάζεται τοῦτον B ὡς ἀναγκαιότατον, καὶ τὸ κεφάλαιον τῶν ἀγαθῶν ὑποδείκνυσι, τὸ μετὰ καθαροῦ προσιέναι συνειδότος · καί φησιν, ὅτι Οὐχ ἕτερον δικαστὴν ἐφιστῶ σοι, ἀλλ' ἑαυτὸν σαυτῷ. Δίκασον οὖν τῷ συνειδότι σου, καὶ οὕτω πρόσιθι, μὴ ὅταν ἑορτὴ ᾖ [74], ἀλλ' ὅταν καθαρὸν σεαυτὸν καὶ ἄξιον εὕρῃς.

« Ὁ γὰρ ἐσθίων καὶ πίνων ἀναξίως κρῖμα ἑαυτῷ ἐσθίει καὶ πίνει. » Οὐ διὰ τὴν τῶν μυστηρίων φύσιν (ταῦτα γὰρ ζωηρὰ), ἀλλὰ διὰ τὴν τοῦ προσιόντος ἀναξιότητα · ὥσπερ καὶ ὁ ἥλιος τοῖς τὰς ὄψεις διεφθαρμένοις βλαβερός.

Vers. 29. « Qui enim manducat et bibit indigne, judicium sibi manducat et bibit. » Non propter mysteriorum naturam (hæ cenim sunt vivifica), verum propter accedentis iniquitatem : quemadmodum et sol oculis corruptis est noxius.

« Μὴ διακρίνων τὸ σῶμα τοῦ Κυρίου. » Τουτέστι, μὴ ἐξετάζων, μὴ ἐννοῶν [75] τὸ τοῦ προκειμένου μέγεθος. Εἰ γὰρ μάθοιμεν τίς ποτέ ἐστιν ὁ προκείμενος, C οὐ δεησόμεθα ἑτέρου, ἀλλ' αὐτὸ τοῦτο νήφειν ἡμᾶς παρασκευάσει.

« Non dijudicans corpus Domini. » Hoc est, non explorans, non intelligens propositæ rei amplitudinem. Si enim disceremus unquam quisnam esset qui nobis proponitur, non indigeremus altero, sed istud ipsum nos sobrios redderet.

« Διὰ τοῦτο ἐν ὑμῖν πολλοὶ ἀσθενεῖς καὶ ἄῤῥωστοι, καὶ κοιμῶνται ἱκανοί. » Ἐκ τῶν παρ' ὑμῖν γινομένων λάβετε τὰς ἀποδείξεις. Διὰ τοῦτο γὰρ ὧροι θάνατοι, καὶ μακραὶ νόσοι, διότι ἀναξίως μεταλαμβάνουσι πολλοί. Τί οὖν; οἱ ἄνοσοι τηρούμενοι μέχρι βαθυτάτου γήρως, οὐχ ἁμαρτάνουσιν; Ἁμαρτάνουσι μὲν, ἀλλ' οὐχ αἱ ἐνταῦθα κολάσεις μόναι τοῖς ἀναξίως προσιοῦσιν, ἀλλ' ἐκεῖ χαλεπώτερα αὐτοῖς ἀπόκεινται. Ἡμεῖς δὲ οὐδ' ἂν ἐνταῦθα ἐκολάσθημεν, εἰ μὴ ἡμαρτάνομεν · ὥσπερ δὴ καὶ αὐτὸς ἐπιφέρει ·

Vers. 30. « Ideo inter vos multi infirmi, et imbecilles, et dormiunt multi. » Accipite demonstrationem ab iis quæ apud vos contingunt. Hinc enim immaturæ mortes, morbique diuturni, eo quod multi indigne assumant. Quid igitur? Num ii qui ad extremam usque senectutem incolumes servantur, peccata non admittunt? Peccant sane : sed non hujus temporis pœnæ solæ indigne accedentibus destinatæ sunt, sed in futuro quoque sæculo illis graviora sunt reposita : neque hic nos punitu essemus, nisi deliquissemus, perinde ac ipse jam infert.

« Εἰ γὰρ ἑαυτοὺς ἐκρίνομεν, οὐκ ἂν ἐκρινόμεθα. » Οὐκ εἶπεν, Εἰ ἑαυτοὺς ἐκολάζομεν, ἀλλὰ μόνον, « Εἰ D ἐκρίνομεν » καὶ κατεγινώσκομεν ἑαυτῶν, οὐκ ἂν οὐδὲ ἐνταῦθα κατεκρινόμεθα παρὰ τοῦ Θεοῦ, ἀλλ' ἐξεφεύγομεν ἂν καὶ τὰς ἐνταῦθα κολάσεις, καὶ τὰς ἐκεῖ.

Vers. 31. « Si enim nos ipsos judicaremus, non judicaremur. » Non dixit, Si nos ipsos puniremus, sed tantum, « Si judicaremus » et condemnaremus nos ipsos, ne hic quidem condemnaremur a Deo, verum et præsentia et futura supplicia effugeremus.

Vers. 32. « Cum autem a Domino judicamur, corripimur, ut non cum mundo condemnemur. » **193** Quandoquidem rem adeo levem et facilem non facimus, hoc est quod nos ipsos non condemnamus; neque Deus nobiscum adeo crudeliter agit, verum hic corripit et castigat, ut illic misereatur. Castigamur enim hic, inquit; non punimur, sed a Patre admonemur, « ne cum mundo, » id est, in-

« Κρινόμενοι δὲ ὑπὸ Κυρίου, παιδευόμεθα, ἵνα μὴ σὺν τῷ κόσμῳ κατακριθῶμεν. » Ἐπειδὴ, φησὶ, τὸ οὕτω κοῦφον καὶ ἐλαφρὸν οὐ ποιοῦμεν, τουτέστι, τὸ καταγινώσκειν [76] ἑαυτῶν, οὐδὲ οὕτως ἀφειδῶς ἡμῖν ὁ Θεὸς κέχρηται, ἀλλ' ὧδε παιδεύει, ἵνα ἐκεῖ ἐλεήσῃ. Παιδευόμεθα γὰρ, φησὶν, ὧδε, οὐ κολαζόμεθα, ἀλλ' ὑπὸ Πατρὸς νουθετούμεθα, « ἵνα μὴ σὺν τῷ κόσμῳ, » τουτέστι, τοῖς ἀπίστοις, κατακριθῶμεν ἐκεῖ. Περι-

Variæ lectiones.

[73] μέσον o. [74] εἴη o. [75] μηδὲ νοῶν o. [76] κατακρίνειν m.

σπούδαστοι γὰρ ὄντες Θεῷ οἱ πιστοὶ, ὧδε ἀπολαμβάνουσι τὰς ἁμαρτίας αὐτῶν.

« Ὥστε, ἀδελφοί μου, συνερχόμενοι εἰς τὸ φαγεῖν, ἀλλήλους ἐκδέχεσθε. » Αὖθις εἰς τὸν περὶ τῶν πενήτων ἦλθε λόγον, μεθ' ὃ ἐμνήσθη κολάσεων καὶ θανάτων. Καὶ οὐκ εἶπεν, Ἀλλήλοις μετάδοτε, ἀλλ', « Ἐκδέχεσθε, » δεικνύων ὅτι κοινά εἰσι τὰ ἐκεῖσε εἰσφερόμενα, καὶ δεῖ ἀναμένειν τὴν κοινὴν συνέλευσιν.

« Εἰ δέ τις πεινᾷ, ἐν οἴκῳ ἐσθιέτω. » Ἐντρεπτικὸς ὁ λόγος· ὡς γὰρ παιδίοις δυσχεραίνουσι διὰ τὸ πεινῆν, αὐτοῖς διαλέγεται, καὶ γαστριμαργίαν αὐτῶν καταγινώσκει. Διὸ καὶ ἐξάγων αὐτοὺς ἀπὸ τῆς Ἐκκλησίας, εἰς τὴν οἰκίαν παραπέμπει· ὅπερ οὐ μικρὰ αἰσχύνη.

« Ἵνα μὴ εἰς κρῖμα συνέρχησθε. » Τουτέστιν, Εἰς βλάβην ὑμῶν, καὶ εἰς κατάκρισιν. Διὰ τοῦτο γὰρ ὡρίσθησαν αἱ συνελεύσεις, ἵνα ὠφελῆσθε ἐν ἀγάπῃ συνερχόμενοι· εἰ δὲ μὴ, βέλτιον οἴκοι εἶναι. Τοῦτο δὲ λέγει, οὐχ ἵνα οἴκοι ὦσιν, ἀλλ' ἵνα μᾶλλον αὐτοὺς [77] ὠφελκύσηται πρὸς τὸ συνέρχεσθαι ὡς δεῖ.

« Τὰ δὲ λοιπὰ, ὡς ἂν ἔλθω, διατάξομαι. » Ἢ περὶ ἑτέρων τινῶν ἁμαρτανομένων παρ' αὐτοῖς καὶ δεομένων διαταγῆς λέγει, ἢ περὶ αὐτοῦ τούτου φησὶν, ὅτι εἰκός ἐστι τινὰς ἀπολογίαις χρήσασθαι [78] πρὸς ἃ εἶπον· ἀλλὰ τέως μὲν, ἃ εἶπον φυλαττέσθωσαν. Εἰ δέ τις ἕτερόν τι ἔχει λέγειν, τῇ ἐμῇ παρουσίᾳ τοῦτο τηρείσθω. Ἐκφοβεῖ δὲ αὐτοὺς ὡς παρεσόμενος ἵνα κατασταλῶσι καὶ διορθώσωνται, εἴ τι μὴ καλῶς ἔχοιεν.

ΚΕΦΑΛ. ΙΒ'.

« Περὶ δὲ τῶν πνευματικῶν, ἀδελφοὶ, οὐ θέλω ὑμᾶς ἀγνοεῖν. » Τουτέστι, τῶν χαρισμάτων τοῦ Πνεύματος. Ἡ δὲ ὑπόθεσις αὕτη· Οἱ πιστεύσαντες ἐν ἀρχῇ καὶ βαπτισθέντες, πάντες [79] τὸ Πνεῦμα ἐλάμβανον· ἐπεὶ δὲ ἀόρατον ἦν τοῦτο, ἔλεγχος αἰσθητὸς ἐδίδοτο τῆς αὐτοῦ ἐνεργείας, καὶ ἢ γλώσσαις ἐλάλουν, ἢ προεφήτευον, ἢ ἐθαυματούργουν. Παρὰ Κορινθίοις οὖν διὰ τὰ χαρίσματα στάσεις ἦσαν, τῶν τε μείζονα λαμβανόντων ἐπαιρομένων, καὶ τῶν ἐλάττονα, διαφθονούντων ἐκείνοις. Ἔπειτα ἦσαν καὶ μάντεις τινὲς καὶ ψευδοπροφῆται, καὶ δυσχερῶς διεκρίνοντο ἀπὸ τῶν ἐνθέων προφητῶν. Πάντα οὖν ταῦτα διορθοῦται, καὶ πρῶτον τὸ τῶν μάντεων.

« Οἴδατε ὅτι ὅτε ἔθνη ἦτε, πρὸς τὰ εἴδωλα τὰ ἄφωνα ὡς ἂν ἤγεσθε, ἀπαγόμενοι. » Σημεῖον δίδωσι τοῦ μάντεως καὶ τοῦ προφήτου· καί φησιν, ὅτι ἐν τοῖς εἰδώλοις εἴ τις ἐμαντεύετο, κατασχεθεὶς ὑπὸ πνεύματος ἀκαθάρτου, ὡς ἂν ἀπαγόμενος, οὕτως εἵλκετο ὑπὸ τοῦ πνεύματος δεδεμένος, οὐδὲν εἰδὼς ὧν [80] ἔλεγεν, ἀλλ' ἐξεστηκὼς καὶ μεμηνώς· ὁ δὲ

A fidelibus, illic condemnemur. Nam quoniam fideles Deo sint curæ, peccatorum suorum mercedem hic accipiunt.

VERS. 33. « Itaque, fratres, cum convenitis ad manducandum, alter alterum exspectate. » Post pœnarum mortisque mentionem, rursus ad sermonem de pauperibus redit. Non autem dixit, Alter alteri impertimini, sed, « Exspectate, » ostendens communia esse quæ illuc afferantur, quodque communis conventus sit exspectandus.

VERS. 34. « Si quis autem esurit, domi manducet. » Sermo iste pudefaciendi vim habet : loquitur enim eis tanquam pueris inediam ægre ferentibus, ipsorumque gulositatem condemnat. Hinc et eos ab Ecclesia educens, in suam cujusque domum
B remittit, quæ non exigua est ignominia.

« Ut non ad judicium conveniatis. » Id est, ad detrimentum vestrum, et ad condemnationem. Eam enim ob causam sunt constituti conventus, ut alter ab altero juvetur, dum in charitate congregamini. Quod si hoc non fiat, satius est ut domi vos contineatis. Hoc autem non ideo dicit, ut domi sint, cæterum ut eos magis attrahat quo sicut oportet conveniant.

« Cætera autem cum venero disponam. » Vel de aliis nonnullis ipsorum peccatis, quæ opus habeant emendatione, vel de hoc ipso loquitur, quod verisimile est aliquos defensionem parare adversus ea quæ dixi, verum interim quæ dixi custodiant. Sin
C quisquam aliud quidquam habeat quod mihi dicat, in meum id adventum usque servetur. Terret autem eos tanquam adfuturus, ut interea temporis demittant cristas, et corrigant, si quid non bene habeant.

CAPUT XII.

VERS. 1. « De spiritualibus autem nolo vos ignorare, fratres. » Hoc est, de donis Spiritus. Argumentum autem est hujusmodi : Omnes qui in principio crediderant et baptizati erant, Spiritum accipiebant. Quia vero is invisibilis erat, sensibile signum dabatur operationis ipsius, atque aut linguis loquebantur, aut prophetabant, aut miracula edebant. Apud Corinthios itaque charismatum nomine seditiones exortæ erant, adeo ut qui majora
D dona acceperant, efferrentur : qui vero minora illis inviderent. Insuper, vates aliquot et pseudoprophetæ fuerunt, qui difficulter a divinis prophetis **194** discernebantur. Cuncta igitur hæc in meliorem statum revocat, ac primum quod ad vates attinet.

VERS. 2. « Nostis quod quando gentes eratis, ad idola, quemadmodum ducebamini, abducti sitis. » Signum dat vatis et prophetæ : Si, inquiens, apud idola aliquis vaticinaretur, a spiritu immundo detentus ceu raptus et abductus, sic rapiebatur a spiritu ligatus, nihil sciens eorum quæ diceret, sed plane extra se constitutus et insanus : propheta

Variæ lectiones.

[77] αὐτὸς O· [78] χρᾶσθαι O. [79] πάντως O. [80] ὃ O.

autem non sic; verum is mente sobria cuncta loquitur. Hoc igitur est primum signum vatis dæmoniaci, et prophetæ divini.

VERS. 3. Ideo notum vobis facio, quod nemo in Spiritu Dei loquens, dicit anathema Jesum : et nemo potest dicere Dominum Jesum, nisi in Spiritu sancto. » Etiam hoc tibi signum sit vatis, nempe exsecrari, blasphemare, conviciisque incessere Jesum : prophetæ vero, haud citra præconium nomi nare Domini nomeu. Quid igitur catechumeni faciunt? Quomodo isti nondum habentes Spiritum sanctum,nominant Jesum? Verum de his nunc non est sermo, cæterum de fidelibus et infidelibus. Quid vero dæmones? Nonne nomen Domini nominabant? Imo; sed flagris cæsi et coacti suapte vero sponte et nisi vapulantes, nunquam.

VERS. 4. « Divisiones autem donorum sunt, idem vero Spiritus. » Cum discrimen inter verum et falsum prophetam indicasset, etiam de donis Spiritus disserit, ut eos etiam corrigat, qui in istis dissident. Ac primum eum curat, qui minus donum accepit, ac propterea mœret. Cur enim doles, inquit, quod non tantum accepisti atque alius? Non enim debitum est, sed charisma et donum. Itaque gratias age, quod nihil tibi Deus cum debeat, aliquid sane dederit : imo vero idem est, qui et tibi et illi largitus est Deus. Non enim tibi angelus dedit, illi vero Deus : verum idem utrique Spiritus.

VERS. 5. « Ac divisiones ministrationum sunt, sed idem Dominus. » Meminit et Filii, tanquam datoris bonorum. Dolentem porro majori consolatione reficiens, « Ministrationum, » dixit. Qui enim charismatis vocabulum audiverat, et minus acceperat, fortasse angi queat animo, ceu circa donum imminutus : qui vero ministerii vocem audiverit, non ita : laboris enim et sudoris hoc est indicium. Quid enim doles, si alium plus quam te laborare jussit, parcens videlicet tibi?

VERS. 6. « Divisiones etiam operationum sunt, idem vero Deus qui operatur omnia in omnibus. » Patris hic mentionem facit, qui operatur omnia in omnibus fidelibus. En hic Trinitatem perfectam. Donum autem, et operatio, et ministerium, **195** eadem sunt, etsi nominibus differunt. Æqualia enim sunt quæ a Spiritu et Filio et Patre dantur. Vide autem quomodo Spiritus meminit primum, postremo vero Patris, eorum causa qui in ordine nimium sunt curiosi.

VERS. 7. « Cuivis autem datur manifestatio Spiritus ad utilitatem. » Ne quis dicat, Quid si idem sit Dominus, et idem Spiritus, et idem Deus, cum ego interim minus acceperim? Hoc tibi, inquit, utile erat et conferebat. Spiritus autem manifestationem signa dixit. Per hæc enim demonstrabatur Spiritum libenter in baptizatis commorari. Quid

A προφήτης οὐχ οὕτως, ἀλλὰ μετὰ διανοίας νηφούσης πάντα φθέγγεται · ὥστε τοῦτο πρῶτον σημεῖον μάντεως δαιμονιώδους καὶ προφήτου θείου.

« Διὸ γνωρίζω ὑμῖν, ὅτι οὐδεὶς Πνεύματι Θεοῦ λαλῶν, λέγει ἀνάθεμα Ἰησοῦν · καὶ οὐδεὶς δύναται εἰπεῖν Κύριον Ἰησοῦν, εἰ μὴ ἐν Πνεύματι ἁγίῳ. » Καὶ τοῦτο, φησί, σημεῖον ἔστω σοι μάντεως, τὸ ἀναθεματίζειν, ἤτοι βλασφημεῖν καὶ κακολογεῖν τὸν Ἰησοῦν · καὶ αὖ, προφήτου, τὸ ὀνομάζειν εὐφήμως [81] τὸ τοῦ Κυρίου ὄνομα. Τί οὖν οἱ κατηχούμενοι; πῶς μὴ ἔχοντες οὔπω Πνεῦμα ἅγιον, ὀνομάζουσι τὸν Ἰησοῦν; Ἀλλ' οὐ περὶ τούτων νῦν ὁ λόγος, περὶ [82] δὲ πιστῶν καὶ ἀπίστων. Τί δὲ οἱ δαίμονες; οὐκ ὠνόμαζον τὸ ὄνομα τοῦ Κυρίου; Ἀλλὰ μαστιζόμενοι καὶ ἀναγκαζόμενοι · ἑκόντες δὲ καὶ μὴ μαστιγούB μενοι μηδαμοῦ [83].

« Διαιρέσεις δὲ χαρισμάτων εἰσὶ, τὸ δὲ αὐτὸ Πνεῦμα. » Μετὰ τὸ δεῖξαι [84] τὴν διαφορὰν τοῦ προφήτου καὶ τοῦ ψευδοπροφήτου, καὶ περὶ τῶν χαρισμάτων [85] φησὶν, ἵνα καὶ τοὺς ἐν τούτοις διστασιάζοντας διορθώσηται. Καὶ πρῶτον θεραπεύει τὸν τὸ ἔλαττον χάρισμα λαβόντα, καὶ διὰ τοῦτο ἀλγοῦντα. Τίνος γὰρ ἕνεκεν ἀλγεῖς, ὅτι οὐκ ἔλαβες ὅσον ἕτερος; Μὴ γὰρ ὀφειλή ἐστιν, ἀλλὰ χάρισμα καὶ δωρεά. Ὥστε εὐχαρίστει, ὅτι οὐδέν σοι ὀφείλων ὁ Θεὸς, ὅλως [86] δέδωκέ τι · ἀλλὰ καὶ ὁ αὐτός ἐστι δοτὴρ καὶ σοὶ κἀκείνῳ ὁ Θεός. Οὐ γὰρ σοὶ μὲν ἄγγελος δέδωC κεν, ἐκείνῳ δὲ ὁ Θεός · ἀλλὰ τὸ αὐτὸ Πνεῦμα ἀμφοτέροις.

« Καὶ διαιρέσεις διακονιῶν εἰσιν, ὁ δὲ αὐτὸς Κύριος. » Μέμνηται καὶ τοῦ Υἱοῦ, ὡς δοτῆρος τῶν ἀγαθῶν. Παραμυθούμενος δὲ πλέον τὸν ἀλγοῦντα, « Διακονιῶν, » εἶπεν. Ὁ μὲν γὰρ χάρισμα ἀκούσας, καὶ ἔλαττον λαβὼν, ἴσως ἂν ἀλγήσειεν ὡς ἐλαττωθεὶς περὶ τὴν δωρεάν · ὁ δὲ διακονίαν, οὐχ ὁμοίως · πόνου γὰρ καὶ ἱδρῶτος ἐνδεικτικὸν τοῦτο. Τί γὰρ ἀλγεῖς, εἰ ἕτερον πλείονα πονῆσαι [87] ἐκέλευσε, σοῦ φεισάμενος;

« Καὶ διαιρέσεις ἐνεργημάτων εἰσὶν, ὁ δὲ αὐτὸς Θεὸς ὁ ἐνεργῶν τὰ πάντα ἐν πᾶσιν. « Ἐνταῦθα καὶ τοῦ Πατρὸς ἐμνήσθη, ὃς ἐνεργεῖ τὰ ἐνεργήματα ἐν D πᾶσι τοῖς πιστοῖς. Καὶ ἰδού σοι ἡ Τριὰς ἀπηρτισμένη. Χάρισμα δὲ, καὶ ἐνέργημα, καὶ διακονία ταὐτά εἰσιν, εἰ καὶ τοῖς ὀνόμασι διαφέρουσιν · ἴσα γὰρ τὰ παρὰ τοῦ Πνεύματος καὶ Υἱοῦ καὶ Πατρὸς διδόμενα. Ὅρα δὲ, πῶς τοῦ Πνεύματος ἐμνήσθη πρῶτον, τελευταῖον δὲ τοῦ Πατρὸς, διὰ τοὺς τὴν τάξιν περιεργαζομένους.

« Ἑκάστῳ δὲ δίδοται ἡ φανέρωσις τοῦ Πνεύματος πρὸς τὸ συμφέρον. » Ἵνα μὴ λέγῃ τις · Τί γὰρ, εἰ ὁ αὐτὸς Κύριος, καὶ τὸ αὐτὸ Πνεῦμα, καὶ ὁ αὐτὸς Θεὸς, ἐγὼ δὲ ἔλαττον ἔλαβον; φησὶν, ὅτι Τοῦτό σοι συνέφερε. Φανέρωσιν δὲ τοῦ Πνεύματος, τὰ σημεῖα λέγει. Διὰ τούτων γὰρ ἐδείκνυτο τὸ Πνεῦμα τοῖς βαπτισθεῖσιν ἐμφιλοχωροῦν. Ὥστε τί ἀλγεῖς;

Variæ lectiones.

[81] προθύμως O. [82] ἀλλὰ περὶ O. [83] μηδαμῶς, καὶ οὐδαμοῦ O. [84] ἀποδεῖξαι O. [85] θαυμάτων O. [86] Ἴσ. ὅμως. [87] ποιῆσαι O.

Κἂν τε γὰρ μεῖζον ἔχῃς χάρισμα, κἂν τε ἔλαττον, δείκνυσιν [88], ὅτι ἔχεις τὸ Πνεῦμα · καὶ τί σοι μέλει;

« Ὧ μὲν διὰ τοῦ Πνεύματος δίδοται λόγος σοφίας. » Οἷον εἶχεν Ἰωάννης, ὁ τῆς βροντῆς υἱός · οἷον αὐτὸς ὁ Παῦλος. Σημείωσαι δὲ τὸ, « Διὰ, » ἐπὶ τοῦ Πνεύματος.

« Ἄλλῳ δὲ λόγος γνώσεως κατὰ τὸ αὐτὸ Πνεῦμα. » Οἷον, εἶχον οἱ πολλοὶ τῶν πιστῶν, γνῶσιν μὲν ἔχοντες αὐτοὶ, ἄλλους δὲ διδάξαι μὴ ἰσχύοντες. Ἡ γὰρ σοφία διδάσκει, σάφειά τις οὖσα, ὡς καὶ διασαφοῦσα τὰ κρυπτά. Πανταχοῦ δὲ τοῦ αὐτοῦ Πνεύματος μέμνηται, παραμυθούμενος, ὡς πολλάκις εἴρηται, τὸν τὸ ἔλαττον λαβόντα.

« Ἑτέρῳ δὲ πίστις, ἐν τῷ αὐτῷ Πνεύματι. » Οὐχ ἡ τῶν δογμάτων, ἀλλ' ἡ τῶν σημείων, ἡ καὶ τὰ ὄρη μεθιστῶσα.

« Ἄλλῳ δὲ χαρίσματα ἰαμάτων, ἐν τῷ αὐτῷ Πνεύματι. » Τὸ θεραπεύειν πᾶσαν νόσον καὶ πᾶσαν μαλακίαν.

« Ἄλλῳ δὲ ἐνεργήματα δυνάμεων. » Οὗτος καὶ τιμωρεῖσθαι ἠδύνατο τοὺς ἀπειθεῖς, ὡς ὁ Παῦλος ἐπήρωσε τὸν Ἐλύμαν, καὶ ὁ Πέτρος Ἀνανίαν ἀνεῖλεν · ὅπερ ὁ τὰ χαρίσματα τῶν ἰαμάτων λαβὼν οὐκ εἶχεν.

« Ἄλλῳ δὲ προφητεία, ἄλλῳ δὲ διακρίσεις πνευμάτων. » Τουτέστι, τὸ εἰδέναι, τίς ὁ πνευματικὸς, καὶ τίς ὁ μὴ πνευματικός · τίς ὁ προφήτης, καὶ τίς ὁ ἀπατεών.

« Ἄλλῳ δὲ γένη γλωσσῶν · ἄλλῳ δὲ ἑρμηνεία γλωσσῶν. » Πολὺ τὸ τῶν γλωσσῶν χάρισμα παρὰ Κορινθίοις ἦν, ἐφ' ᾧ καὶ μᾶλλον ἐθρασύνοντο, ὡς δοθέντι πρώτῳ τοῖς ἀποστόλοις, καὶ διὰ τοῦτο δοκοῦντι μεῖζονι τῶν ἄλλων. Τὸ δ' οὐχ οὕτως ἔχει. Τὸ γὰρ τῆς διδασκαλίας χάρισμα μεῖζον, καὶ ἡ ἑρμηνεία τῶν γλωσσῶν μείζων τοῦ ἁπλῶς γλώσσαις λαλεῖν. Οἰκειότατα δὲ ἐπὶ τῶν γλωσσῶν, « Γένη, » εἶπε, διαφορὰς αὐτῶν γένη καλέσας.

« Πάντα δὲ ταῦτα ἐνεργεῖ τὸ ἓν καὶ τὸ αὐτὸ Πνεῦμα, διαιροῦν ἰδίᾳ ἑκάστῳ καθὼς βούλεται. » Πάλιν τὴν αὐτὴν παραμυθίαν τίθησιν, ὅτι τὸ αὐτὸ Πνεῦμα ἐνεργεῖ πάντα. Ἐπιστομίζει [89] δὲ μᾶλλον τὸν ἀπαρεσκόμενον ἐπὶ τῇ διανομῇ. « Καθὼς « γὰρ « βούλεται, » φησὶν, οὕτω καὶ ποιεῖ · καὶ σὺ τίς εἶ ὁ μὴ ἀρεσκόμενος; Σημείωσαι δὲ τὸ ῥητὸν, διὰ τοὺς Πνευματομάχους · οὐ γὰρ, Καθὼς κελεύεται, ἀλλὰ, « Καθὼς βούλεται. » Ὥστε Δεσπότης καὶ Θεός. Καὶ οὐκ, Ἐνεργεῖται, ἀλλ', « Ἐνεργεῖ, » ὥσπερ καὶ ὁ Πατήρ · « Ὁ ἐνεργῶν » γὰρ, φησὶ, « τὰ πάντα ἐν πᾶσι. »

« Καθάπερ γὰρ τὸ σῶμα ἓν ἐστι, καὶ μέλη ἔχει πολλὰ, πάντα δὲ μέλη τοῦ σώματος, πολλὰ ὄντα, ἓν σῶμά ἐστιν · οὕτω καὶ ὁ Χριστός. » Καὶ ἀπὸ τοῦ κατὰ τὸ σῶμα ὑποδείγματος παραμυθεῖται τὸν λυ-

A igitur doles? Sive enim majus, sive minus habes donum, ostendit Spiritum in te esse. Et quid ultra cures?

VERS. 8. « Alii quidem per Spiritum datur sermo sapientiæ. » Qualem habebat Joannes tonitru filius, qualem et ipse Paulus. Observa autem præpositionem, « Per, » Spiritui hic applicari.

« Alii autem sermo scientiæ, secundum eumdem Spiritum. » Qualem habebant plerique fidelium, qui ipsi quidem scientiam habentes, alios docere non poterant. Sapientia namque docet, perspicuitas quædam existens, quæ abscondita manifestat. Ubique autem ejusdem Spiritus meminit, consolans (ut sæpius dictum) eum, qui minus acceperat.

B VERS. 9. « Alii autem fides, in eodem Spiritu. » Non fides dogmatum, sed miraculorum, quæ vel montes transfert[a].

« Alii autem dona sanationum, in eodem Spiritu. » Ut curet omnem ægritudinem et languorem.

VERS. 10. « Alii autem operationes virtutum. » Iste inobedientes etiam punire potuit, ut Paulus excæcavit Elymam, et Petrus Ananiam sustulit : id quod non sanationum accipiens dona habebat.

« Alii autem prophetia, alii vero discretiones spirituum. » Hoc est, ut sciat, quisnam spiritualis, et quis non spiritualis; quis propheta, et quis impostor.

C « Alii autem genera linguarum, alii vero interpretatio linguarum. » Abundabat apud Corinthios linguarum donum; hinc etiam confidebant, quasi primum id apostolis esset datum, ac propterea aliis donis excellentius sit visum. Atqui id sic non habet; siquidem doctrinæ donum majus est, et interpretatio linguarum major est, quam simpliciter linguis loqui. Valde proprie autem de linguis loquens, « genera, » dixit, ipsarum differentias genera appellans.

VERS. 11. « Omnia autem hæc operatur unus et idem Spiritus, dividens seorsim unicuique ut vult. » Rursus eamdem consolationem ponit, nempe quod idem Spiritus operatur omnia. Magis autem obstruit D ora **196** eorum, qui talem haud æquo animo dispensationem ferunt. Nam « Uti vult, » inquit, ita et facit. Tu vero quis es qui istud ægre feras? Observa autem istud in Spiritus sancti adversarios dictum esse : non enim Quemadmodum jubetur, sed, « Ut vult. » Itaque Dominus et Deus est. Nec, Efficitur, sed, « Operatur, » æque ac Pater : inquit enim, « Qui operatur omnia in omnibus. »

VERS. 12. « Sicut enim corpus unum est, et membra habet multa : omnia autem membra corporis multa cum sint, unum sunt corpus : sic et Christus. » Exemplo a corpore sumpto, consolatur il-

[a] Matth. XVII, 19.

Variæ lectiones.

[88] δείκνυται o. [89] μᾶλλον δὲ καὶ ἐπιστομίζει o.

lum qui ob minus donum contristatur, ostendens quod nihil sit imminutus. Ut enim corpus unum est et multa, eo quod membra continet : sic et membra et multa sunt et unum, eo quod in unum corpus coagmentantur. Ubi igitur differentia ? ubi majus, ubi minus? omnia enim unum sunt : « Sic, » inquit, « Christus, » id est, Christi Ecclesia. Quandoquidem enim Christus caput est Ecclesiæ, sic Ecclesiam nominavit a capite. Perinde enim ut corpus et caput unus sunt homo, consimilem ad rationem, Ecclesiam et Christum, veluti corpus et caput, unum esse sciens, pro Ecclesia Christum posuit. Dicit igitur, quod in Ecclesia quoque unum quoddam omnes sumus, etiamsi ex diversis ordinibus sit concinnatum.

A πούμενον ἐπὶ τῷ ἐλάττονι χαρίσματι, δεικνύων αὐτῷ, ὅτι οὐκ ἠλάττωται. Ὥσπερ γὰρ τὸ σῶμα καὶ ἓν ἐστι καὶ πολλὰ διὰ τὸ μέλη ἔχειν · οὕτω καὶ τὰ μέλη καὶ πολλά εἰσι καὶ ἕν, διὰ τὸ εἰς ἓν σῶμα συντελεῖν. Ποῦ τοίνυν ἡ διαφορά ; ποῦ τὸ μεῖζον ; ποῦ τὸ ἔλαττον ; πάντα γὰρ ἕν ἐστιν. « Οὕτως » οὖν, φησί, « Καὶ ὁ Χριστός · » τουτέστιν, ἡ τοῦ Χριστοῦ Ἐκκλησία. Ἐπεὶ γὰρ κεφαλή ἐστιν ὁ Χριστὸς τῆς Ἐκκλησίας, οὕτω τὴν Ἐκκλησίαν ὠνόμασεν ἀπὸ τῆς κεφαλῆς. Καθάπερ γὰρ τὸ σῶμα καὶ ἡ κεφαλὴ εἷς ἐστιν ἄνθρωπος · οὕτω καὶ τὴν Ἐκκλησίαν καὶ τὸν Χριστὸν, ὡς σῶμα καὶ κεφαλὴν, ἓν εἰδὼς, ἀντὶ τῆς Ἐκκλησίας τὸν Χριστὸν τέθεικε. Φησὶ τοίνυν, ὅτι καὶ ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ ἕν τι πάντες ἐσμὲν, εἰ καὶ ἐκ διαφόρων ταγμάτων σύγκειται.

Vers. 13. « Etenim in uno Spiritu omnes nos in unum corpus baptizati sumus, sive Judæi, sive gentiles, sive servi, sive liberi. » Indicat jam nunc, quomodo Ecclesia assimiletur unius corporis exemplo inquiens : Sub uno eodemque Spiritu nos omnes, et ego etiam ipse Paulus, baptizati sumus in unum corpus, hoc est ut simus unum corpus. Non enim in alio quidem tu, in alio vero ego baptizati sumus Spiritu, verum in eodem. Proinde neque ego quiddam te excellentius habeo. Nam « In unum corpus baptizati sumus, » pro, Ut simus unum corpus, et Judæi et Græci, et servi et liberi. Si ergo adeo disjunctos, tantoque intervallo distantes, Spiritus conjunxit atque univit : multo magis postquam unum facti sumus, non debemus contristari, ceu discrimen quoddam sit inter nos.

B « Καὶ γὰρ ἐν ἑνὶ Πνεύματι πάντες ἡμεῖς εἰς ἓν σῶμα ἐβαπτίσθημεν, εἴτε Ἰουδαῖοι, εἴτε Ἕλληνες, εἴτε δοῦλοι, εἴτε ἐλεύθεροι. » Νῦν δείκνυσι πῶς ἡ Ἐκκλησία ἔοικε τῷ τοῦ ἑνὸς σώματος ὑποδείγματι, καί φησιν, ὅτι Ὑπὸ αὐτοῦ τοῦ καὶ ἑνὸς Πνεύματος ἡμεῖς πάντες, καὶ ἐγὼ ὁ Παῦλος, [φασὶν,] ἐβαπτίσθημεν εἰς ἓν σῶμα, τουτέστιν, ὥστε [90] εἶναι ἓν σῶμα. Οὐ γὰρ ἐν ἄλλῳ μὲν σὺ, ἐν ἄλλῳ δὲ ἐγὼ ἐβαπτίσθημεν Πνεύματι, ἀλλ' ἐν τῷ αὐτῷ. Ὥστε οὐδὲ ἐγὼ ἔχω πλέον τι σοῦ. « Εἰς » γὰρ « ἓν σῶμα ἐβαπτίσθημεν. » Ἀντὶ τοῦ, Ἵνα ὦμεν ἓν σῶμα καὶ Ἰουδαῖοι καὶ Ἕλληνες, καὶ δοῦλοι καὶ ἐλεύθεροι. Εἰ δὲ τοὺς τοσοῦτον διεστηκότας ἥνωσε τὸ Πνεῦμα, πολλῷ μᾶλλον μετὰ τὸ γενέσθαι ἓν, οὐκ ὀφείλομεν λυπεῖσθαι, ὡς διαφορᾶς τινος οὔσης ἐν ἡμῖν.

« Et omnes uno Spiritu potati sumus. » Videtur hic loqui de mensa Dominica, et de pane et vino. Cum enim dicit, Spiritu qui potavit nos, utraque indicavit, nempe sanguinem et carnem. Verumtamen verius est, quod hic loquatur de accessu Spiritus, qui nobis post baptisma contingit, et priusquam sacramenta accedamus. « Potati autem sumus, » dixit per metaphoram sumptam ab arboribus, quæ eodem fonte irrigantur. Unus igitur Spiritus potavit nos, et **197** irrigavit, et unum corpus esse fecit.

C « Καὶ πάντες εἰς ἓν Πνεῦμα ἐποτίσθημεν. » Δοκεῖ μὲν λέγειν περὶ τῆς πνευματικῆς τραπέζης, τοῦ τε ἄρτου [91] καὶ τοῦ οἴνου. Πνεῦμα γὰρ εἰπὼν τὸ ποτίσαν ἡμᾶς, ἀμφότερα ἐδήλωσε, τό τε αἷμα καὶ τὴν σάρκα. Πλὴν τὸ ἀληθέστερον, τὴν ἐπιφοίτησιν τοῦ Πνεύματός φησιν ἐνταῦθα, τὴν ἀπὸ τοῦ βαπτίσματος εἰς ἡμᾶς γενομένην, καὶ πρὸ τῶν μυστηρίων. « Ἐποτίσθημεν δὲ » εἶπεν, ἀπὸ μεταφορᾶς τῶν δένδρων [καὶ] τῶν ἐκ τῆς αὐτῆς ἀρδευ[ο]μένων πηγῆς. Ἓν οὖν Πνεῦμα ἐπότισεν ἡμᾶς καὶ ἤρδευσε, καὶ ἓν σῶμα εἶναι ἐποίησε.

Vers. 14 « Etenim corpus non est unum membrum, sed multa. » Ne mireris, inquit, quod tot cum simus, unum corpus simus. Etenim et in humano corpore a multis membris unum corpus est invenire.

D « Καὶ γὰρ τὸ σῶμα οὐκ ἔστιν ἓν μέλος, ἀλλὰ πολλά. » Μὴ θαυμάσῃς, φησὶν, εἰ τοσοῦτοι ὄντες ἓν σῶμά ἐσμεν. Καὶ γὰρ καὶ ἐπὶ τοῦ ἀνθρωπίνου σώματος ἀπὸ πολλῶν μελῶν ἓν σῶμα ἔστιν εὑρεῖν.

Vers. 15, 16. « Si dixerit pes, quia Non sum manus, non sum de corpore : num propterea non est de corpore ? Et si dixerit auris, quoniam non sum oculus, non sum de corpore : num propterea non est de corpore ? » Introducit membra loquentia et murmurantia, quod sint aliis inferiora : ut dum ostendit membrorum obmurmurationem absurde factam, pudefaciat eos qui in Ecclesia obmurmurant propterea quod nonnulli ipsis sint majores. Ponit

« Ἐὰν εἴπῃ ὁ πούς, ὅτι Οὐκ εἰμὶ χεὶρ, οὐκ εἰμὶ ἐκ τοῦ σώματος· οὐ παρὰ τοῦτο οὐκ ἔστιν ἐκ τοῦ σώματος; Καὶ ἐὰν εἴπῃ τὸ οὖς, ὅτι Οὐκ εἰμὶ ὀφθαλμὸς, οὐκ εἰμὶ ἐκ τοῦ σώματος · οὐ παρὰ τοῦτο οὐκ ἔστιν ἐκ τοῦ σώματος; » Εἰσάγει τὰ μέλη φθεγγόμενα καὶ γογγύζοντα διὰ τὸ ἠλαττῶσθαι τῶν ἄλλων μελῶν, ἵνα διὰ τοῦ δεῖξαι τὸν γογγυσμὸν τῶν μελῶν παραλόγως γινόμενον, ἐντρέψῃ τοὺς ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ γογγύζοντας, διὰ τὸ εἶναί τινας μείζους αὐτῶν.

Variæ lectiones.

[90] εἰς τό O. [91] τουτέστι τοῦ ἄρτου O.

Τίθησι δὲ δύο ἄκρα, πόδα καὶ ἀκοήν· καὶ οὐ ποιεῖ τὸν πόδα τῷ ὀφθαλμῷ διαλεγόμενον, ἀλλὰ τῇ ὀλίγον ὑπερεχούσῃ αὐτοῦ χειρί. Τὴν μέντοι ἀκοὴν τῷ ὀφθαλμῷ εἰσάγει διαλεγομένην· ἀεὶ γὰρ οὐ τοῖς σφόδρα ὑπερέχουσιν, ἀλλὰ τοῖς ὀλίγον ἀναβεβηκόσι φθονεῖν εἰώθαμεν. Φησὶν οὖν, ὅτι Ἐὰν εἴπῃ ὁ πούς, ὅτι διότι οὐκ ἔχω τὴν μέσην χώραν ὡς ἡ χεὶρ, ἀλλ' ὑποκάτω πάντων εἰμὶ, οὐκ εἰμὶ μέρος τοῦ σώματος· οὐ παρὰ τοῦτο, ἀντὶ τοῦ, διότι οὐκ ἔστι χεὶρ, διὰ τοῦτο οὐκ ἔστιν ἐκ τοῦ σώματος; Οὐ γὰρ ὁ τόπος ποιεῖ τὸ εἶναι μέρος τοῦ σώματος, ἢ μὴ εἶναι, ἀλλὰ τὸ ἡνῶσθαι, ἢ μὴ ἡνῶσθαι. Ὡσαύτως καὶ ἐὰν ἡ ἀκοὴ εἴπῃ, ὅτι Διότι οὐκ εἰμὶ ὀφθαλμὸς, ἀποβάλλομαι καὶ τὸ ὅλως εἶναι μέρος τοῦ σώματος· οὐ διὰ τοῦτο καὶ αὐτὴ οὐκ ἔσται ἐκ τοῦ σώματος; Ἀλλὰ τὸν ἐξ ἀρχῆς αὐτῇ ταχθέντα τόπον ἔχουσα, καὶ τὴν οἰκείαν ἐνεργοῦσα ἐνέργειαν, καὶ αὕτη ἔσται μέρος καὶ μέλος τοῦ σώματος. Ὥστε καὶ σὺ ὁ δοκῶν τὸ ἔλαττον λαβεῖν χάρισμα, μὴ γόγγυζε. Μέρος γὰρ εἶ τοῦ σώματος τῆς Ἐκκλησίας Χριστοῦ, εἰ καὶ τὸν κάτω τόπον ἔλαχες. Τότε δὲ οὐκ εἶ μέλος, ὅταν ἀποσχίσῃς σεαυτὸν, καὶ τῆς ἑνώσεως ἀποῤῥαγῇς. Φύλαττε τοίνυν τὴν ἕνωσιν, ἐὰν θέλῃς εἶναι μέλος.

α Εἰ ὅλον τὸ σῶμα ὀφθαλμὸς, ποῦ ἡ ἀκοή; Εἰ ὅλον ἀκοὴ, ποῦ ἡ ὄσφρησις; » Ἐπειδὴ ὀφθαλμοῦ καὶ ποδὸς ἐμνήσθη, καὶ ἀκοῆς καὶ χειρὸς, καὶ ἤγαγεν αὐτοὺς εἰς ἔννοιαν τῆς ὑπεροχῆς καὶ τῆς ἐλαττώσεως, καὶ διὰ τοῦτο πάλιν εἰκὸς ἦν αὐτοὺς λυπεῖσθαι, οὐχὶ παραμυθεῖσθαι· νῦν δείκνυσιν, ὅτι οὕτω συμφέρον ἐστὶ, διάφορα εἶναι χαρίσματα. Εἰ γὰρ ἓν μέλος ἦν τὸ σῶμα ὅλον, ποῦ τὰ λοιπά; Οὐκ αἰσχύνῃ οὖν τοσαῦτα μέλη ἐκβάλλων, καὶ σεαυτὸν μόνον ἀξιῶν εἶναι;

« Νῦν δὲ ὁ Θεὸς ἔθετο τὰ μέλη, ἓν ἕκαστον αὐτῶν ἐν τῷ σώματι, καθὼς ἠθέλησε. » Μεγάλως ἐπιστομίζει αὐτοὺς διὰ τοῦ λέγειν, ὅτι ὁ Θεὸς ἠθέλησε, καὶ ἀφώρισεν ἑνὶ ἑκάστῳ μέλει τὸν οἰκεῖον τόπον (τοῦτο γὰρ σημαίνει τὸ, « Ἔθετο »), καὶ οὔτε ὁ ποῦς ἔχων τὸν [κάτω τόπον ὀφείλει ἀλγεῖν· οὕτω γὰρ ἠθέλησεν ὁ Θεὸς, καὶ τοῦτο αὐτῷ συμφέρει, τὸ κάτω τετάχθαι. Οὔτε ἡ κεφαλὴ τὴν ἄνω χώραν ἔχουσα, ὀφείλει ἐπαίρεσθαι· [τοῦτο] γὰρ Θεοῦ ἐστι, τοῦτο οὐκ αὐτῆς κατόρθωμα. Οὕτως οὖν καὶ ἐπὶ τῆς Ἐκκλησίας, ὁ Θεὸς ἔθετο τοῦτον εἶναι κάτω, καὶ συμφέρει αὐτῷ· κἀκεῖνον εἶναι ἄνω· καὶ δεῖ καὶ τοῦτον στέργειν, κἀκεῖνον μὴ αἴρεσθαι [92].

« Εἰ δὲ ἦν τὰ πάντα ἓν μέλος, ποῦ τὸ σῶμα; Νυνὶ δὲ πολλὰ μὲν μέλη, ἓν δὲ σῶμα. » Ὅρα σοφίαν· ἐξ αὐτοῦ τούτου ἐπιστομίζει αὐτοὺς, τοῦ δοκοῦντος ἐμποιεῖν τὴν μικροψυχίαν, φημὶ δὲ τοῦ διάφορα εἶναι τὰ [χαρίσματα, καὶ μὴ εἶναι ἰσότιμα [93]. Εἰ γὰρ μὴ ἦσαν [διάφορα μέλη, οὐδ' ἂν ἓν σῶμα ἦν· μὴ ὄντος δὲ ἑνὸς σώματος, οὐδὲ ἰσοτιμία ἂν ἦν. Νῦν δὲ διὰ τοῦτο ἰσοτιμία ἐστὶν ἐν πᾶσι, διότι εἰς ἓν σῶμα συν-

autem duo extrema, pedem et aurem. Nec pedem A cum oculo disserentem inducit, sed cum manu, ipso aliquantulum superiore. Auditum autem introducit cum oculo disputantem; eis enim qui longe nobis supereminent nunquam invidere solemus, sed iis qui paulo altius ascenderunt. Ait igitur : Quod si dixerit pes, quia non habeo medium locum æque ac manus, sed sum omnium infimus, non sum ergo pars corporis : numquid propterea, hoc est quia non est manus, non est ideo ex corpore? Non enim locus est in causa, cur sit pars corporis, vel non sit verum quod corpori unitum sit vel non. Hunc ad modum si auris dixerit, Quia non sum oculus, eam ob causam orbor omnino eo, ut sim pars corporis : num propterea et ipsa non erit ex corpore? Atqui cum locum sibi a principio destinatum reti- B neat, propriamque operationem operetur, ipsa quoque erit et membrum et pars corporis. Proinde et tu, qui donum minus accepisse videris, noli murmurare. Membrum enim es Ecclesiæ, quæ est corpus Christi, etiamsi inferiorem locum nactus es. Tum vero non es membrum, cum teipsum abscideris, atque ab unitate avulsus fueris. Conserva igitur unitatem, si vis esse membrum.

Vers. 17. « Si totum corpus oculus, ubi auditus? Si totum auditus, ubi olfactus? » Quia oculi et pedis meminerat, et auditus et manus, eosque in excellentiæ defectusque cogitationem induxerat, ac verisimile esset rursus ipsos mœrorem inde potius quam consolationem accipere : nunc ostendit ita C commodum esse, ut sint diversa dona. Nam si totum corpus foret unum membrum, ubinam reliqua manerent? Non igitur pudet te, qui tot membra ejicis, et te solum dignum esse judicas?

Vers. 18. « Nunc autem posuit Deus membra, unumquodque eorum in corpore, sicut voluit. » Vehementer eos compescit, cum ait, quod Deus voluit, ac segregavit **198** unicuivis membro proprium locum (id enim significat, « Posuit ») et quod neque pes, quia infimum locum obtineat, ægre ferre debeat. Sic enim Deus voluit : atque hoc ipsi confert, in imo loco positum esse. Neque caput supremum locum habens, propterea debet efferri. Dei enim hoc, non ipsius opus est. Consi- D milem ad modum in Ecclesia Deus constituit hunc esse inferiorem, id quod ipsi prodest : illum vero superiorem. Atque hunc oportet sua sorte esse contentum, illum vero non attolli.

Vers. 19, 20. « Quod si essent omnia unum membrum, ubi corpus? Nunc autem membra multa, corpus vero unum est. » Animadverte sapientiam. Hoc ipso ora ipsorum obstruit, quod videbatur illis parere pusillanimitatem; nempe, quod diversa sint charismata, quodque non sint pari honore digna. Nisi enim essent diversa membra, neque corpus unum esset : quod si corpus non esset unum,

Variæ lectiones.

[92] ἐκαίρεσθαι m. [93] Ἰσοτιμίαν o.

tum non esset honoris æqualitas. Jam vero eam ob rem in omnibus est idem pretium, quod omnia idem corpus perficiant. Itaque quia diversa membra sunt, ideo unum corpus perficitur. Quia vero unum corpus, ideo ejusdem dignitatis sunt omnia, ex hoc ipso, quod omnia coeant et compaginentur ad unius corporis complementum. Ait enim: « Multa quidem membra, corpus vero unum. »

A τελοῦσι τὰ πάντα. Ὥστε ἐκ τοῦ διάφορα εἶναι τὰ μέλη, ἀποτελεῖται ἓν σῶμα· ἐκ τοῦ ἓν εἶναι σῶμα, ἰσοτιμία ἐστὶ πᾶσι, κατ' αὐτὸ τοῦτο, καθὸ συντελοῦσιν εἰς ἑνὸς σώματος συμπλήρωσιν· καὶ γάρ φησι· « Πολλὰ μὲν μέλη, ἓν δὲ σῶμα. »

Vers. 21 « Non potest autem oculus dicere manui, Opera tua non indigeo : aut iterum caput pedibus, Opera vestra non indigeo. » Pacatis jam eis qui minora charismata acceperant, ad eos nunc verba facit, qui majora habebant, seque erga inferiores insolenter gerebant. Ut enim, inquit, oculus non potest dicere reliquis membris, Vobis opus non habeo (uno namque deficiente, claudicat totum B corpus), sic neque qui majora charismata acceperunt, attollere sese possunt adversus eos quibus sunt minora. Eorum enim et ipsi opera indigent, utpote qui soli non sufficiunt ad Ecclesiam Dei ædificandam. Pulchre autem dixit, « Non potest. » Etiamsi namque multa velit, inquit, non sic tamen habet rei natura.

« Οὐ δύναται δὲ ὀφθαλμὸς εἰπεῖν τῇ χειρί· Χρείαν σου οὐκ ἔχω· ἢ πάλιν ἡ κεφαλὴ τοῖς ποσί· Χρείαν ὑμῶν οὐκ ἔχω. » Καταστείλας τοὺς τὰ ἐλάττονα χαρίσματα ἔχοντας, νῦν πρὸς τοὺς τὰ μείζονα ἔχοντας, καὶ κατεπαιρομένους τῶν ὑποδεεστέρων, διαλέγεται. Ὥσπερ γὰρ, φησὶν, οὐ δύναται ὁ ὀφθαλμὸς λέγειν τοῖς λοιποῖς μέλεσι· « Χρείαν ὑμῶν οὐκ ἔχω » (ἑνὸς γὰρ ἐνδέοντος, χωλεύει τὸ πᾶν σῶμα)· οὕτως οὐδὲ οἱ τὰ μείζονα εἰληφότες χαρίσματα δύνανται ἐπαίρεσθαι κατὰ τῶν τὰ ἐλάττονα εἰληφότων [94]. Χρῄζουσι γὰρ αὐτῶν, ὡς οὐκ ὄντες αὐτάρκεις αὐτοὶ μόνοι τὴν Ἐκκλησίαν οἰκοδομεῖν. Καλῶς δὲ εἶπε τὸ, « Οὐ δύναται. » Κἂν γὰρ πολλὰ θέλῃ, φησὶν, ἀλλ' οὐχ οὕτως ἔχει φύσεως τὸ πρᾶγμα.

Vers. 22, 23. « Sed multo magis quæ videntur membra corporis infirmiora esse, necessaria sunt : et quæ putamus ignobiliora esse corporis, his honorem abundantiorem circumdamus : et quæ inhonesta sunt nostra, abundantiorem honestatem habent. » Indicat jam quod et commoda et necessaria sint quæ videntur esse minora. Videntur enim inferiora, sed non sunt. Quæ vero sunt hæc quæ imbecilliora quidem videntur, et minus honesta, et interim tamen necessaria sunt? Nonnulli dicunt, membra genitalia, quæ videntur quidem minus honesta et indecora : usque adeo autem necessaria sunt, ut sine his ne vita quidem constare queat? Insuper majorem **199** illis honorem attribuimus. Etsi enim quisquam toto corpore nudus sit, ista tamen nudari non patitur. Nonnuli vero per imbecilliora quidem, sed necessaria tamen, oculos intelligunt, qui cum parvi sint ac reliquis artubus infirmiores, imprimis tamen sunt necessarii. Per ignobiliora vero et inhonesta, pedes. Oculos itaque magna cura dignamur, ceu imbecillos. Pedes rursus contegimus et obvelamus, ac sollicite illis prospicimus, quamvis inferiore loco positi, ac honoris vacui esse videantur. Poterit autem quispiam hic tres ordines intelligere in his quæ dicta sunt; nempe, alia quidem sunt infirma et necessaria, ut oculi : alia vero honoris vacua, ut pedes : alia deformia sive inhonesta, ut genitalia.

« Ἀλλὰ πολλῷ μᾶλλον τὰ δοκοῦντα μέλη τοῦ σώματος ἀσθενέστερα ὑπάρχειν ἀναγκαῖά ἐστι. Καὶ ἃ δοκοῦμεν ἀτιμότερα εἶναι τοῦ σώματος, τούτοις τιμὴν περισσοτέραν περιτίθεμεν, καὶ τὰ ἀσχήμονα ἡμῶν περισσοτέραν τιμὴν ἔχει. » Νῦν δείκνυσιν, ὅτι καὶ χρειώδη καὶ ἀναγκαῖά εἰσι τὰ δοκοῦντα ἐλάττονα· δοκοῦσι γὰρ ἐλάττονα, οὐκ εἰσὶ δέ. Τίνα δέ ἐστι C ταῦτα, τὰ ἀσθενέστερα μὲν δοκοῦντα καὶ ἀτιμότερα, ἀναγκαῖα δὲ ὄντα; Τινὲς μὲν τὰ γεννητικὰ μόρια φασιν; ἃ δοκοῦσι μὲν ἄτιμα εἶναι καὶ ἀσχήμονα· τοσοῦτον δέ εἰσιν ἀναγκαῖα, ὥστε ἄνευ αὐτῶν οὐδὲ ὁ βίος ἐστίν. Ἀλλὰ καὶ τιμὴν περισσοτέραν τούτοις περιτίθεμεν· κἂν γὰρ γυμνός τις εἴῃ ὅλον τὸ σῶμα, ταῦτά γε οὐκ ἀνέχεται γυμνὰ εἶναι. Τινὲς δὲ ἀσθενέστερα μὲν, ἀναγκαῖα δὲ, τοὺς ὀφθαλμούς φασιν· μικροὶ γὰρ ὄντες [καὶ τῶν ἄλλων μελῶν ἀσθενέστεροι, ἀναγκαιότατοί εἰσιν. Ἀτιμότερα δὲ καὶ ἀσχήμονα,]τοὺς πόδας. Τούς τε οὖν ὀφθαλμοὺς πολλῆς ἀξιοῦμεν κηδεμονίας, ὡς ἀσθενεῖς· καὶ τοὺς πόδας δὲ αὖ σκέπομεν καὶ προνοίας ἀξιοῦμεν, καίτοι κάτω κειμένους, καὶ ἀτίμους δοκοῦντας. Δύναται δέ τις D νοῆσαι τρεῖς τάξεις ἐν τοῖς λεγομένοις [95]· ὡς τὰ μὲν ἀσθενῆ εἶναι καὶ ἀναγκαῖα, καθάπερ οἱ ὀφθαλμοί· τὰ δὲ ἄτιμα, καθάπερ οἱ πόδες· τὰ δὲ ἀσχήμονα, καθάπερ τὰ γεννητικά.

Vers. 24. « Honesta autem nostra nullius egent. » Ne quis dicat, Quænam hæc est ratio, ut prospiciamus inhonestis atque ignobilibus, honesta vero despiciamus? Non despicimus, ait, sed illa nulla nostra cura opus habent; utpote quæ decus suum a natura habent.

« Τὰ δὲ εὐσχήμονα ἡμῶν οὐ χρείαν ἔχει. » Ἵνα [96] μή τις εἴπῃ· Καὶ ποῖος οὗτος λόγος, προνοεῖν τῶν ἀσχημόνων καὶ ἀτίμων, καταφρονεῖν δὲ τῶν εὐσχημόνων; Οὐ καταφρονοῦμεν, φησὶν, ἀλλ' ἐκεῖνα οὐδενὸς ἐξ ἡμῶν δέονται, φύσει τὸ εὔσχημον ἔχοντα.

Variæ lectiones.

[94] ἐχόντων o. [95] σωζομένοις o. [96] καταστολῆς, ὡς τὸ πρόσωπον, αἱ χεῖρες· ἵνα γάρ o.

« Ἀλλ' ὁ Θεὸς συνεκέρασε τὸ σῶμα. » Ὥστε εἰ A συνεκέρασε, καὶ ἓν ἐποίησε· τὸ γὰρ κιρνώμενον, ἓν γίνεται· καὶ ποῦ λοιπὸν ἐν τῷ ἑνὶ τὸ μεῖζον καὶ τὸ ἔλαττον;

« Τῷ ὑστεροῦντι περισσοτέραν δοὺς τιμὴν, ἵνα μὴ ᾖ σχίσματα ἐν τῷ σώματι. » Οὐκ εἶπε, Τῷ ἀσχήμονι, ἢ τῷ ἀτίμῳ, ἀλλὰ, « Τῷ ὑστεροῦντι. » Οὐδὲν γὰρ φύσει ἄσχημον ἢ ἄτιμον. Περισσοτέραν, φησὶ, δέδωκε τιμὴν τῷ ὑστεροῦντι. Μὴ τοίνυν ἀλγῇς πλέον τιμηθείς. Καὶ ἡ αἰτία, ἵνα μὴ ᾖ ἐν τῷ σώματι σχίσματα. Εἰ γὰρ τὰ μὲν καὶ ἀπὸ τῆς φύσεως, καὶ ἀπὸ τῆς ἡμετέρας ἐθεραπεύετο προνοίας· τὰ δὲ οὐδὲ τῆς παρ' ἡμῶν ἠξιοῦτο κηδεμονίας, ἀπεσχίσθησαν ἂν ἀλλήλων, μὴ δυνάμενα φέρειν τὸν σύνδεσμον· ἀποσχισθέντων δὲ τούτων, καὶ τὰ λοιπὰ ἂν ἐβλάβη, B ἅτε τοῦ σώματος σχιζομένου. Μὴ τοίνυν μηδὲ ὑμεῖς, φησὶν, οἱ τὰ μείζω ἔχοντες χαρίσματα, ἐπεμβαίνητε τοῖς ἥττοσιν, ἵνα μὴ ἐκείνων ἀποσχιζομένων, καὶ ὑμεῖς βλαβῆτε.

« Ἀλλὰ τὸ αὐτὸ ὑπὲρ ἀλλήλων μεριμνῶσι [97] τὰ μέλη. » Οὐ μόνον, φησὶν, ἵνα μὴ ἀποσχίζηται τὰ μέλη, ἀλλ' ἵνα καὶ ἡ ἀγάπη ᾖ πολλὴ καὶ ὁμόνοια. Καὶ ὁ μέγας, ὑπὲρ τοῦ μικροῦ φροντίζει καὶ μεριμνᾷ, οὐχ ἁπλῶς, ἀλλὰ τὸ αὐτό· τουτέστιν, ἵνα τῆς αὐτῆς τῷ μεγάλῳ προνοίας ἀπολαύῃ καὶ ὁ μικρός. Οὕτω γοῦν ἀκάνθης ἐμπεσούσης, καὶ τῇ πτέρνῃ ἐμπαγείσης, ὅλον τὸ σῶμα αἰσθάνεται καὶ μεριμνᾷ· κεφαλὴ κύπτει, νῶτος συγκάμπτεται [98], γαστὴρ καὶ μηροὶ συστέλλονται, ὀφθαλμοὶ ὁρῶσι μετὰ πολλῆς C τῆς φροντίδος, χεῖρες ἐξαιροῦσι τὸ παγέν. Καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων ὁμοίως.

« Καὶ εἴτε πάσχει ἓν μέλος, συμπάσχει πάντα τὰ μέλη· εἴτε δοξάζεται ἓν μέλος, συγχαίρει πάντα τὰ μέλη. » Ἡ γὰρ ἀκριβὴς ἕνωσις κοινὰς ποιεῖται τὰς συμφορὰς, καὶ τὰς εὐδοκιμήσεις. Οὕτω γοῦν, ὡς εἴπομεν, τῆς πτέρνης πλαγείσης [*f.* πληγ.] πάντα συμπάσχει· πάλιν, στεφανοῦται ἡ κεφαλὴ, καὶ τοῖς λοιποῖς μέλεσι δόξα καὶ χαρὰ, ὀφθαλμοί εἰσι καλοὶ, καὶ τὸ πᾶν σῶμα δοκεῖ καλόν.

« Ὑμεῖς δέ ἐστε σῶμα Χριστοῦ, καὶ μέλη ἐκ μέρους. » Ἵνα μὴ εἴπωσι· Τί πρὸς ἡμᾶς τὸ τοῦ σώματος καὶ τῶν μελῶν παράδειγμα; φησὶν, ὅτι Καὶ ὑμεῖς ἐστε σῶμα Χριστοῦ καὶ μέλη· ὥστε, εἰ τὸ ἀνθρώπινον σῶμα οὐ δεῖ στασιάζειν, πόσῳ μᾶλλον D τὸ τοῦ Χριστοῦ; Ἐπειδὴ δὲ οὐκ αὐτοὶ μόνοι συνεπλήρουν τὸ σῶμα τοῦ Χριστοῦ, ἀλλ' οἱ ἐν πάσῃ τῇ οἰκουμένῃ πιστοί· προσέθηκε τὸ, « Καὶ μέλη. » Εἰ γὰρ καὶ μὴ σῶμα ὁλόκληρον ἦσαν, ἀλλ' οὖν μέλη· καὶ ταῦτα, « ἐκ μέρους, » τουτέστι, πάντα τὰ μέλη, ἀλλ' ἐκ μέρους. Κατὰ μὲν γὰρ τὴν ἐν ὑμῖν Ἐκκλησίαν σῶμα Χριστοῦ ἐστε, ὡς ὁλόκληρος Ἐκκλησία· πρὸς δὲ τὴν ἁπανταχοῦ τῆς οἰκουμένης καθολικὴν Ἐκκλησίαν, ἧς τὸ σῶμα συνέστηκεν ἐκ τῶν ἁπανταχοῦ Ἐκκλησιῶν, ἔχον κεφαλὴν τὸν Χριστὸν, μέλη ἐστὲ, ἐκ τοῦ εἶναι μέρος πρὸς αὐτήν.

« Sed Deus simul temperavit corpus. » Si ergo temperavit, tum unum fecit : quod enim miscetur, unum fit. Et ubi deinceps in uno majus et minus ?

Vers. 25. « Et cui deerat, abundantiorem tribuendo honorem, ne schismata sint in corpore. » Non dixit, Deformi et ignobili, sed, « Deficienti : » nihil enim natura inhonestum aut ignobile. Exuberantiorem, inquit, impertiit honorem ei qui deerat. Ne igitur doleas, cum majori honore afficiaris. Causa est, ne schismata sint in corpore. Si enim alia quidem et a natura et a nostra providentia curata essent, alia vero ne nostra quidem sollicitudine dignata essent, divisa fuissent inter se mutuo, connexum ferre non valentia. His vero discissis, neque reliqua permansissent salva, ceu corpore jam secto ac scisso. Ne igitur vos majoribus charismatibus decorati insurgite in inferiores, ne resectis illis vos detrimentum patiamini.

« Sed idem pro se mutuo sollicita sint membra. » Non solum, inquit, ut non abscindantur membra ac dissideant, verum ut dilectio sit multa et concordia. Et qui major est, minoris curam gerit, atque sollicitus est non simpliciter, sed idem; hoc est ut eadem sane, qua magnus, providentia fruatur et minor. Ita spina incidente calcaneoque infixa, totum corpus sentit et sollicitum est; caput se inclinat, dorsum inflectitur, venter et femora contrahuntur, oculi multa cum sollicitudine intuentur, manus quod infixum erat eximunt. Et de cæteris similiter.

Vers. 26. « Et sive patitur unum membrum, compatiuntur omnia membra : sive glorificatur unum membrum, congaudent omnia 200 membra. » Exacta enim conjunctio communes facit calamitates et glorias. Proinde, ut jam diximus, calcaneo vulnerato totum corpus condolet : rursum, si caput coronetur, reliquis inde membris et gloria et gaudium emergit; oculi sunt pulchri, ac totum corpus formosum apparet.

Vers. 27. « Vos autem estis corpus Christi, et membra ex parte. » Ne dicant, Ecquid ad nos corporis et membrorum similitudo? Imo, inquit, vos estis corpus Christi et membra. Quare si humanum corpus non oporteat a se dissentire, quanto minus corpus Christi? Quia vero non ipsi soli constituebant corpus Christi, sed omnes in universo terrarum orbe fideles, apposuit, « Et membra. » Etiamsi enim non totum corpus essent, membra certe erant : idque « Ex parte, » hoc est omnia quidem membra, sed, ex parte. Nam quoad Ecclesiam quidem quæ apud vos est, corpus Christi estis quatenus integra Ecclesia : quoad vero catholicam per universum terrarum orbem Ecclesiam, cujus corpus omnibus passim Ecclesiis constat, caput habens Christum, membra estis, eo quod respectu illius, pars sitis.

Variæ lectiones.

[97] ἀεὶ μεριμνᾷ O. [98] συγκύπτεται O.

VERS. 28. « Et alios quidem posuit Deus in Ecclesia, primum apostolos, deinde prophetas. » Deus posuit : quare igitur te Deo opponis? Principe autem loco apostolos collocat, ceu omnium bonorum duces : secundo prophetas, non Veteris quidem Testamenti (illi enim ad Joannem usque de Christi adventu vaticinati sunt), sed eos qui in Novo Testamento post Christi adventum prophetabant, quales fuerunt Philippi filiæ, qualis Agabus, quales alii innumeri. Larga enim et abundans erat hæc gratia Spiritus, in quavis Ecclesia. Primum autem et secundum posuit, ut linguarum dono relinquatur postremus locus, et sic eos, qui ob id efferebantur reprimat.

A « Καὶ οὓς μὲν ἔθετο ὁ Θεὸς ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ, πρῶτον ἀποστόλους, δεύτερον προφήτας. » Ὁ Θεὸς ἔθετο· πῶς οὖν ἀντιτάττῃ τῷ Θεῷ; Προτάττει δὲ τοὺς ἀποστόλους, ὡς πάντων τῶν ἀγαθῶν χορηγούς [99]· δευτέρους δὲ τοὺς προφήτας οὐχὶ τῆς Παλαιᾶς [1] (ἐκεῖνοι γὰρ ἕως Ἰωάννου προεφήτευσαν περὶ τῆς τοῦ Χριστοῦ παρουσίας), ἀλλὰ τοὺς μετὰ τὴν Χριστοῦ παρουσίαν ἐν τῇ Καινῇ προφητεύοντας· οἷαι αἱ Φιλίππου θυγατέρες, οἷος Ἄγαβος, οἷοι ἄλλοι μυρίοι· δαψιλὴς γὰρ ἦν ἡ χάρις αὕτη τοῦ Πνεύματος ἐν ἑκάστῃ Ἐκκλησίᾳ. Πρῶτον δὲ καὶ δεύτερον τίθησιν, ἵνα τὸ τῶν γλωσσῶν χάρισμα ἔσχατον τάξας, καταστείλῃ τοὺς ἐπὶ τούτῳ ἐπαιρομένους.

« Tertio doctores. » Propheta quidem omnia ex Spiritu loquitur, doctor autem a seipso : propterea tertium locum obtinet.

B « Τρίτον διδασκάλους. » Ὁ μὲν γὰρ προφήτης πάντα ἀπὸ τοῦ Πνεύματος φθέγγεται, ὁ δὲ διδάσκαλος, καὶ οἰκοθεν· διὰ τοῦτο τρίτος οὗτος.

« Deinde virtutes, post gratias curationum. » Virtutes et sanabant ægrotos, et puniebant adversarios : dona autem curationum sanabant tantum. Hinc illud huic anteponit. Utrique tamen horum, qui vero doctor est, antelatus est, qui nimirum vita et verbo docet.

« Ἔπειτα δυνάμεις, εἶτα χαρίσματα ἰαμάτων. » Αἱ δυνάμεις καὶ ἴῶντο τοὺς ἀσθενεῖς, καὶ ἐκόλαζον τοὺς ἐναντίους· τὰ δὲ χαρίσματα τῶν ἰαμάτων μόνον ἴῶντο· διὰ τοῦτο ἐκεῖνο τούτου προτίθησιν. Ἀμφοτέρων μέντοι τούτων ὁ τῳόντι διδάσκαλος προετέθη, ὅς ἐστι δηλαδὴ ὁ δι' ἔργου καὶ λόγου διδάσκων.

« Opitulationes, gubernationes. » Hoc est fovere infirmos, et gubernare, adeoque dispensare ea quæ fratrum sunt. Hæc enim etiamsi nostræ quoque diligentiæ sint, Dei tamen dona esse affirmat : persuadens nobis ut grati simus, ac ut in illum respiciamus, nec simus **201** superbi.

« Ἀντιλήψεις, κυβερνήσεις. » Τουτέστι, τὸ ἀντέχεσθαι τῶν ἀσθενῶν, καὶ τὸ κυβερνᾷν, ἤτοι οἰκονομεῖν τὰ τῶν ἀδελφῶν. Ταῦτα δὲ εἰ καὶ τῆς ἡμετέρας εἰσὶ σπουδῆς, ὅμως καὶ τοῦ Θεοῦ χαρίσματα εἶναι λέγει, πείθων ἡμᾶς εὐχαρίστους εἶναι, καὶ πρὸς ἐκεῖνον ἀφορᾷν, καὶ μὴ ἐπαίρεσθαι.

C « Genera linguarum. » Postremum hoc posuit, ut cohibeat eos qui hujus nomine superbiebant.

« Γένη γλωσσῶν. » Ἔσχατον τοῦτο τέθεικεν, ἵνα συστείλῃ τοὺς ἐπὶ τούτῳ ἀλαζονευομένους.

VERS. 29,30. « Numquid omnes apostoli? numquid omnes prophetæ? numquid omnes doctores? numquid omnes virtutes? numquid omnes dona habent curationum? numquid omnes linguis loquuntur? numquid omnes interpretantur? » Quia verisimile erat eos potius dolere, ceu majoribus et minoribus donis per enumerationem manifestatis, rursus consolatur inferiores. Quid doles, inquit, quod forsan non habeas prophetiam? Cogita rursus prophetæ deesse quod tibi adest : et quod alii est, alii non est. Itaque hoc commodius est vobis et utilius, sic habere sese res Ecclesiæ, ut quilibet proximi indigeat.

« Μὴ πάντες ἀπόστολοι; μὴ πάντες προφῆται; μὴ πάντες διδάσκαλοι; μὴ πάντες δυνάμεις; Μὴ πάντες χαρίσματα ἰαμάτων ἔχουσι; μὴ πάντες γλώσσαις λαλοῦσι; μὴ πάντες διερμηνεύουσιν; » Ἐπειδὴ εἰκὸς ἦν αὐτοὺς μᾶλλον ἀλγῆσαι, ὡς φανερωθέντων τῶν μειζόνων καὶ τῶν ἐλαττόνων χαρισμάτων διὰ τῆς ἀπαριθμήσεως, πάλιν παραμυθεῖται τοὺς ἐλάττονας. Τί γὰρ, φησὶν, ἀλγεῖς, ὅτι οὐκ ἔχεις τυχὸν [2] προφητείαν; Ἐννόησον ὅτι ἔχεις σὺ πάλιν, ὃ ὁ προφήτης οὐκ ἔχει· καὶ ὅπερ ἄλλος, ἄλλος οὐκ ἔχει. Ὥστε τοῦτο συμφέρον ὑμῖν καὶ ὠφελιμώτερον, τὸ οὕτως ἔχειν, ἵνα ἕκαστος τοῦ πλησίον

D δέηται.

VERS. 31. « Æmulamini autem dona meliora. » Tacite innuit quod sibi sint ipsi in causa cur minora dona accipiant. Cum enim dicit, « Æmulamini, » diligentiam et conatum ipsorum postulat et majorem erga spiritualia cupiditatem. Nec dixit, Majora, sed, « Meliora, » hoc est, utiliora.

« Ζηλοῦτε δὲ τὰ χαρίσματα τὰ κρείττονα. » Ἠνίξατο ἠρέμα, ὅτι αὐτοὶ αἴτιοί εἰσι τοῦ τὰ ἐλάττονα λαβεῖν· διὰ γὰρ τοῦ εἰπεῖν, « Ζηλοῦτε, » τὴν παρ' ἐκείνων σπουδὴν ἀπαιτεῖ, καὶ τὴν πλείω ἐπιθυμίαν περὶ τὰ πνευματικά. Καὶ οὐκ εἶπε, Τὰ μείζονα, ἀλλὰ, « Τὰ κρείττονα, » τουτέστι, τὰ ὠφελιμώτερα.

« Et adhuc excellentiorem viam vobis demonstro. » Atque una cum his (hoc enim significat, « Et adhuc ») si omnino æmulatores sitis charismatum, monstrabo vobis viam quamdam per hyperbolen, hoc est, eximiam, quæ ad omnia charismata perducit. Charitatem autem intelligit.

« Καὶ ἔτι καθ' ὑπερβολὴν ὁδὸν ὑμῖν δείκνυμι. » Καὶ μετὰ τούτων (τοῦτο γὰρ δηλοῖ τὸ, « Καὶ ἔτι ») ἐὰν ὅλως ζηλωταὶ ὑπάρχητε χαρισμάτων, δείξω ὑμῖν μίαν ὁδὸν καθ' ὑπερβολὴν, τουτέστιν, ὑπερέχουσαν, ἥτις φέρει ἐπὶ πάντα τὰ χαρίσματα. Τὴν ἀγάπην δὲ λέγει.

Variæ lectiones.

[99] ἀρχηγούς O. [1] τοὺς παλαιοὺς O. [2] τυχεῖν O.

ΚΕΦΑΛ. ΙΓ'. A CAPUT XIII.

« Ἐὰν ταῖς γλώσσαις λαλῶ τῶν ἀνθρώπων καὶ τῶν ἀγγέλων, ἀγάπην δὲ μὴ ἔχω, γέγονα χαλκὸς ἠχῶν, καὶ [3] κύμβαλον ἀλαλάζον. » Οὐκ εὐθὺς ὑπέδειξεν αὐτοῖς τὴν ὁδὸν, ἀλλὰ συγκρίνει αὐτὴν πρότερον πρὸς τὸ δοκοῦν αὐτοῖς χάρισμα εἶναι μεῖζον, τὸ τῶν γλωσσῶν, καὶ δείκνυσι ταύτην ἀσυγκρίτως τούτου ὑπερέχουσαν, ναὶ μὴν καὶ τῶν λοιπῶν πάντων χαρισμάτων, καὶ τότε ἀξιοπόθητον ἀποφαίνει. Γλώσσας δὲ ἀνθρώπων, τῶν ἁπανταχοῦ τῆς οἰκουμένης ἐθνῶν φησιν. Οὐκ ἀρκούμενος δὲ τούτῳ, καὶ ἑτέραν τίθησιν ὑπερβολήν· « Ταῖς τῶν ἀγγέλων, » φησὶ, « γλώσσαις· » οὐχ ὅτι οἱ ἄγγελοι γλώσσας ἔχουσιν, ἀλλὰ κρεῖττόν τι δηλῶσαι θέλων, καὶ τὸ ὑπερέχον τῶν ἀνθρωπίνων [4] γλωσσῶν, διὰ τοῦτο οὕτως εἶπεν. Ἀγγέλοις γὰρ [5] γλῶσσα, ἡ νοερὰ πρὸς τὸ ἀλλήλοις [6] διαδιδόναι τὰ θεῖα νοήματα δύναμις. Ἀπὸ δὲ τοῦ ἡμετέρου ὀργάνου ταύτην ὠνόμασεν, ὥσπερ καὶ τὸ, « Πᾶν γόνυ κάμψει ἐπουρανίων. » Οὐ γὰρ ὀστᾶ καὶ νεῦρα ἔχουσιν, ἀλλὰ τὴν ἐπιτεταμένην ὑποταγὴν ἐδήλωσε. « Γέγονα » δὲ, φησὶ, « χαλκὸς ἠχῶν· » τουτέστιν, φωνὴν μὲν ἀφιεὶς, εἰκῇ δὲ φθεγγόμενος, καὶ ὀχληρὸς ὤν, μηδένα δὲ ὠφελῶν, διὰ τὸ ἀγάπης ἐστερῆσθαι.

« Καὶ ἐὰν ἔχω προφητείαν, καὶ εἰδῶ τὰ μυστήρια πάντα, καὶ πᾶσαν τὴν γνῶσιν. » Οὐχ ἁπλῶς προφητείαν, ἀλλὰ τὴν ἀκροτάτην, καὶ πάντα εἰδυῖαν τὰ μυστήρια. Σκόπει δὲ, πῶς ἐπὶ μὲν τῶν γλωσσῶν οὐδὲν εἶπεν εἶναι κέρδος· ἐπὶ δὲ τῆς προφητείας, τὸ εἰδέναι τὰ μυστήρια πάντα, καὶ πᾶσαν τὴν γνῶσιν.

« Καὶ ἐὰν ἔχω πᾶσαν τὴν πίστιν. » Ἵνα μὴ καθ' ἕκαστον λέγων ὀχληρὸς φαίνηται, ἐπὶ τὴν μητέρα καὶ τὴν πηγὴν ἁπάντων ἦλθε, τὴν πίστιν, καὶ ταύτην πᾶσαν.

« Ὥστε καὶ ὄρη μεθιστάναι, ἀγάπην δὲ οὐκ ἔχω, οὐδέν εἰμι. » Ἐπειδὴ ἐδόκει τοῖς παχυτέροις μέγα τὸ μεθιστάνειν τὰ ὄρη, τούτου ἕνεκα ἐπεμνήσθη αὐτοῦ, οὐχ ὅτι τοῦτο μόνον δύναται ἡ πᾶσα πίστις· τὸ γὰρ ὄρη μεθιστάνειν ὁ Κύριος μικρῷ μέρει τῆς πίστεως ἀνατίθησιν, εἰπών· « Ἐὰν ἔχητε πίστιν ὡς κόκκον σινάπεως. » [p] Ὅρα δὲ, πῶς διὰ τῆς προφητείας καὶ τῆς πίστεως πάντα τὰ χαρίσματα περιέλαβεν· ἢ γὰρ ἐν λόγοις, ἢ ἐν ἔργοις, εἰσὶ τὰ θαύματα. Οὐκ εἶπε δὲ, ὅτι Ἀγάπην μὴ ἔχων, μικρός εἰμι καὶ εὐτελὴς, ἀλλ', « Οὐδέν εἰμι. »

« Καὶ ἐὰν ψωμίσω πάντα τὰ ὑπάρχοντά μου. » Οὐκ εἶπεν, Ἐὰν δῶ μέρος τῆς οὐσίας μου, ἀλλὰ, « Τὰ πάντα· » καὶ οὐκ εἶπε, Δῶ, ἀλλὰ, « Ψωμίσω· » ὥστε προσκεῖσθαι τῇ δαπάνῃ καὶ τὴν διακονίαν, τὴν μετ' ἐπιμελείας πάσης.

« Καὶ ἐὰν παραδῶ τὸ σῶμά μου, ἵνα καυθήσωμαι, ἀγάπην δὲ μὴ ἔχω, οὐδὲν ὠφελοῦμαι. » Οὐκ

VERS. 1. « Si linguis hominum loquar et angelorum, charitatem autem non habeam, factus sum æs sonans, vel cymbalum tinniens. » Haud actutum submonstravit eis viam, sed comparat eam prius cum dono quod ipsis videbatur esse potius, linguarum videlicet, ostenditque hanc illud incomparabiliter antecellere, imo et cætera omnia charismata : et tum eam dignam esse ait, quæ ab omnibus expetatur. Linguas autem hominum, cunctarum gentium ubique terrarum commorantium intelligit. Nec hoc contentus, aliam ponit excellentiam : « Angelorum linguis, » inquit : non quod angeli linguas habebant, sed ut quiddam, quod humanis linguis excellentius esset, indicaret, sic dixit. Angelorum enim lingua est intellectualis vis qua sibi mutuo divinarum rerum intellectum ac divinas cogitationes impertiunt. A nostro autem organo eam nominavit, quemadmodum et illud, « Flectetur omne genu cœlestium [p]. » Non enim ossa et nervos habent, sed summam subjectionem indicavit. « Factus sum, » inquit, « æs sonans, hoc » est vocem quidem edens, temere autem loquens, ac turbulenta proferens, quibus nemini prosim, quandoquidem charitate sim destitutus.

VERS. 2. « Et si **202** habuero prophetiam, et noverim mysteria omnia, et omnem scientiam. » Non simpliciter prophetiam, sed maxime sublimem, et quæ mysteria omnia noverit. Observa autem quod de linguis quidem nullam utilitatem dixit quæ eis inesset; at de prophetia hoc dixit, Si noverim mysteria omnia, et omnem scientiam.

« Et si habuero omnem fidem. » Ne sigillatim dicendo molestus videatur, ad matrem et fontem omnium, fidem pervenit, eamque omnem.

« Ut montes transferam, charitatem autem non habeam, nihil sum. » Quia videbatur magnum esse rudioribus montes transferre, propterea ejus rei meminit, non quod hoc solum possit tota fides : nam montes transferre, vel modicæ fidei parti Dominus ascribit : « Si habeatis, » inquiens, « fidem ut granum sinapis [q]. » Observa autem hic quomodo per prophetiam et fidem omnia charismata comprehendit : aut enim in verbis vel operibus sunt miracula. Non dixit autem Charitatem non habens, modicus sum et vilis, verum, « Nihil sum. »

VERS. 3. « Et si distribuero in cibos pauperum omnes facultates meas. » Non dixit, Si partem aliquam facultatum mearum dedero, sed, « Omnes : » nec dixit, Dedero, sed, « In cibos distribuero, » aut sumptui ministerium cum omni diligentia adjiciatur.

« Et si dedero corpus meum ut ardeam, charitatem autem non habeam, nihil mihi prodest. » Non

[p] Philipp. II, 10. [q] Matth. XVII, 20.

Variæ lectiones.

[3] ἢ o. [4] ἀνθρώπων o. [5] δέ o. [6] ἀλλήλους, καὶ ἀλλήλων o.

dixit, Ut moriar, sed quod omnium difficillimum videbatur, vivum quempiam comburi, neque hoc citra charitatem prodesse dicit. At dixerit quispiam : Quomodo fieri potest ut quispiam res suas et facultates in pauperes distribuat sine charitate ? Hic responderi potest, vel quod id quod non est, tanquam sit, posuerit : perinde ac cum ait : « Si vel angelus vel nos prædicemus vobis Evangelium præterquam quod accepistis [r] : » atqui neque ipse, neque angeli aliud Evangelium annuntiaturi erant. Quin aliis plerisque locis quædam dicit hujusmodi. Vel quod quispiam sine charitate possit etiam inopibus largiri, cum non ex affectu erga pauperes id fiat, verum ut hominibus placeat. Cum dilectione autem fit, quando veluti compatiens et inflammatus charitate hoc faciat.

A εἶπεν, Ἵνα ἀποθάνω, ἀλλ' ὃ χαλεπώτερον πάντων ἐδόκει, τὸ ζῶντά τινα καταικῆναι, οὐδὲ τοῦτό φησιν ὠφελεῖν χωρὶς ἀγάπης. Ἀλλ' εἴποι τις ἄν· Πῶς ἐστι δυνατὸν ψωμίσαι τὰ ὑπάρχοντα χωρὶς ἀγάπης; Ἔστιν οὖν εἰπεῖν, ὅτι ἢ τὸ οὐκ ὂν ὡς ὂν ὑπέθετο, ὥσπερ ὅταν λέγῃ· « Ἐὰν ἄγγελος ἢ ἡμεῖς εὐαγγελιζώμεθα ὑμῖν, παρ' ὃ παρελάβετε » καίτοι οὔτε αὐτὸς, οὔτε ἄγγελος ἔμελλεν ἕτερα εὐαγγελίζεσθαι. Καὶ ἀλλαχοῦ πολλαχοῦ τοιαῦτα λέγει· ἢ ὅτι ἔστι καὶ χωρὶς ἀγάπης διδόναι, ὅταν μὴ διὰ τὴν πρὸς τοὺς δεομένους συμπάθειαν, ἀλλὰ διὰ τὴν ἀνθρωπαρέσκειαν γίνηται. Μετὰ ἀγάπης δὲ γίνεται, ὅταν ὡς συμπάσχων καὶ περιχαιόμενός τις τοῦτο ποιῇ.

Vers. 4. « Charitas patiens est, benigna est. » Deinceps charitatis indicia percurrit, ac primo loco longanimitatem ponit, radicem omnis philosophiæ. Longanimis enim est qui lento et magno est animo. Quia vero nonnuli non ad philosophiam longanimitate usi sunt, sed sæpe eos qui ipsis irascuntur, risu et scommatis excipientes, ceu longanimes scilicet, in causa sunt, ut ira magis excandescerent : **203** propterea, « Benigna est, » inquit, charitas, hoc est mansueta est, candidos et innocentes mores indicat; non ut illi prædicti, subdoli et morosi. Hæc autem dixit, morosos et contentiosos apud Corinthios carpens.

B « Ἡ ἀγάπη μακροθυμεῖ, χρηστεύεται. » Λοιπὸν διεξέρχεται τῆς ἀγάπης τὰ γνωρίσματα, καὶ πρώτην τὴν μακροθυμίαν τίθησι, τὴν ῥίζαν πάσης φιλοσοφίας. Μακρόθυμος γὰρ ὁ μακρὰν καὶ μεγάλην ἔχων ψυχήν. Ἐπειδὴ δέ τινες οὐκ εἰς φιλοσοφίαν τῇ μακροθυμίᾳ κέχρηνται, ἀλλὰ πολλάκις τοὺς κατ' αὐτῶν ὀργιζομένους διαγελῶντες καὶ εἰρωνευόμενοι, ὡς δῆθεν μακρόθυμοι, μᾶλλον αὐτοὺς ποιοῦσιν ἐκκαίεσθαι τῇ ὀργῇ· διὰ τοῦτό φησι τὸ, « Χρηστεύεται, » ἀντὶ τοῦ, χρηστὸν ἦθος καὶ ἄκακον ἐνδείκνυται· οὐχ ὡς ἐκεῖνοί γε οἱ ῥηθέντες, ὑπουλοι καὶ κακοήθεις. Ταῦτα δὲ εἶπε καθαπτόμενος τῶν ἐν Κορινθίοις [7] φιλονείκων καὶ ὑπούλων.

« Non æmulatur. » Hoc est non invidet. Potest enim aliquis et longanimis esse, et interim invidiæ affectu laborare. Verum charitas etiam hoc effugit. Hoc autem dixit, propter invidos quosdam apud Corinthios.

C « Οὐ ζηλοῖ. » Τουτέστιν, οὐ βασκαίνει· ἔστι γὰρ καὶ μακρόθυμόν τινα εἶναι, καὶ βασκαίνειν· ἀλλ' ἡ γε ἀγάπη καὶ τοῦτο διαπέφευγε. Τοῦτο δὲ εἶπε, διὰ τοὺς ἐν αὐτοῖς [8] βασκάνους.

« Non agit perperam. » Id est, non præcipitanter agit, sed prudentem efficit et firmum eum cui inest. Ἑρπερος enim est, qui in sublime tollitur, levis, stolidus. Hoc autem ad eos pertinet, qui leves erant apud eos, novorumque studiosi.

« Οὐ περπερεύεται. » Τουτέστιν, οὐ προπετεύεται, ἀλλὰ συνετὸν ἐργάζεται καὶ βεβηκότα τὸν ἔχοντα· πέρπερος [9] γάρ ἐστιν ὁ μετεωριζόμενος, ὁ κοῦφος, ὁ βλακευόμενος· καὶ τοῦτο δὲ πρὸς τοὺς παρ' αὐτοῖς κούφους καὶ νεωτερικούς.

« Non inflatur. » Fieri enim potest ut quispiam omnia jam commemorata bona habeat, ac propterea infletur : verum charitas istud non agit : cæterum cum jam commemoratis bonis humiliter se gerit. Hoc vero ad arrogantes pertinet.

« Οὐ φυσιοῦται. » Ἔστι γὰρ τὰ προειρημένα μὲν πάντα ἀγαθὰ ἔχειν, φυσιοῦσθαι δὲ ἐπὶ τούτοις· ἀλλ' ἡ ἀγάπη οὐδὲ τοῦτο ἔχει, ἀλλὰ μετὰ τῶν ῥηθέντων ἀγαθῶν ταπεινοφρονεῖ. Πρὸς δὲ τοὺς ἀλαζόνας τοῦτο.

Vers. 5. « Non pudefit. » Hoc est, non solum non inflatur, sed etiamsi turpissima patiatur propter adamatum, non arbitratur rem istam esse turpitudinem ac ignominiam : quemadmodum et Christus ob dilectionem quam erga nos habuit, ignominiosam crucem non solum recepit, verum etiam gloriam peculiarem putavit. Poteris etiam ita intelligere, « Non pudefit, » pro, non injuria afficit, nihil enim turpius est injurio. Hoc autem ad fastuosos pertinet.

D « Οὐκ ἀσχημονεῖ. » Τουτέστιν, οὐ μόνον οὐ φυσιοῦται, ἀλλ' εἰ καὶ τὰ αἴσχιστα πάθοι διὰ τὸν ἀγαπώμενον, οὐχ ἡγεῖται τὸ πρᾶγμα ἀσχημοσύνην καὶ ἀδοξίαν· ὥσπερ καὶ ὁ Χριστὸς διὰ τὴν πρὸς ἡμᾶς ἀγάπην τὸν ἄτιμον σταυρὸν οὐ μόνον κατεδέξατο, ἀλλὰ καὶ δόξαν οἰκείαν ἡγήσατο. Νοήσεις δὲ καὶ οὕτω τὸ, « Οὐκ ἀσχημονεῖ, » ἀντὶ τοῦ, οὐχ ὑβρίζει. Οὐδὲν γὰρ ἀσχημονέστερον ὑβριστοῦ. Πρὸς δὲ τοὺς ἀσυγκαταβάτους τοῦτο.

« Non quærit quæ sua sunt, non irritatur. » Modum explicat quomodo non pudefiat charitas. Pro-

« Οὐ ζητεῖ τὰ ἑαυτῆς, οὐ παροξύνεται. » Λέγει τὸν τρόπον, πῶς οὐκ ἀσχημονεῖ. Ὅτι, φησὶ, τὸ οἰ-

[r] Galat. I, 8.

Variæ lectiones.

[7] Κορίνθῳ O. [8] αὐτῇ O. [9] ὑπέρτερος O.

κεῖον συμφέρον οὐ ζητεῖ, ἀλλὰ τὸ τοῦ πλησίον· καὶ ἀσχημοσύνην τότε [10] ἡγεῖται, ὅταν ἀσχημονοῦντα τὸν πλησίον μὴ ἀπαλλάξῃ. Τοῦτο δὲ πρὸς τοὺς ὑπεροράσαντας τῶν λοιπῶν. Ἀλλ' οὐδὲ παροξύνεται, ἐπειδὴ οὐκ ἀσχημονεῖ. Ἀνὴρ γὰρ θυμώδης, οὐκ εὐσχήμων. Ὥστε οὐκ ἀσχημονεῖ ἡ ἀγάπη, διότι οὐδὲ παροξύνεται· τουτέστιν, οὐκ ἀναπηδᾷ εἰς [11] ὀργήν. Τοῦτο πρὸς τοὺς ὑβριζομένους.

A prium, inquit, commodum non quærit, sed proximi; et deformitatem tum maxime putat esse, cum a turpitudine proximum non arcuerit. Hoc vero spectat ad eos qui reliquos contemnebant. At neque irritatur, quandoquidem se incomposite non gerit. Vir enim iracundus non est decorus. Proinde non turpiter agit charitas, quia non exacerbatur, hoc est, in iram non prosilit. Hoc facit pro iis qui injuria afficiuntur.

« Οὐ λογίζεται τὸ κακόν. » Πάντα, φησί, τὰ κακὰ πάσχουσα, οὐ παροξύνεται εἰς ὀργήν· καὶ οὐ μόνον οὐκ ἀντεργάζεται [12] τὸ κακὸν πρὸς ἄμυναν, ἀλλ' οὐδὲ λογίζεται. Ὅρα δὲ πανταχοῦ, πῶς οὐ λέγει, ὅτι ἡ ἀγάπη ζηλοῖ μὲν, ἀλλὰ περιγίνεται· ἢ παροξύνεται μὲν, ἀλλὰ κρατεῖ· ἀλλὰ οὐδὲ τὴν ἀρχὴν, φησὶν, ὅλως ἐᾷ φῦναί τινα κακίαν· ὥσπερ καὶ ἐνταῦθα· « Οὐ λογίζεται τὸ κακόν. » Καὶ τοῦτο δὲ πρὸς τοὺς αὐτοὺς, ἵνα μὴ ἀνθυβρίζωσιν.

« Non cogitat malum. » Omnia, inquit, mala patiens non exacerbatur ad iracundiam : et non solum non contra mali quidpiam molitur, ut sese ulciscatur, sed ne cogitat quidem. Observa autem undique quomodo non dicat, quod charitas æmuletur quidem, sed superior evadit : aut irritatur quidem, B sed victoriam obtinet : imo neque ab initio, inquit, prorsus nasci sinit aliquam malitiam : quemadmodum et hic, « Non cogitat, » inquit, « malum. » Hoc ipsis Corinthiis dictum est, ne de injuriis injuriam retalient.

« Οὐ χαίρει ἐπὶ τῇ ἀδικίᾳ. » Τουτέστιν, οὐκ εὐφραίνεται, ὅταν τις ἀδικῆται, καὶ ἐπηρεάζηται, καὶ κακῶς πάσχῃ.

« Συγχαίρει δὲ τῇ ἀληθείᾳ. » Ἀλλ' ὁ πολλῷ μεῖζον, φησὶ, συγχαίρει ἐπὶ τοῖς εὐδοκιμοῦσι· καὶ ὅταν ἡ ἀλήθεια εὐοδοῦται, καὶ δόξαν οἰκείαν τοῦτο ἡγεῖται. Πρὸς δὲ τοὺς βασκάνους τοῦτο.

VERS. 6. « Non gaudet super iniquitate. » Hoc **204** est, non exhilaratur, si quisquam injuria afficiatur, lædatur, patiaturque male.

« Congaudet autem veritati. « At quod multo majus, inquit, congaudet probatis, et si quando veritas prosperum cursum nanciscatur, hoc quoque gloriam suam arbitratur. Hoc autem ad invidos dicitur.

C

« Πάντα στέγει. » Καὶ ὕβρεις, καὶ πληγὰς, καὶ θάνατον· τοῦτο γὰρ αὐτῇ ἡ μακροθυμία χαρίζεται, ἣν προσεῖναι αὐτῇ εἶπε. Πρὸς δὲ τοὺς ἐπιβουλευομένους τοῦτο.

VERS. 7. « Omnia suffert. » Et injurias et plagas et mortem. Istud enim ei longanimitas donat, quam adesse ei dixit. Ad insidias tendentes hoc dicit.

« Πάντα πιστεύει. » Ὅσα ἂν εἴποι ὁ ἀγαπώμενος· καὶ οὐδὲν ὕπουλον οὔτε αὐτὸς [13] λαλεῖ, οὔτε ἄλλον λαλεῖν οἴεται.

« Omnia credit. » Quæcunque dixit dilectus, nihilque maleficum aut subdolum neque ipse loquitur, neque alium loqui arbitratur.

« Πάντα ἐλπίζει, πάντα ὑπομένει. » Οὐκ ἀπογινώσκει, φησὶ, τοῦ ἀγαπωμένου [14], ἀλλ' ἐλπίζει αὐτὸν ἀεὶ εἰς τὸ κρεῖττον ἐπιδιδόναι. Τοῦτο δὲ εἶπε πρὸς τοὺς ἀπογινώσκοντας. Εἰ δὲ καὶ ἐλπίσας ἀποτύχῃ, ἐκείνου τῇ κακίᾳ ἐναπομείναντος, φέρει γενναίως αὐτοῦ τὰ ἐλαττώματα· « Πάντα » γὰρ, φησὶν, « ὑπομένει. » Πρὸς δὲ τοὺς εὐκόλως διισταμένους τοῦτο.

« Omnia sperat, omnia sustinet. » Non desperat de dilecto, sed spérat eum semper ad melius promovere. Hoc vero ad desperantes dixit. Quod si vero a sua spe exciderit, illo in malitia perseverante, strenue fert illius deliquia. « Omnia » enim, inquit, « sustinet. » Ad facile dissidentes hæc loquitur.

« Ἡ ἀγάπη οὐδέποτε ἐκπίπτει. » Τουτέστιν, οὐδέποτε ἀστοχεῖ, ἀλλὰ πάντα κατορθοῖ· ἢ, ὃ κρεῖττον, ἀντὶ τοῦ, οὐ διαλύεται, οὐ διακόπτεται, οὐδέποτε παύεται, ἀλλὰ καὶ ἐν τῷ μέλλοντι αἰῶνι μένει, τῶν ἄλλων ἁπάντων καταργουμένων, ὡς ἐφεξῆς ἐρεῖ.

VERS. 8. « Charitas nunquam excidit. » Id est, D nunquam aberrat, sed omnia perficit. Vel, quod est melius, significat, non dissolvitur, non discinditur neque unquam desistit, sed in futuro quoque sæculo perdurat, aliis omnibus abolitis, perinde ac infra dicet.

« Εἴτε δὲ προφητεῖαι καταργηθήσονται, εἴτε γλῶσσαι παύσονται. » Καταλέξας τῆς ἀγάπης τὰ βλαστήματα, πάλιν αὐτὴν καὶ ἑτέρῳ τρόπῳ ὑψοῖ, τῷ λέγειν καὶ τὴν προφητείαν καὶ τὰς γλώσσας τέλος ἕξειν, τὴν δὲ ἀγάπην μόνιμον εἶναι καὶ ἀτελεύτητον. Εἰ γὰρ καὶ αἱ προφητεῖαι, καὶ αἱ γλῶσ-

« Sive vero prophetiæ abolebuntur, sive linguæ cessabunt. » Commemoratis dilectionis germinibus, rursus alia quadam ratione eam exaltat, dicendo prophetiam et linguas finem habituras, charitatem vero permansuram stabilem, fineque carituram. Si enim prophetiæ et linguæ sint propter susceptionem

Variæ lectiones.

[10] τοῦτο O. [11] πρὸς O. [12] κατεργάζεται O. [13] Ἴ σ. αὐτῇ O. [14] ἠγαπημένου O.

fidei, fide undique expansa et explicata, merique in præsenti quidem, præsertim vero in futuro.

VERS. 8-10. « Sive scientia destruetur; ex parte enim cognoscimus, et ex parte prophetamus. Cum autem venerit quod perfectum est, evacuabitur quod ex parte est. » Si scientia abolenda est, numquid igitur in ignorantia vivemus? Minime : verum de scientia ex parte, seu imperfecta loquitur, perinde ac ipse interpretatur hoc, « Scientia ex parte abolebitur, » adveniente cognitione perfecta, illa nimirum quæ ad vitam futuram spectat. Non enim amplius tantumdem sciemus, sed longe plura et majora : quemadmodum, quod ubique sit Deus, novimus quidem nunc; sed quo modo, nescimus. Et quod virgo peperit, scimus : qua vero ratione, nondum novimus : at tunc quiddam excellentius et commodius de his sciemus.

VERS. 11. « Cum essem parvulus. » Cum dixisset, Cum venerit quod perfectum est, destruetur quod est ex parte, nunc etiam exemplum profert quo indicat, quantum **205** sit discriminis inter cognitionem temporis hujus, et futuram. Hic enim infantibus assimilamur, tum vero viri erimus.

« Loquebar ut parvulus. » Tanquam ad linguas referat, dicit, « Loquebar. »

« Sapiebam ut parvulus. » Hoc ad prophetias referre videtur.

« Cogitabam ut parvulus. » Ad scientiam istuc pertinet.

Quando autem factus sum vir, evacuavi quæ erant parvuli. » Hoc est, quando in futuro sæculo viriliorem adeoque perfectiorem cognitionem nactus fuero, tum destruetur exigua infantibusque adæquata scientia, quam hic habemus. Infert igitur :

VERS. 12. « Videmus enim nunc per speculum in ænigmate. » Declarat id quod de parvulo dixit, ac demonstrat quod obscura quædam nobis sit hic cognitio, tum vero magis perspicua erit. « Videmus enim, » inquit, « nunc per speculum. » Deinde quia speculum expressius demonstrat rei repræsentatæ imitationem, adjecit, « In ænigmate : » ostendens cognitionem præsentem valde ex parte esse et exilem.

« Tunc autem facie ad faciem. » Non quod Deus faciem habeat, cæterum ut per hoc ostendat apertiorem et planiorem cognitionem, et omnino revelatam.

« Jam cognosco ex parte, tunc vero agnoscam quemadmodum et agnitus sum. » Duplici ratione tollit inflationem ipsorum, ostendens particularem esse cognitionem præsentem, quodque illam a nobis ipsis non habeamus. Non enim ego, inquit, novi Deum, sed ipse me agnovit. Perinde igitur ut nunc ipse me novit, et ipse mihi accurrit, hunc admodum

A σαι διὰ τὸ τὴν πίστιν παραδεχθῆναί εἰσι, τῆς πίστεως πανταχοῦ ἁπλωθείσης, εἰκότως ὡς περιττὰ ἀργήσουσι, καὶ νῦν μὲν, μάλιστα δὲ τότε.

« Εἴτε γνῶσις καταργηθήσεται. Ἐκ μέρους γὰρ γινώσκομεν, καὶ ἐκ μέρους προφητεύομεν. Ὅταν δὲ ἔλθῃ τὸ τέλειον, τότε τὸ ἐκ μέρους καταργηθήσεται. » Ἐὰν ἡ γνῶσις καταργηθῆναι μέλλῃ, ἆρα ἐν ἀγνωσίᾳ μέλλομεν διάγειν; Μὴ γένοιτο· ἀλλὰ περὶ τῆς ἐκ μέρους γνώσεως λέγει, ὡς καὶ αὐτὸς ἑρμηνεύει τοῦτο, ὅτι ἡ ἐκ μέρους γνῶσις καταργηθήσεται, τῆς τελείας [15] ἐλθούσης, δηλονότι, τῆς κατὰ τὴν μέλλουσαν ζωήν. Οὐκέτι γὰρ τοσαῦτα εἰσόμεθα, ἀλλὰ πολλῷ πλείονα· οἷον, ὅτι μὲν πανταχοῦ ἐστιν ὁ Θεὸς, οἴδαμεν νῦν· ἀλλὰ, πῶς, οὐκ

B ἴσμεν· καὶ ὅτι μὲν ἔτεκε παρθένος, ἴσμεν· πῶς δὲ, οὐκέτι· τότε δὲ εἰσόμεθά τι πλέον καὶ συμφέρον περὶ τούτων.

« Ὅτε ἤμην νήπιος. » Εἰπὼν, ὅτι τοῦ τελείου ἐρχομένου, καταργεῖται τὸ ἐκ μέρους· νῦν καὶ παράδειγμα φέρει, δι' οὗ δείκνυσιν, ὅσον τὸ μέσον τῆς νῦν γνώσεως καὶ τῆς τότε. Νῦν μὲν γὰρ νηπίοις ἐοίκαμεν· τότε δὲ ἄνδρες ἐσόμεθα.

« Ὡς νήπιοις ἐλάλουν. » Ὡς πρὸς τὰς γλώσσας τὸ, « Ἐλάλουν. »

« Ὡς νήπιος ἐφρόνουν. » Τοῦτο ὡς πρὸς τὰς προφητείας.

« Ὡς νήπιος ἐλογιζόμην. » Τοῦτο ὡς πρὸς τὴν

C γνῶσιν.

« Ὅτε δὲ γέγονα ἀνὴρ, κατήργηκα τὰ τοῦ νηπίου. » Τουτέστιν, ὅτε ἐν τῷ μέλλοντι τὴν ἀνδρειοτέραν [16] γνῶσιν ἕξω, τότε καταργηθήσεται ἡ μικρὰ καὶ νηπίοις ἐοικυῖα γνῶσις, ἣν ἐνταῦθα ἔχομεν. Ἐπιφέρει οὖν·

« Βλέπομεν γὰρ ἄρτι δι' ἐσόπτρου ἐν αἰνίγματι. » Σαφηνίζει τὸ εἰρημένον περὶ τοῦ νηπίου, καὶ δείκνυσιν, ὅτι ἀμυδρά τις ἡμῖν ἐστιν ἄρτι ἡ γνῶσις· τότε δὲ τρανοτέρα ἔσται. « Βλέπομεν γὰρ ἄρτι δι' ἐσόπτρου, » φησίν. Εἶτα ἐπειδὴ τὸ ἔσοπτρον ἐκτυπώτερον δείκνυσι τοῦ ἐμφαινομένου τὴν μίμησιν, προσέθηκε τὸ, « Ἐν αἰνίγματι, » μεθ' ὑπερβολῆς δεικνὺς τὴν παροῦσαν γνῶσιν μερικωτάτην.

D « Τότε δὲ πρόσωπον πρὸς πρόσωπον. » Οὐχ ὡς πρόσωπον τοῦ Θεοῦ ἔχοντος, ἀλλὰ διὰ τούτου δεικνύων τὴν σαφεστέραν καὶ τρανοτέραν γνῶσιν, καὶ ἀνακεκαλυμμένην.

« Ἄρτι γινώσκω ἐκ μέρους· τότε δὲ ἐπιγνώσομαι καθὼς ἐπεγνώσθην. » Διπλῇ καθαιρεῖ τὸ φύσημα αὐτῶν, δεικνὺς μερικήν τε οὖσαν τὴν νῦν γνῶσιν, καὶ οὐδὲ ταύτην οἰκοθεν οὖσαν. Οὐ γὰρ ἐγὼ, φησὶν, ἔγνων τὸν Θεὸν [17], ἀλλ' αὐτός με ἐγνώρισεν. Ὥσπερ οὖν νῦν αὐτός με ἔγνω, καὶ αὐτός μοι ἐπέδραμεν· οὕτως ἐγὼ αὐτῷ ἐπιδραμοῦμαι τότε μειζόνως ἢ νῦν·

Variæ lectiones.

[15] συντελείας O. [16] ἀδροτέραν O. [17] αὐτόν O.

ὥσπερ ὁ ἐν σκότει καθήμενος, ἕως μὲν οὐ βλέπει τὸν ἥλιον, οὐκ αὐτὸς ἐπιτρέχει τῷ κάλλει τῆς ἀκτῖνος, ἀλλ' ἐκείνη δείκνυσιν ἑαυτὴν ἐπειδὰν λάμψῃ· ὅταν δὲ αὐτῆς δέξηται τὴν αἴγλην [18], τότε καὶ αὐτὸς διώκει τὸ φῶς. Τοῦτο οὖν ἐστι τὸ, « Καθὼς καὶ ἐπεγνώσθην· » οὐχ ὅτι οὕτως ἀπαραλλάκτως αὐτὸν εἰσόμεθα, ἀλλ' ὅτι ὥσπερ αὐτὸς ἡμῖν ἐπέδραμε νῦν, οὕτως ἡμεῖς ἐξόμεθα αὐτοῦ [19] τότε· ὥσπερ εἴ τις εὑρὼν βρέφος εὐγενὲς ἐκτεθὲν, ἀστεῖον τῷ εἴδει, αὐτὸς μὲν ἐπιγνοὺς αὐτὸ, ἀνέλοιτο, καὶ κομιδῆς ἀξιώσειε, καὶ εὐγενῶς ἀνατρέφων, τελευταῖον καὶ πλούτῳ λαμπρύνοι, καὶ εἰς τὰ βασίλεια εἰσαγάγῃ· τὸ δὲ, ἕως μὲν νήπιον εἴη, οὐδενὸς ἐπαισθάνοιτο τούτων, οὐδὲ ἐπιγινώσκοι τὴν φιλανθρωπίαν τοῦ ἀνελομένου· ἐπειδὰν δὲ ἀνδρωθείη [20], τηνικαῦτα ἐπιγνοίη τὸν εὐεργέτην, καὶ ἀξίως αὐτὸν ἀγαπήσειεν. Ἰδού σοι διὰ τοῦ ὑποδείγματος πεφώτισται τὸ συσκιαζόμενον ἐν τῷ ῥητῷ.

A ipsi tunc accurram majore cognitione quam nunc: quemadmodum qui in tenebris sedet, tantisper dum non intuetur solem, ipse non accurrit ad pulchritudinem radii, sed luce emissa seipsum radius demonstrat : quando vero ipse radii fulgorem acceperit, tum et ipse persequitur lumen. Hoc igitur est quod ait, « Quemadmodum cognitus sum : » non quod eodem prorsus modo ipsum agnoscemus, verum quod sicut ipse ad nos nunc accesserit, sic et nos tunc adjungemur ipsi. Veluti si quis inveniens ingenuum infantem expositum, forma blandum et conspicuum, ipse quidem infantem agnoscens tollat, educationeque dignetur, ipsumque ingenue educans, tandem opibus splendidum reddat, et ad regiam introducat : ac puer quandiu infans manserit, nihil B horum sentiat, neque tollentis agnoscat humanitatem : simul ac vero adoleverit, benefactorem agnoscat, dignisque eum beneficiis prosequatur. En hoc jam exemplo illustratum est, quod adumbratum fuit.

« Νυνὶ δὲ μένει πίστις, ἐλπὶς, ἀγάπη, τὰ τρία ταῦτα· μείζων δὲ τούτων ἡ ἀγάπη. » Εἰσὶ μὲν οὖν καὶ γλῶσσαι, καὶ προφητεῖαι, καὶ γνώσεις, εἰ καὶ ἀμυδραί εἰσι· πλὴν τῆς πίστεως χύθείσης εἰς πάντας, ὡς καὶ ἀνωτέρω εἴρηται, πάντη [21] ἀργήσουσιν· ἡ μέντοι πίστις, ἡ ἐλπὶς, ἡ ἀγάπη, μονιμώτεραι τούτων (τοῦτο γάρ σημαίνει διὰ τοῦ εἰπεῖν· « Νυνὶ δὲ μένει, » τὴν μονιμότητα δηλῶν τῶν τριῶν), καὶ τούτων δὲ αὐτῶν μείζων ἡ ἀγάπη, ἐπειδὴ καὶ εἰς τὸν μέλλοντα αἰῶνα παρεκτείνεται.

Verss. 13. « Nunc autem manet fides, spes, charitas, tria hæc, sed maxima in his charitas. » Sunt quidem etiamnum linguæ et prophetiæ et scientiæ, sint licet obscuræ : atqui fide in omnes diffusa, ut supra dictum est, omnino cessabunt : ipsa tamen fides, spes et charitas, istis diuturniores sunt (id enim significat per hoc quod ait, « Nunc autem manet, » trium istorum durationem ac stabilitatem denuntians) ; atque inter hæc tria charitas maxima est, quandoquidem et in futurum sæculum C extendatur. **206**

[« Νυνὶ δὲ μένει πίστις, ἐλπὶς, ἀγάπη, τὰ τρία ταῦτα. » Ἐνταῦθα δὲ, φησὶ, μονιμώτερά εἰσι πίστις, ἐλπὶς, ἀγάπη. Τῆς πίστεως γὰρ τοῦ κηρύγματος, ὡς εἴρηται, πανταχοῦ διαδοθείσης, αἱ μὲν γλῶσσαι καὶ αἱ προφητεῖαι καὶ τὰ λοιπὰ χαρίσματα παυθήσονται. Ἡ πίστις δὲ, ἡ περὶ τῶν μελλόντων, τῆς τε κρίσεως καὶ ἀνταποδόσεως, καὶ ἡ ἐλπὶς τῶν ἀμοιβῶν, καὶ ἡ πρὸς ἀλλήλους ἀγάπη, μενεῖ μέχρι συντελείας, ὡς χρειωδεστέρα.

« Verss. 13. « Nunc autem manet fides, spes, charitas, tria hæc. » Hoc in loco ait fidem, spem, charitatem durabiliora esse. Nam fide prædicationis ubique disseminata, uti dictum est, linguæ quidem et prophetiæ cæteraque dona cessabunt. Fides vero, quæ est de rebus futuris et de judicio ac retributione, non spes præmii et mutua dilectio, utpote magis neccssaria, ad consummationem usque permanebunt.

« Μείζων δὲ τούτων ἡ ἀγάπη. » Τούτων δὲ πάλιν τῶν μονιμωτέρων κατορθωμάτων μείζων ἡ ἀγάπη. Τῆς συντελείας γὰρ ἐλθούσης, ἡ μὲν πίστις καὶ ἐλπὶς παυθήσονται· ἡ δὲ ἀγάπη μενεῖ, κραταιοτέρα γινομένη καὶ σφοδροτέρα. *Cod. Arundel.*]

« Sed maxima in his charitas. » Rursum ex istis virtutibus quæ durabiliores sunt, major est charitas. Nam fine adveniente fides sane ac spes cessabunt, charitas autem, utpote fortior et vehementior reddita, permanebit. D

ΚΕΦΑΛ. ΙΔ'.

« Διώκετε τὴν ἀγάπην. » Ἐπειδὴ μέγα χρῆμα ἀπέδειξε ταύτην, προτρέπεται λοιπὸν ἐπ' αὐτήν. Οὐκ εἶπε δὲ, ὅτι Ἀκολουθεῖτε αὐτῇ, ἀλλὰ, « Διώκετε, » τὴν ἐπιτεταμένην σπουδὴν ἀπαιτῶν. Πέφυγε γὰρ ἐξ ἡμῶν, καὶ πολλοῦ χρεία δρόμου, ἵνα φθάσωμεν ταύτην.

CAPUT XIV.

Verss. 1. « Sectamini charitatem. » Quia rem esse arduam charitatem demonstravit, adhortatur deinceps ad eam. Non autem dixit, Sequimini eam, sed, Διώκετε, id est sectamini sive persequimini; vehementem conatum atque diligentiam expetens. Effugit enim a nobis quare multo cursu opus est, ut eam assequamur.

« Ζηλοῦτε δὲ τὰ πνευματικά· μᾶλλον δὲ, ἵνα προφητεύητε. » Ἵνα μὴ νομίσωσιν, ὅτι διὰ τοῦτο ἐξῆρε τὴν ἀγάπην, ἵνα σβέσῃ τὰ χαρίσματα, ἐπάγει· » Ζη-

« Æmulamini spiritualia, magis autem ut prophetetis. » Ne arbitrentur quod propterea charitatem extulit, ut exstinguat charismata, infert,

Variæ lectiones.

[18] αὐγήν O. [19] αὐτῷ O. [20] ἀδρυνθείη O. [21] πάντες O.

« Æmulamini spiritualia, » hoc est, charismata, præ cæteris autem prophetiam. Hoc autem dixit linguarum causa, quarum nomine arrogantes erant.

λοῦτε τὰ πνευματικά, » τουτέστι, τὰ χαρίσματα, ἐξαιρέτως δὲ τὴν προφητείαν. Τοῦτο δὲ εἶπε διὰ τὰς γλώσσας, ἐφ' αἷς αὐτοὶ ἠλαζονεύοντο.

Vers. 2, 3. « Qui enim lingua loquitur, hominibus non loquitur, sed Deo. Nemo enim audit : Spiritu autem loquitur mysteria. Qui vero prophetat hominibus loquitur ædificationem et adhortationem et consolationem. » Linguas cum prophetia confert, ostenditque eas per se neque omnino inutiles, neque omnino commodas. « Non » enim « hominibus loquuntur, sed Deo : » hoc est, non intellectu facilia et aperta hominibus dicunt; cæterum in Spiritu sancto loquuntur mysteria. Quatenus itaque ex Spiritu loquuntur, res profecto est ardua: quatenus autem hominibus non prodest, inferior est prophetia. Nam illa et ex Spiritu est, et commodior, eos, qui non sunt stabiliti, ædificans, segniores adhortans et excitans, pusillanimes animans et consolans. Ubique ergo Paulus illud ponit majus, quod est utilius.

« Ὁ γὰρ λαλῶν γλώσσῃ οὐκ ἀνθρώποις λαλεῖ, ἀλλὰ τῷ Θεῷ. Οὐδεὶς γὰρ ἀκούει. Πνεύματι δὲ λαλεῖ μυστήρια. Ὁ δὲ προφητεύων ἀνθρώποις λαλεῖ οἰκοδομὴν καὶ παράκλησιν καὶ παραμυθίαν. » Συγκρίνει τὰς γλώσσας πρὸς τὴν προφητείαν, καὶ οὔτε πάντη ἀχρήστους δείκνυσι ταύτας, οὔτε πάντη ὠφελίμους καθ' ἑαυτάς. Οὐ γὰρ ἀνθρώποις λαλοῦσιν, ἀλλὰ τῷ Θεῷ· τουτέστιν, οὐκ εὐνόητα λέγουσι τοῖς ἀνθρώποις καὶ σαφῆ, ἀλλ' ἐν ἀγίῳ Πνεύματι λαλοῦσι μυστήρια. Ὥστε καθὸ μὲν ἐκ Πνεύματος λαλοῦσι, μέγα τὸ πρᾶγμα· καθὸ δὲ οὐκ ἀνθρώποις ὠφελεῖ, ἡττᾶται τῆς προφητείας. Ἐκείνη γὰρ καὶ ἐκ Πνεύματος, καὶ ὠφελιμωτέρα, τοὺς ἀστηρίκτους οἰκοδομοῦσα, τοὺς ῥᾳθυμοτέρους παρακαλοῦσα καὶ διεγείρουσα, τοὺς ὀλιγοψύχους παραμυθουμένη. Πανταχοῦ τοίνυν ὁ Παῦλος ἐκεῖνο τίθεται μεῖζον, τὸ ὠφελιμώτερον.

Vers. 4. « Qui loquitur lingua, seipsum ædificat : qui autem prophetat, Ecclesiam ædificat. » Multi linguis loquentes non poterant aliis interpretari quæ dicerent. Isti igitur sibiipsis solis utiles erant. Qui autem prophetat, omnes audientes juvabat. Quanto igitur præstantius est Ecclesiam juvare potius quam unum, tanto etiam linguis excellentior est prophetia.

« Ὁ λαλῶν γλώσσῃ ἑαυτὸν οἰκοδομεῖ· ὁ δὲ προφητεύων Ἐκκλησίαν οἰκοδομεῖ. » Πολλοὶ γλώσσαις λαλοῦντες οὐκ ἴσχυον καὶ ἑτέροις ἑρμηνεῦσαι ἃ ἔλεγον [22]. Οὗτοι τοίνυν ἑαυτοὺς μόνους ὠφέλουν. Ὁ δὲ προφητεύων πάντας τοὺς ἀκούοντας ὠφέλει. Ὅσον οὖν τὸ μέσον τοῦ ἵνα ὠφελεῖσθαι, καὶ τοῦ Ἐκκλησίαν, τοσοῦτον τὸ μέσον τῶν γλωσσῶν καὶ τῆς προφητείας.

Vers. 5. « Volo autem vos omnes linguis loqui, magis autem ut prophetetis. » Quia non pauci apud eos loquebantur linguis, ne **207** videatur ex invidia linguas elevare, « Volo, » inquit, « omnes linguis loqui, » non unum aut duos, potius tamen volo ut prophetetis, propter majorem utilitatem scilicet.

« Major enim est qui prophetat, quam qui linguis loquitur, nisi etiam interpretetur, ut Ecclesia ædificationem accipiat. » Major, inquit, est propheta, verum eo qui tantum linguis loquitur, nec interpretari novit. Nam si novit interpretari, æqualis est prophetæ is qui linguis loquitur. Ædificat enim Ecclesiam, dum interpretatur quæ obscure in lingua dicuntur. Donum etiam erat interpretatio, et aliis quidem dabatur, qui linguis loquebantur, aliis vero non dabatur.

« Θέλω δὲ πάντας ὑμᾶς γλώσσαις λαλεῖν· μᾶλλον δέ, ἵνα προφητεύητε. » Ἐπειδὴ παρ' αὐτοῖς ἐλάλουν γλώσσαις πολλοί, ἵνα μὴ δόξῃ διὰ φθόνον κατασμικρύνειν τὰς γλώσσας, « Θέλω, » φησί, « πάντας λαλεῖν, » οὐχ ἕνα, ἢ δύο· πλὴν μᾶλλον, ἵνα προφητεύητε, διὰ τὸ πολυωφελέστερον.

« Μείζων γὰρ ὁ προφητεύων ἢ ὁ λαλῶν γλώσσαις, ἐκτὸς εἰ μὴ διερμηνεύει, ἵνα ἡ Ἐκκλησία οἰκοδομὴν λάβῃ. » Μείζων, φησὶν, ὁ προφήτης [23]· ἀλλ' ἐκείνου τοῦ μόνον γλώσσαις λαλοῦντος, μὴ εἰδότος δὲ διερμηνεύειν. Ἐπεὶ ἐὰν οἶδε καὶ διερμηνεύειν, ἴσός ἐστι τῷ προφήτῃ ὁ γλώσσαις λαλῶν. Οἰκοδομεῖ γὰρ τὴν Ἐκκλησίαν διὰ τοῦ ἑρμηνεύειν τὰ ἀσαφῶς ἐν γλώσσῃ λεγόμενα. Χάρισμα δὲ ἦν καὶ ἡ ἑρμηνεία, καὶ ἄλλοις μὲν ἐδίδοτο τῶν γλώσσαις λαλούντων, ἄλλοις δὲ οὐκ ἐδίδοτο.

Vers. 6. « Nunc autem, fratres, si venero ad vos linguis loquens, quid vobis prodero, nisi vobis loquar in revelatione, aut scientia, aut prophetia, aut doctrina? » Vultis scire incommodum linguarum quæ non exponuntur? Esto quod ego Paulus doctor vester loquor linguis; sed inde ad auditores nihil emolumenti proveniet, nisi quid dixero in revelatione, hoc est, quemadmodum consueverunt dicere qui revelationem a Deo sortiti sunt : quæ et ipsa est prophetiæ species, cum multis astantibus cujusque sensa patefiant. « Vel in scientia, » hoc

« Νυνὶ δὲ, ἀδελφοὶ, ἐὰν ἔλθω πρὸς ὑμᾶς γλώσσαις λαλῶν, τί ὑμᾶς ὠφελήσω, ἐὰν μὴ ὑμῖν λαλήσω ἢ ἐν ἀποκαλύψει, ἢ ἐν γνώσει, ἢ ἐν προφητείᾳ, ἢ ἐν διδαχῇ; » Θέλετε γνῶναι τὸ ἀκερδὲς τῶν ἀνερμηνεύτων γλωσσῶν; Ἔστω γὰρ ὅτι ἐγὼ Παῦλος ὁ διδάσκαλος ὑμῶν φθέγγομαι γλώσσαις· οὐδὲ οὕτως ἔσται τι πλέον τοῖς ἀκούουσιν, ἐὰν μή τι εἴπω ἐν ἀποκαλύψει· τουτέστιν, οἷα εἰώθασι λέγειν οἱ ἀποκαλύψεως ἐκ Θεοῦ τυχόντες· ὃ καὶ αὐτὸ εἶδος προφητείας ἐστὶν, ὅταν ἱσταμένων πολλῶν ἀποκαλύπτηται τὰ ἑκάστου νοήματα. « Ἢ ἐν γνώσει » · τουτέστιν, οἷα δύναν-

Variæ lectiones.

[22] λέγουσιν o. [23] προφητεύων m.

ται λέγειν οἱ γνῶσιν ἔχοντες, καὶ μυστήρια Θεοῦ διαλύοντες τοῖς ἀκούουσιν. « Ἢ ἐν προφητείᾳ, » ὅταν καὶ περὶ τῶν παρελθόντων, καὶ τῶν ἐνεστώτων, καὶ τῶν μελλόντων διαλέγηταί τις. Καθολικώτερον γὰρ ἡ προφητεία ἢ[24] ἀποκάλυψις. « Ἢ ἐν διδαχῇ· » τουτέστιν, ἐν εἴδει διδασκαλικοῦ λόγου, ὅταν περὶ ἀρετῆς, ὅταν περὶ δογμάτων γίνηται ἡ διάλεξις. Καὶ ἡ διδαχὴ γὰρ πρὸς ὠφέλειαν τῶν ἀκουόντων γίνεται. Τινὲς δὲ τὸ, « Ἐν ἀποκαλύψει » οὕτως ἐνόησαν, τὸ εὔληπτά τινα καὶ σαφῆ λέγειν, καὶ ἀνακεκαλυμμένα· καὶ τὸ, « Ἐν γνώσει, » τὸ εἰπεῖν τὰ δυνάμενα γνωσθῆναι.

« Ὅμως τὰ ἄψυχα φωνὴν διδόντα, εἴτε αὐλὸς, εἴτε κιθάρα, ἐὰν διαστολὴν τοῖς φθόγγοις μὴ διῷ, πῶς γνωσθήσεται τὸ αὐλούμενον, ἢ τὸ κιθαριζόμενον; » Καὶ τί λέγω, φησὶν, ὅτι ἐφ' ἡμῶν ἀκερδὲς μὲν τὸ ἀσαφὲς, τὸ δὲ σαφὲς ὠφέλιμον; Καὶ γὰρ καὶ ἐν τοῖς ἀψύχοις ὀργάνοις, ἐὰν διαστολὴν, τουτέστι, διάκρισιν καὶ σαφήνειαν οἱ φθόγγοι μὴ ἔχωσιν, ἀλλὰ συγκεχυμένα τὰ πάντα ὦσιν, οὐ γνωσθήσεται τὸ αὐλούμενον, οὐδὲ ψυχαγωγία ἔσται καὶ εὐφροσύνη ἐκ τούτου.

« Καὶ γὰρ ἐὰν ἄδηλον φωνὴν σάλπιγξ δῷ, τίς παρασκευάσεται εἰς πόλεμον; » Ἀπὸ τῶν περιττῶν ἐπὶ τὰ ἀναγκαιότερα ἦλθε, καὶ σάλπιγγος μέμνηται, καί φησιν, ὅτι καὶ ἐπὶ ταύτης εἰσὶ ῥυθμοί τινες, οἱ μὲν πρὸς πόλεμον παρασκευάζοντες, οἱ δὲ ἀπὸ πολέμου ἀνακαλούμενοι. Ἐὰν οὖν ἀσαφῆ φωνὴν δῷ καὶ ἄδηλον, ἀπαράσκευοι ἔσονται οἱ στρατιῶται, καὶ τί τὸ ὄφελος τῆς ἀσαφοῦς ἤχους[25];

« Οὕτω καὶ ὑμεῖς διὰ τῆς γλώσσης ἐὰν μὴ εὔσημον λόγον δῶτε, πῶς γνωσθήσεται τὸ λαλούμενον; Ἔσεσθε γὰρ εἰς ἀέρα λαλοῦντες. » Ἵνα μὴ εἴπωσι· Καὶ τί πρὸς ἡμᾶς τὸ τοῦ αὐλοῦ παράδειγμα καὶ τῆς σάλπιγγος; φησὶν, ὅτι Καὶ ὑμεῖς ἐὰν μὴ διὰ τοῦ χαρίσματος αὐτοῦ [καὶ] τῆς γλώσσης εὔσημον λόγον ἤτοι σαφῆ δῶτε, εἰκῇ καὶ μάτην λέγετε, οὐδενὸς ἀκούοντος. Τὸ γὰρ πᾶν τοῦτό ἐστιν, ἵνα ἐπωφελὴς ᾖ τὸ χάρισμα. Καὶ εἰ ἀνωφελὲς ἦν τὸ τῶν γλωσσῶν χάρισμα, τίνος ἕνεκεν ἐδίδοτο; ἵνα ὠφελῆται ἐκεῖνος μόνος ὁ λαβὼν αὐτό; Εἰ δὲ καὶ ἑτέροις ἔμελλεν ἐπωφελὲς εἶναι, ὤφειλεν ἢ αἰτεῖσθαι τὸν Θεὸν, καὶ τὴν ἑρμηνείαν λαμβάνειν διὰ βίου κεκαθαρμένου, ἢ ἄλλῳ προσέρχεσθαι[26] τῷ δυναμένῳ ἑρμηνεύειν. Καὶ γὰρ καὶ ὁ Παῦλος τούτου ἕνεκα ταῦτά φησιν, ἵνα συγκολλήσῃ[27] αὐτοὺς ἀλλήλοις, καὶ μὴ οἴωνται αὐτοὶ ἑαυτοῖς αὐτάρκεις εἶναι, ἀλλὰ προσλαμβάνωνται τοὺς καὶ ἑρμηνεῦσαι δυναμένους· τότε γὰρ [καὶ] ὠφελιμώτερον τὸ χάρισμα.

« Τοσαῦτα, εἰ τύχοι, γένη φωνῶν εἰσιν ἐν κόσμῳ, καὶ οὐδὲν αὐτῶν ἄφωνον. » Τουτέστι, τοσαῦται φωναὶ ἔτυχον εἶναι ἐν τῷ κόσμῳ, Σκυθῶν, Ἰνδῶν, Θρᾳκῶν, καὶ ἄλλων ἐθνῶν, καὶ πᾶσαι αἱ φυλαὶ[28] λέγουσί τι· οὐδὲ γάρ εἰσιν ἄφωνοι.

« Ἐὰν μὴ εἰδῶ οὖν τὴν δύναμιν τῆς φωνῆς, ἔσο-

est qualia dicere possunt ii qui scientiam habent » adeoque mysteria auditoribus explicant. « Vel in prophetia, » quando quispiam de præteritis, præsentibus et futuris loquitur; latius enim patet prophetia quam revelatio. « Vel in doctrina,[1] » hoc est in sermonis forma qui instituit, cum de veritate vel dogmatibus disseritur. Doctrina enim ad auditorum fit commodum. Nonnulli vero, quod ait, « In revelatione, » sic intellexerunt, quod dicant quæ facile intelligantur, manifestaque et perspicua sint. Et illud, « In scientia, » intelligendum putant, quod dicant quæ sciri cognoscique possunt.

VERS. 7. « Tamen inanimata vocem dantia, sive tibia, sive cithara, si distinctionem non dederint sono, quomodo cognoscetur quod vel tibia vel cithara canitur? » Quid autem dico, inquit, quod in nobis inutile est quod obscurum est, perspicuum vero est utile? Nam et in inanimatis instrumentis si distinctionem, hoc est discretionem et perspicuitatem soni non habuerint, sed omnia fuerint confusa, non agnoscetur quod tibia concinitur, neque oblectatio, neque lætitia inde proveniet.

VERS. 8. « Etenim si tuba vocem incertam dederit, quis parabitur ad bellum? » A supervacaneis ad magis necessaria venit, tubæque meminit, inquiens: Sunt in ea modulationes quædam, quarum aliæ ad bellum accendunt, aliæ a bello revocant. **208** Quod si obscuram et incertam vocem dederit, imparati erunt milites, et quæ tandem incerti et obscuri soni est utilitas?

VERS. 9. « Ita et vos per linguam nisi manifestum sermonem dederitis, quomodo scietur id quod dicitur? Eritis enim in aera loquentes. » Ne dicant, Quid ad nos tibiæ tubæque exemplum? Quia vos, inquit, nisi per ipsum donum linguarum plana et perspicua verba ediderit, temere et frustra loquimini, nemine audiente. Hæc enim est summa, ut charisma sit utile. Si vero inutile erat linguarum donum, cur dabatur? Num ut ille solus utilitatem percipiat, qui illud acceperit? Quod si aliis quoque futurum esset utile, oportuit vel rogare Deum, ut interpretationem per vitam a vitiis purgatam accipiat, vel ad alium quempiam, cui interpretandi facultas est, accedere. Divus enim Paulus ideo hæc dicit, ut eos inter se mutuo conjungat, et ne existiment ipsos sibi ipsis sufficere, sed assumant eos qui interpretari possint. Tum enim utilius erit donum.

VERS. 10. « Tam multa, si res ferat, genera vocum sunt in mundo, et nihil ipsorum sine voce est. » Hoc est, tot esse voces in mundo contingit, nimirum Scytharum, Indorum, Thracum, aliarumque gentium, omnesque populi aliquid dicunt; neque enim sunt muti.

VERS. 11. « Si ergo nesciero virtutem vocis, ero

Variæ lectiones.

[24] καὶ ἡ o. [25] Ἴσως ἠχοῦς, ἢ, τοῦ ἀσαφοῦς ἤχου o. [26] προσεύχεσθαι o. [27] συγκαλέσῃ o. [28] εἶναι o.

loquenti Barbarus : et qui loquitur, mihi Barbarus. » Si ignorem, inquit, vim vocis, Barbarus mihi videbitur qui loquitur, hoc est non intelligibilia sonans : et ego illi rursus Barbarus censebor, non vocum sermonisve vitio, sed nostræ ignorantiæ causa.

quemadmodum propheta dixit Jerusalem vocandam « urbem justitiæ [m] » : nec tamen aperte vocata est. Ac Evangelium Dominum « Emmanuelem » vocandum ait, cum tamen ipse ita non sit appellatus, sed res ipsæ hanc vocem emiserint. Primus itaque Adam animalis erat homo, id est, animæ viribus gubernatum corpus habebat : postremus vero Adam, ipse nimirum Dominus, in Spiritum vivificantem. Non dixit, in Spiritum viventem, sed quod majus est, « Vivificantem. » Etenim Dominus substantialiter habebat Spiritum sanctum sibi unitum, per quem et propriam carnem vivificabat, nobisque per ipsum incorruptibilitatem donavit. Proinde corruptibilis hujus vitæ pignora in primo Adam habuimus, futuræ autem in Christo.

Vers. 46. « Sed non primum quod spirituale, sed quod animale, deinde quod spirituale. » Ne quis dicat, Cur jam animale corpus habemus, adeoque deterius, spirituale vero adhuc futurum est? Quoniam, inquit, principia utrorumque sic ordinata fuerunt. Nam Adam est prior, Christus posterior. Quare res nostræ semper in melius progrediuntur. Crede itaque quod et quæ nunc in te sunt corruptibilia deterioraque, in incorruptibilia adeoque meliora transelementabuntur.

Vers. 47. « Primus homo de terra terrenus, secundus homo Dominus ex cœlis. » Ne optimum vivendi genus negligant, in posterum eos adhortaturus est ad vitam Deo placentem; « Adam, » inquiens, « de terra erat; » propterea et sic appellatus est : Adam enim *terreum* et *pubereum* significat. « Homo vero secundus, ipse Dominus ex cœlo erat. » Ac alteri quidem a deteriori nomen indit, alteri vero a præstantiori: non quod homo, vel humanitas a Christo assumpta, de cœlis esset, ut demens Apollinarius delirabat, cæterum quod una persona unius Christi, et homo ex cœlo esse dicatur propter unionem, ac Deus cruci affixus esse, ob eamdem causam.

Vers. 48. « Qualis terrenus, tales et terreni. » Hoc est, sic peribunt et morientur : vel quod peccati morte morientur, qui terræ sunt affixi.

« Qualis cœlestis, tales et cœlestes, » Id est, ita permanebunt immortales et fulgentes. Etsi enim secundus Adam mortuus est, ideo mortuus est, ut mortem dissolveret : vel quod ita glorificabuntur **229** illi qui vitam divinam duxerint, veluti cœlestia saperent.

Vers. 49. « Et quemadmodum gestavimus imaginem terreni, gestabimus etiam imaginem cœlestis. » Planius hic adhortatorium sermonis habitum revelat. Imaginem autem terreni prava opera dicit : imaginem vero cœlestis, bona Ut igitur in vitiis vixímus, ceu terreni hominis filii, et quæ

[m] Zach. VIII, 3. [n] Math. I; 25.

Variæ lectiones.

[80] λέγει O. [81] οὐδὲ O. [82] φορέσωμεν O. [83] ἀνακαλύπτει O.

terræ sunt affectantes : virtute rursus conspicuam nunc vitam vivamus, tanquam cœlestis imaginem et imitationem conservantes. Imago etiam terreni est hoc, « Terra es, et in terram abibis. » Imago autem cœlestis, a mortuis resurrectio et incorruptibilitas. Proinde si hæc intelligenda sint ceu de resurrectione dicantur, et non de vita moribusve, etiam illud quod addit, « Gestabimus imaginem cœlestis, » non est intelligendum aut scribendum tanquam consulentis, sive adhortantis more sit dictum, sed ut obventuræ nobis rei sit indicium, id est quod futurum sit ut gestemus.

A καὶ τὰ τῆς γῆς φρονοῦντες· οὕτω καὶ ἐν ἀρετῇ αὖθις ζήσωμεν, ὡς τοῦ ἐπουρανίου τὴν εἰκόνα καὶ τὴν μίμησιν τηροῦντες. Εἰκὼν δὲ τοῦ χοϊκοῦ καὶ τὸ, « Γῆ εἶ, καὶ εἰς γῆν ἀπελεύσῃ· » εἰκὼν δὲ τοῦ ἐπουρανίου, ἡ ἐκ νεκρῶν ἀνάστασις καὶ ἀφθαρσία. Ὥστε εἰ ὡς περὶ ἀναστάσεως λεγόμενα, οὐ περὶ πολιτείας ταῦτα δεῖ νοῆσαι, καὶ τὸ, « Φορέσομεν τὴν εἰκόνα τοῦ ἐπουρανίου, » οὐχ ὡς συμβουλευτικῶς λεγόμενον δεῖ νοῆσαι ἢ γράψαι, ἀλλ' ὡς μέλλοντος πράγματος ἐνδεικτικὸν, τουτέστιν, ὅτι μέλλομεν φορέσαι.

Vers. 50. « Hoc autem dico, fratres, quod caro et sanguis regnum Dei possidere non possunt. » Quia dixerat, « imaginem terreni, » quasi jam hæc interpretetur, ait, Caro et sanguis est imago terreni, B hoc est, carnales operationes, corporis etiam crassitiei propriæ, quæ regni Dei hæreditatem adire non possunt.

« Τοῦτο δέ φημι, ἀδελφοί, ὅτι σὰρξ καὶ αἷμα βασιλείαν Θεοῦ κληρονομῆσαι οὐ δύνανται. » Ἐπειδὴ εἶπεν, « Εἰκόνα τοῦ χοϊκοῦ, » ὡσανεὶ ἑρμηνεύων ταύτην, φησὶν ὅτι σὰρξ καὶ αἷμά εἰσιν ἡ εἰκὼν τοῦ χοϊκοῦ· τουτέστιν, αἱ σαρκικαὶ πράξεις καὶ τῇ παχύτητι τοῦ σώματος οἰκεῖαι, αἵτινες « βασιλείαν Θεοῦ κληρονομῆσαι οὐ δύνανται. »

« Neque corruptio incorruptibilitatem hæreditat. » Hoc est, malitia animæ nobilitatem corrumpens non potest esse hæres gloriæ illius et incorruptibilium bonorum. Poteris autem hæc omnia non velut de vita dicta sint, sed de resurrectione, accipere, ut illud, Caro et sanguis ; quasi dicat, Corruptibile hujusmodi corpus, ex carne et sanguine consistens, in futuro sæculo haud fruetur regno. Non est enim illic cibus et potus, quibus omnino hujusmodi corpus nutritur. « Neque corruptio, » id est corruptibile corpus, incorruptibilium hæreditatem adibit. Ne- C cesse est igitur spirituale fore corpus nostrum et incorruptibile. Noveris autem quod Chrysostomus hæc ab Apostolo per adhortationis modum dicta, qua ad optimam vitam adhortetur, acceperit.

« Οὐδὲ ἡ φθορὰ τὴν ἀφθαρσίαν κληρονομεῖ. » Τουτέστιν, ἡ κακία, ἡ καταφθείρουσα τὴν τῆς ψυχῆς εὐγένειαν, οὐ δύναται κληρονομεῖν τὴν δόξαν ἐκείνην καὶ τὰ ἄφθαρτα ἀγαθά. Δύνασαι δὲ ταῦτα πάντα, οὐχ ὡς περὶ πολιτείας εἰρημένα, ἀλλ' ὡς περὶ ἀναστάσεως ἐκλαβεῖν, οἷον τὸ, « Σὰρξ καὶ αἷμα· » οἷον, ὅτι Οὐ σῶμα τοιοῦτον ἐκ σαρκὸς καὶ αἵματος συνεστὼς, ἐν τῷ μέλλοντι αἰῶνι ἀπολαύσει τῆς βασιλείας. Οὐκ ἔστι γὰρ ἐκεῖ βρῶσις καὶ πόσις, ἐξ ὧν πάντως τὸ τοιοῦτον σῶμα τρέφεται. « Οὐδὲ ἡ φθορὰ, » τουτέστι, τὸ φθαρτὸν σῶμα, κληρονομήσει τὰ ἄφθαρτα· ὥστε ἀνάγκη πνευματικὸν ἡμῶν ἔσεσθαι τὸ σῶμα καὶ ἄφθαρτον. Ἴσθι μέντοι ὡς Χρυσόστομος παρσινετικῶς ταῦτα εἰρῆσθαι τῷ Ἀποστόλῳ περὶ βίου ἀρίστου ἐδέξατο.

Vers. 51. « Ecce mysterium vobis dico. » Ad sermonem de resurrectione redit, aitque tremendum quidem et secretum se illis esse dicturum. Indicat autem per hoc se magno illos honore dignari, ut qui secreta eis revelet.

« Non omnes quidem dormiemus, omnes tamen immutabimur. » Non omnes quidem morientur, inquit, omnes tamen immutabuntur, etiam qui non moriuntur, hoc est, ad incorruptibilitatem transferentur. Ne igitur, quoniam moriaris, metuas quod non resurgas. Ecce enim dico **230** tibi, quod non- D nulli non morientur, attamen hoc non satis est eis ad resurrectionem illam, nisi immutentur etiam, et sic ad immortalitatem veniant a mortalitate illa quam habent, corporum. Ut igitur illos non juvat quod non moriantur, sic nobis non nocebit quod moriamur. Nam et illis mutatio mors est. Moritur enim in ipsis corruptio permutata in incorruptibilitatem.

« Ἰδοὺ μυστήριον ὑμῖν λέγω. » Πάλιν εἰς τὸν περὶ ἀναστάσεως λόγον ἐπάνεισι, καί φησιν, ὅτι φρικτόν[84] τι καὶ ἀπόῤῥητον αὐτοῖς μέλλει λέγειν. Ἐνδείκνυται δὲ διὰ τούτου καὶ πολλὴν τὴν εἰς αὐτοὺς τιμὴν, ὡς τὰ ἀπόῤῥητα αὐτοῖς λέγων.

« Πάντες μὲν οὐ κοιμηθησόμεθα, πάντες δὲ ἀλλαγησόμεθα. » Οὐ πάντες μὲν, φησὶν, ἀποθανοῦνται, ὅμως μέντοι πάντες ἀλλαγήσονται, καὶ οἱ μὴ ἀποθνήσκοντες, τουτέστιν, εἰς ἀφθαρσίαν μεταπεσοῦνται. Μὴ τοίνυν, ἐπειδὴ ἀποθνήσκεις, φοβηθῇς ὅτι οὐκ ἀναστήσῃ. Ἰδοὺ γὰρ λέγω σοι, ὅτι τινὲς οὐ τεθνήξονται, καὶ ὅμως οὐκ ἀρκεῖ αὐτοῖς τοῦτο πρὸς τὴν ἀνάστασιν ἐκείνην, ἐὰν μὴ ἀλλαγῶσι, καὶ οὕτως εἰς ἀθανασίαν ἔλθωσιν ἀπὸ τῆς θνητότητος ταύτης ὧν ἔχουσι σωμάτων. Ὥσπερ οὖν οὐκ ὠφελεῖ ἐκείνους τὸ μὴ ἀποθανεῖν· οὕτως οὐδὲ ἡμᾶς βλάψει τὸ ἀποθανεῖν. Καὶ γὰρ κἀκείνοις ἡ ἀλλαγὴ θάνατός ἐστιν· ἀποθνήσκει γὰρ ἐν αὐτοῖς ἡ φθορὰ, ἀλλαττομένη εἰς ἀφθαρσίαν.

Vers. 52. « In momento, in ictu oculi, in novissima tuba. » In minutissimo et indivisibili temporis spatio, ac veluti palpebræ motu, tanta fient : quæ

« Ἐν ἀτόμῳ, ἐν ῥιπῇ ὀφθαλμοῦ, ἐν τῇ ἐσχάτῃ σάλπιγγι. » Ἐν ἀκαριαίῳ χρόνῳ καὶ ἀμερεῖ, καὶ ὅσον μύσαι βλέφαρον, γενήσονται τὰ τηλικαῦτα·

Variæ lectiones.

[84] φορτικὸν o.

δ καὶ θαύματος γέμει. Οὐ γὰρ μόνον ὅτι σαπέντα ἀναστήσεται, οὐδ' ὅτι ἕκαστος τὸ οἰκεῖον λήψεται, δεῖ θαυμάζειν· ἀλλ' ὅτι καὶ οὕτω ταχέως ὡς οὐδὲ ἔστιν εἰπεῖν. Τινὲς δὲ τὸ, « Ἐν τῇ ἐσχάτῃ σάλπιγγι, » οὕτως ἐνόησαν, ὡς ἀπὸ τῆς ἀποκαλύψεως τοῦ εὐαγγελιστοῦ Ἰωάννου. Ἕπτὰ γὰρ σαλπίγγων, φησὶν, οὐσῶν, αἱ μὲν πρῶται τὴν συντέλειαν τῶν ἀνθρώπων ποιοῦσιν (οὐ γὰρ ὁμοῦ πάντες συντελοῦνται, ἀλλὰ κατὰ μέρος)· καὶ τοῦτο οἰκονομίᾳ, φησὶ, τοῦ Θεοῦ, ἵνα τοὺς πρώτους ἀπολλυμένους οἱ ὑπολιμπανόμενοι ὁρῶντες, αὐτοὶ μετανοήσωσιν· ἡ μέντοι ἐσχάτη σάλπιγξ τήν τε ἔγερσιν καὶ τὴν ἀναλλαγὴν τῶν ἤδη ἀναστάντων ποιεῖ, « ἐν ἀτόμῳ, ἐν ῥιπῇ ὀφθαλμοῦ. »

« Σαλπίσει γὰρ, καὶ οἱ νεκροὶ ἐγερθήσονται [85] ἄφθαρτοι. » Ἵνα μὴ ἀπιστήσῃ τις, πῶς τὰ τηλικαῦτα ἐν ῥιπῇ ὀφθαλμοῦ γίνονται, τὸ ἀξιόπιστον τοῦ λόγου δείκνυσιν ἀπὸ τῆς δυνάμεως τοῦ ποιοῦντος ταῦτα Θεοῦ, καί φησιν, ὅτι « Σαλπίσει, καὶ γενήσονται [86]· » ὅμοιον τῷ, « Αὐτὸς εἶπε, καὶ ἐγενήθησαν. » Ἡ σάλπιγξ γὰρ οὐδὲν ἄλλο ἢ τὸ κέλευσμα καὶ τὸ νεῦμα τοῦ Θεοῦ δηλοῖ, τὸ διὰ πάντων φθάνον.

« Καὶ ἡμεῖς ἀλλαγησόμεθα. » Οὐχὶ περὶ ἑαυτοῦ τοῦτο λέγει, ἀλλὰ περὶ τῶν τότε εὑρισκομένων ζώντων.

« Δεῖ γὰρ τὸ φθαρτὸν τοῦτο ἐνδύσασθαι ἀφθαρσίαν, καὶ τὸ θνητὸν τοῦτο ἐνδύσασθαι ἀθανασίαν. Ἵνα μὴ ἀκούσας τις, ὅτι « Σὰρξ καὶ αἷμα βασιλείαν Θεοῦ οὐ κληρονομήσουσι· » καὶ πάλιν, ὅτι « Ἄφθαρτοι ἀναστήσονται οἱ νεκροὶ, » νομίσῃ τὰ σώματα μὴ ἀνίστασθαι, διότι νῦν ἐκ σαρκὸς καὶ αἵματος συνίσταται [87], ἐπιφέρει, ὅτι ἀνίσταται μὲν τὰ σώματα, ἀλλ' οὐ σὰρξ ὄντα καὶ αἷμα, εἰς ἀφθαρσίαν δὲ μεταστοιχειωθέντα. Σημείωσαι δὲ τὰς ῥήσεις ταύτας κατὰ τῶν λεγόντων, ὅτι οὐ τὰ αὐτὰ σώματα ἐγείρονται, ἀλλ' ἕτερα. « Τὸ φθαρτὸν » γὰρ, φησὶ, « τοῦτο, καὶ τὸ θνητὸν τοῦτο, » οὐχ ἕτερον, ἀλλὰ τοῦτο, δεικτικῶς. Ὥστε τὸ μὲν σῶμα τὸ αὐτὸ μένει (αὐτὸ γάρ ἐστι τὸ ἐνδυόμενον)· ἡ δὲ θνητότης καὶ ἡ φθαρτότης ἀφανίζεται, ἀφθαρσίας καὶ ἀθανασίας περιεχούσης αὐτήν. Διαφέρει δὲ θνητότης καὶ φθορὰ [88], τῷ τὴν μὲν θνητότητα λέγεσθαι ἐπὶ ἐμψύχων μόνων, τὴν δὲ φθορὰν καὶ ἐπὶ ἀψύχων. Ἐν ἡμῖν οὖν εἰσί τινα ἀψύχοις ἐοικότα, οἷον, τρίχες, καὶ ὄνυχες· καὶ ταῦτα γοῦν ἀφθαρσίαν ἐνδύσεται.

« Ὅταν γοῦν [89] τὸ φθαρτὸν τοῦτο ἐνδύσηται ἀφθαρσίαν, καὶ τὸ θνητὸν τοῦτο ἐνδύσηται ἀθανασίαν, τότε γενήσεται ὁ λόγος ὁ γεγραμμένος· Κατεπόθη ὁ θάνατος εἰς νῖκος. » Ὅταν ταῦτα γένηται, τότε πληροῦται ἡ γραφὴ ἡ τοῦ Ὡσηέ. Ἐπειδὴ γὰρ παράδοξα εἶπε, πιστοῦται ταῦτα Γραφικῇ μαρτυρίᾳ. Τὸ δὲ, « Εἰς νῖκος, » τουτέστιν, εἰς τέλος, ὥστε νικη-

A res est valde admiranda. Non enim tantum quia putrefacta corpora resurgent, nec quod quisque proprium recipiet, mirari convenit; verum quod adeo celeriter, ut nullis etiam verbis exprimi possit. Nonnulli vero, « in novissima tuba, » sic intellexerunt, quasi ex Apocalypsi Joannis evangelistæ interpretantes [o]. Septem tubæ, inquit, cum sint, primæ quidem consummationem hominum faciunt : non enim simul omnes consummantur, sed ex successione. Atque hæc est, inquit, dispensatio et ordinatio Dei, ut cum primos intereuntes, qui relinquuntur, cernunt, ipsi resipiscant. Extrema autem tuba resurrectionem et immutationem eorum qui jam resurrexerunt, facit, « in momento, in ictu oculi. »

B « Canet enim tuba, et mortui excitabuntur incorruptibiles. » Ne ambigat quispiam, quomodo talia tantaque in oculi ictu fieri queant, verbo suo auctoritatem conciliat ex potentia hæc facientis Dei : « Canet, » inquiens, « tuba, » et fiet : simile ei loco, « Ipse dixit, et facta sunt [p]. » Tuba enim nihil aliud quam jussum et nutum Dei significat, omnia prævenientem.

« Et nos mutabimur. » Non de seipso hoc dicit, sed de eis qui tum vivi deprehendentur.

Vers. 53. « Oportet enim corruptibile hoc induere incorruptibilitatem, et mortale hoc induere immortalitatem. » Ne quis audiens, « Caro et sanguis C regnum Dei possidere non possunt, » et rursus, « Mortui resurgent incorruptibiles, » existimet ipsa corpora non resurgere, quod nunc ex carne et sanguine constent, infert : Resurgent quidem corpora, sed non quæ caro et sanguis sint, sed in incorruptibilitatem transformata. Observa autem verba hæc adversus eos qui dicunt, quod non eadem corpora resurgant, sed alia. « Corruptibile enim hoc, » inquit, « et mortale hoc, » non aliud, sed, hoc, cum demonstratione. Itaque corpus quidem idem manet (ipsum enim est quod induitur), mortalitas autem et corruptibilitas aboletur et evanescit, immortalitate et incorruptibilitate ipsum cingente. Est autem discrimen inter corruptionem et mortalitatem, **231** quod mortalitas dicatur de solis animatis, corruptio autem etiam de inanimatis. In nobis igitur sunt D quædam inanimatis similia, velut capilli et unges : hæc scilicet incorruptibilitatem induent.

Vers. 54. « Quando autem corruptibile hoc induerit incorruptibilitatem, in mortale hoc induer immortalitatem, tunc fiet sermo qui scriptus est [q] : Absorpta est mors in victoriam. » Quanto hæc contigerint, tunc impletur quod ab Osee scriptum est. Quia enim opinionem hominum exsuperantia dixisset, Scripturæ eadem testimonio confirmat. Quod autem

[o] Apoc. VIII, 7. [p] Psal. XXXII, 9. [q] Osee XIII, 15.

Variæ lectiones.

[85] ἀναστήσονται O. [86] -σεται O. [87] συνίστηκεν O. [88] ἀφθαρσία O. [89] δὲ O.

ait, « in victoriam, » est in finem et plene, ut victa perfecte exterminetur, ut nulla spes ei in posterum ullius potentiæ relinquatur.

VERS. 55. « Ubi, o mors, stimulus tuus? ubi, o inferne, victoria tua? » Perinde ac res gestas conspexisset, impetu divino agitatus, victoriam canit et exsultat, veluti prostratræ morti insultans, eamque pedibus conculcans. Invenire autem queas discrimen quoddam inter infernum et mortem : nimirum quod infernus animas contineat, mors vero corpora; nam animæ sunt immortales.

VERS. 56. « Stimulus vero mortis peccatum est. » Per illud enim potens fuit, ipso ceu armis quibusdam et stimulo utens. Perinde namque ut scorpius animalculum est exiguum, in aculeo autem robur habet : consimilem ad rationem mors per peccatorum robusta fuit, alias inefficax. Argumento est Dominus noster : cum enim mors in ipso peccatum non inveniret, inefficax mansit.

« Virtus autem peccati lex. » Quomodo? Quoniam si lex non esset, per ignorantiam peccantes non sic condemnaremur. Lex autem ipsum manifestans. nos magis condemnavit, quippe qui scienter delinquamus : forteque peccatum facit, non per ipsius naturam, sed ob nostram socordiam, qui non recte usi sumus dato nobis remedio, sicut et in Epistola ad Romanos latius et fusius dictum est. Ne igitur dubites de resurrectione, o homo, cum videas peccatum sublatum quod mortis erat arma, cumque lex sit abolita quæ ex eventu robur et potentia peccatis. Nam planum est quod mors exarmata non porro sit valida.

VERS. 57. « Deo autem gratia, qui dedit nobis victoriam per Dominum nostrum Jesum Christum. » Domini Jesu quidem est certamen; nobis autem victoria data est : non ex retribulationem, neque ex debito, verum per gratiam et clementiam Dei Patris, qui fecit nos vincere per certamen Filii sui.

VERS. 58. « Itaque, fratres dilecti, stabiles estote, immobiles, abundantes in opere Domini semper. » Quandoquidem nostis, **232** inquit, quod resurrectio sit futura, et compensatio bonorum et malorum, stabiles estote. Concutiebantur enim sermonibus de resurrectione. At cum negligerent vitæ honestatem, tanquam non esset resurrectio, inquit, « Abundantes in opere Domini semper, » non solum ipsum facientes, verum etiam abunde ipsum efficientes. Opus autem Domini, hoc est, quod diligit Dominus, et quod postulat a nobis, ipsa virtus est.

« Scientes quod labor vester non est inanis in Domino. » Hoc est, futuram resurrectionem sperantes, credentesque vos non amissuros quæcunque hic laboraveritis. Nam antehac quidem negligebatis virtutem, quippe qui non crederetis resurrectionem esse, neque velletis temere adeoque frustra laborare :

A θέντα τελείως ἀφανισθῆναι, καὶ μηδὲ ἐλπίδα ὑπολειφθῆναι [90] αὐτῷ τοῦ ὅλως ἰσχῦσαι τοῦ λοιποῦ.

« Ποῦ σου, θάνατε, τὸ κέντρον; ποῦ σου, ᾅδη, τὸ νῖκος; » Ὡσανεὶ γενόμενα ἰδὼν τὰ πράγματα, ἐνθουσιᾷ, καὶ ἐπινίκιον βοᾷ, καὶ ἀλαλάζει, οἱονεὶ κειμένῳ τῷ θανάτῳ ἐπεμβαίνων, καὶ καταπατῶν αὐτόν. Εὕροις δ' ἂν διαφοράν τινα ᾅδου καὶ θανάτου, τῷ τὸν μὲν ᾅδην τὰς ψυχὰς κατέχειν · τὸν δὲ θάνατον, τὰ σώματα· αἱ γὰρ ψυχαὶ ἀθάνατοι.

« Τὸ δὲ κέντρον τοῦ θανάτου, ἡ ἁμαρτία. » Δι' αὐτῆς γὰρ ἴσχυεν [91], ὅπλῳ τινὶ καὶ κέντρῳ ταύτῃ χρώμενος. Ὥσπερ γὰρ ὁ σκορπίος αὐτὸς μέν ἐστι ζωύφιόν τι μικρὸν, ἐν δὲ τῷ κέντρῳ τὴν ἰσχὺν ἔχει · οὕτω καὶ ὁ θάνατος διὰ τῆς ἁμαρτίας ἴσχυεν, ἄλλως ἀνενέργητος ὤν. Δηλοῖ δὲ καὶ τὸ τοῦ Κυρίου· καὶ γὰρ ἐν τούτῳ ἁμαρτίαν μὴ εὑρὼν, ἀνενέργητος ἔμεινεν.

« Ἡ δὲ δύναμις τῆς ἁμαρτίας, ὁ νόμος. » Πῶς; Ὅτι τοῦ νόμου μὲν μὴ ὄντος, ἐν ἀγνοίᾳ ἁμαρτάνοντες, οὐχ οὕτω κατεκρινόμεθα · ὁ δὲ νόμος φανερώσας αὐτὴν, κατέκρινε μᾶλλον ἡμᾶς, ὡς ἐν γνώσει ἁμαρτάνοντας · καὶ ἰσχυρὰν αὐτὴν ἐποίησεν, οὐ παρὰ τὴν αὐτοῦ φύσιν, ἀλλὰ παρὰ τὴν ἡμετέραν ῥᾳθυμίαν, τῶν μὴ καλῶς χρησαμένων τῷ δοθέντι φαρμάκῳ, ὡς καὶ ἐν τῇ πρὸς Ῥωμαίους πλατύτερον καὶ διὰ πλειόνων εἴρηται. Μὴ οὖν ἀμφίβαλλε, ὦ ἄνθρωπε, περὶ τῆς ἀναστάσεως, ὁρῶν ὅτι καὶ ἡ ἁμαρτία ἀνῃρέθη, ἥτις ἦν τοῦ θανάτου ὅπλον · καὶ ὁ νόμος κατηργήθη [92], ὃς ἦν ἐξ ἀποτελέσματος δύναμις τῆς ἁμαρτίας. Πρόδηλον γὰρ, ὅτι ἀφοπλισθεὶς ὁ θάνατος οὐκέτι ἰσχύει.

« Τῷ δὲ Θεῷ χάρις τῷ διδόντι ἡμῖν τὸ νῖκος διὰ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. » Τοῦ μὲν Κυρίου Ἰησοῦ ὁ ἀγὼν, ἡμῖν δὲ τὸ νῖκος δέδοται · οὐκ ἐξ ἀμοιβῆς, οὐδὲ κατὰ ὀφειλὴν, ἀλλὰ κατὰ χάριν καὶ φιλανθρωπίαν τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς, ὃς ἡμᾶς ἐποίησε νικᾷν διὰ τοῦ ἀγῶνος τοῦ Υἱοῦ αὐτοῦ.

« Ὥστε, ἀδελφοί μου ἀγαπητοὶ, ἑδραῖοι γίνεσθε, ἀμεταχίνητοι, περισσεύοντες ἐν τῷ ἔργῳ τοῦ Κυρίου πάντοτε. » Ἐπεὶ [94] ἴγνωτε, φησὶν, ὅτι ἀνάστασις ἔσται, καὶ ἀμοιβὴ καλῶν καὶ φαύλων, ἑδραῖοι γίνεσθε. Ἐσαλεύοντο γὰρ ἐν τοῖς περὶ ἀναστάσεως λόγοις. Ἐπεὶ δὲ ἠμέλουν καὶ βίου ἀγαθοῦ, ὡς οὐκ οὔσης δῆθεν ἀναστάσεως, φησὶ· « Περισσεύοντες ἐν τῷ ἔργῳ τοῦ Κυρίου πάντοτε· » οὐ μόνον αὐτὸ ἐργαζόμενοι, ἀλλὰ καὶ ἐκ περιουσίας αὐτὸ ποιοῦντες. Τὸ δὲ ἔργον τοῦ Κυρίου, τουτέστιν, ὃ ἀγαπᾷ ὁ Κύριος, καὶ ὃ ἀπαιτεῖ παρ' ἡμῶν, ἡ ἀρετή ἐστιν.

« Εἰδότες, ὅτι καὶ ὁ κόπος ὑμῶν οὐκ ἔστι κενὸς ἐν Κυρίῳ. » Τουτέστιν, ἐλπίζοντες, ὅτι ἀνάστασις ἔσται, καὶ ὅσα ἂν κοπιάσητε, οὐ μὴ ἀπολέσητε. Πρώην μὲν γὰρ ἠμελεῖτε τῆς ἀρετῆς, ὡς μὴ πιστεύοντες ἀνάστασιν εἶναι, καὶ διὰ τοῦτο μὴ θέλοντες κενῶς κοπιᾷν· νῦν δὲ οἶδατε, ὅτι, εἴ τι κοπιάσητε,

Variæ lectiones.

[90] ἀπολειφθῆνα: o. [91] ἴσχυσεν m. [92] καθηρέθη o. [93] δίδοται m. [94] ἐπειδὴ o.

οὐκ ἔσται κενόν. Τὸ δὲ, « Ἐν Κυρίῳ, » ἤ, ὅτι Ὁ κόπος ὑμῶν ὁ ἐν Κυρίῳ, τουτέστιν, ὁ καὶ τὴν ἄνωθεν βοήθειαν ἔχων, ὡς ἐπὶ θεαρέστοις ἔργοις γινόμενος· ἤ, ὅτι Παρὰ Κυρίῳ οὐ ματαιωθήσεται ὁ κόπος, ἀλλὰ λήψεσθε παρ' ἐκείνου τὰς ἀμοιβάς. A

nunc autem novistis, quod si quid laboraveritis, non sit futurum vanum. Quod vero ait, « in Domino, » vel quod labor vester qui est in Domino, hoc est, a supernis auxilium habens, ut qui fiat ob opera Deo grata: vel, apud Dominum non vanus fiet labor vester, verum accipietis ab illo compensationem.

ΚΕΦΑΛ. ΙϚ'.

« Περὶ δὲ τῆς λογίας τῆς εἰς τοὺς ἁγίους, ὥσπερ διέταξα ταῖς Ἐκκλησίαις τῆς Γαλατίας, οὕτω καὶ ὑμεῖς ποιήσατε. » Ἀπαρτίσας τὸν περὶ τῶν δογμάτων λόγον, εἰς[95] τὸ κεφάλαιον τῶν ἀρετῶν τὴν ἐλεημοσύνην ἦλθε. Λογίαν δὲ καλεῖ[96] τὴν συλλογὴν, κοῦφον εὐθὺς τὸ πρᾶγμα ποιῶν ἐκ προοιμίων. Τὸ γὰρ ἐκ πολλῶν συνεισφερόμενον κοῦφον ἦν ἑκάστῳ. Εἶτα εἰς ζῆλον αὐτοὺς ἄγει[97] τῇ διηγήσει τῶν ἑτέροις κατορθωθέντων. Ὥσπερ γὰρ, φησὶν, οἱ Γαλάται πεποιήκασιν. Οὐκ εἶπε δὲ, Παρήνεσα, ἀλλὰ, « Διέταξα, » ὅπερ αὐθεντικώτερον, ἵνα μάθῃς, ὅτι διάταγμα βασιλικόν ἐστι, καὶ μὴ καταφρονήσῃς τοῦ πράγματος. B

« Κατὰ μίαν Σαββάτων ἕκαστος ὑμῶν παρ' ἑαυτῷ τιθέτω, θησαυρίζων ὅ τι ἂν εὐοδῶται. » Μίαν Σαββάτων τὴν Κυριακὴν καλεῖ[98], ἀντὶ τοῦ, τὴν πρώτην τῶν τοῦ Σαββάτου ἤτοι τῆς ἑβδομάδος ἡμερῶν. Καὶ ἀπὸ τῆς ἡμέρας δὲ ἐπὶ ἐλεημοσύνην αὐτοὺς προτρέπεται, τῶν ἐν αὐτῇ μυστηρίων ὑπομιμνήσκων. Προνοητικῶς δὲ λίαν κελεύει θησαυρίζειν ἕκαστον, ὅπερ ἂν εὐοδῶται, τουτέστιν, ὅπερ ἂν ὁ Θεὸς πέμψῃ, καὶ ὃ εὐχερὲς ἔχῃ. Οὐ γὰρ εἶπεν, Εὐθὺς φέρε, ἵνα μὴ ὀλίγον τις ἔχων αἰσχύνηται, ἀλλὰ, Παρὰ σεαυτῷ σύναγε, καὶ ὅταν ἀξιόλογον[99] γένηται, τότε φέρε. C

« Ἵνα μὴ ὅταν ἔλθω, τότε λογίαι γίνωνται. » Ἵνα μὴ, φησὶν, ὅταν δέῃ ἀναλίσκειν, τότε συνάγητε. Εἰπὼν δὲ, « Ὅταν ἔλθω, προθυμοτέρους αὐτοὺς πρὸς τὴν συλλογὴν ποιεῖ, ὡς ἐπ' ὄψεσιν αὐτοῦ μελλούσης ἔσεσθαι τῆς συνεισφορᾶς.

« Ὅταν δὲ παραγένωμαι, οὓς ἐὰν δοκιμάσητε, δι' ἐπιστολῶν, τούτους πέμψω ἀπενεγκεῖν τὴν χάριν ὑμῶν εἰς Ἱερουσαλήμ. » Καλῶς τὸ, « Οὓς ἐὰν δοκιμάσητε, » τέθεικεν, ἀποφεύγων πανταχοῦ τὰ σκάνδαλα, ἵνα μὴ ὑποπτεύσωσιν ὡς αὐτός τι βούλεται νοσφίζεσθαι ἐκ τῶν συναγομένων. Στίξον οὖν εἰς τὸ, « Δοκιμάσητε· » εἶτα ἀνάγνωθι, « Δι' ἐπιστολῶν τούτους πέμψω· » ὥστε εἶναι τὸ ἑξῆς τοιοῦτον· Οὓς ἂν δοκιμάσητε, τούτους πέμψω διὰ τῶν γραμμάτων μου· ὡσανεὶ λέγων. Καὶ αὐτὸς συνέσομαι[1] αὐτοῖς, καὶ κοινωνήσω τῆς διακονίας διὰ τῶν γραμμάτων. Χάριν δὲ τὸ πρᾶγμα ἐκάλεσε, τουτέστι φιλοτιμίαν, ἵνα δείξῃ αὐτοὺς μέγα τι ποιοῦντας, καὶ οὐκ ἐκ λύπης, ἢ ἐξ ἀνάγκης· τοιοῦτον γὰρ ἡ χάρις. Τὸ γὰρ ἐλεημοσύνην εἰπεῖν, ἀνάξιον ἦν τῶν μελλόντων λαμβάνειν ἁγίων. D

« Ἐὰν δὲ ᾖ ἄξιον τοῦ κἀμὲ πορεύεσθαι, σὺν ἐμοὶ πορεύσονται. » Ἐὰν ᾖ, φησὶ, τὸ συναγόμενον το-

CAPUT XVI.

VERS. 1. « De collecta vero quæ fit in sanctos, sicut ordinavi in Ecclesiis Galatiæ, sic et vos facite. » Absoluto de dogmatibus sermone, ad summam virtutum eleemosymam venit. Λογίαν autem collectionem vocat, statim ab exordio rem levem faciens. Nam quod a multis contribuebatur leve erat singulis. Deinde ad æmulationem eos ducit commemoratione eorum quæ alii gesserant, Sicuti Galatæ, inquiens, fecerunt. Non dixit autem, Hortatus sum, verum, « ordinavi, » quod erat majoris auctoritatis, ut discas ordinationem esse regiam, neque rem ipsam asperneris.

VERS. 2. « In una Sabbatorum unusquisque vestrum apud se seponat recondens quod prosperum fuerit. » Unam Sabbatorum Dominicam vocat, hoc est primam Sabbati vel hebdomadis dierum. Ab ipso autem die ad eleemosynam eos hortatur, mysteriorum quæ in eo peraguntur mentionem faciens. Valde autem prudenter jubet quemlibet colligere quod successerit, hoc est, quidquid Deus dederit ac miserit, et quod facile potest. Non enim dixit, Statim fer, ne quis parum habens pudefiat : sed enim apud teipsum collige, et quando operæ pretium fuerit, tum affer.

« Ut non, cum venero, tum collectiones fiant. » Ut non cum opus fuerit expendere, tum colligatis. Dicendo autem, « Cum venero, » eos promptiores facit ad collectionem, quasi contributio ad oculos ipsius perventura sit.

233 VERS. 3. « Quando autem advenero, quos probaveritis per epistolas hos mittam perferre gratiam vestram in Jerusalem. » Pulchre « Quos probaveritis » posuit, ubique scandala aufugiens, ne suspicentur ipsum velle quidquam sublegere a collectis. Comma igitur post « Probaveritis » adjice: deinde lege, » Per epistolas hos mittam : ut hujusmodi inde sensus concinnetur : Quos probaveritis, hos mittam per litteras meas : perinde ac si diceret : Ipse etiam cum illis concurram, et per litteras particeps ero ministerii. Gratiam autem rem ipsam vocavit, id est liberalitatem, ut ostendat eos magnum quid præstare, et non ex mœrore vel necessitate. Tale enim quiddam est gratia. Nam si dixisset eleemosynam, indignum fuisset sanctis qui accepturi erant.

VERS. 4. « Si autem dignum fuerit ut et ego eam, mecunt ibunt. » Si, inquit, quod collectum est, tantum

Variæ lectiones.

[95] πρὸς O. [96] λέγει O. [97] εἰσάγει O. [98] δηλοῖ, καὶ φησι O. [99] ἀξιόπιστον O. [1] ἐλεύσομαι O.

sit, ut meo sit ministerio dignum, ego simul abibo. Per hoc autem eos ad liberalitatem hortatur. Testes autem habere vult, quod ipse nihil sit accepturus, propterea dicit : « Mecum ibunt. »

A σοῦτον [2], ὥστε καὶ τῆς ἐμῆς ἄξιον εἶναι διακονίας, κἀγὼ ἀπελεύσομαι. Διὰ τούτου δὲ εἰς δαψιλειαν αὐτοὺς προτρέπεται. Μάρτυρας δὲ καὶ οὕτως ἔχειν βούλεται, ὡς οὐδὲν αὐτὸς λήψεται [3]· διό φησι· « Σὺν ἐμοὶ πορεύσονται. »

VERS. 5-7. « Veniam autem ad vos, cum Macedoniam pertransiero (nam Macedoniam pertransibo). Apud vos autem forsan permanebo, aut etiam hibernabo, ut vos me deducatis quocunque iore. Nolo enim vos modo in transitu videre. Spero autem aliquantum temporis me permansurum apud vos, si Dominus permiserit. » Non dixit, In Macedoniam proficiscor, ne objiciant, Nobis ergo Macedones, præfers : sed, « Transeo Macedoniam, hoc est, Festinanter, ac veluti in transcursu eos video : B apud vos autem permanebo. Per hoc autem indicat, quod eos Macedonibus anteponat, ceu discipulos magis genuinos ac digniores : nam magna erat apud Corinthios Ecclesia. Terrorem autem incutit peccantibus, cum inquit, « Permanebo. » Addit autem, « Forsan; » quia haud satis certus erat. Non enim compertum habebat, permittereturne ei hoc a Spiritu sancto, an secus. A Spiritu enim ducebatur, quocunque ipse volebat. At vero cum esset Ephesi, profecturus erat in Macedoniam, atque eam transiturus celeriter, deinde ad eos iturus. Plerisque autem argumentis suum testatur erga eos affectum, et quod nolit eos in transcursu et obiter videre, et quod ab eis deduci velit.

« Ἐλεύσομαι δὲ πρὸς ὑμᾶς, ὅταν Μακεδονίαν διέλθω (Μακεδονίαν γὰρ διέρχομαι). Πρὸς ὑμᾶς δὲ τυχὸν καὶ παραμενῶ, ἢ καὶ παραχειμάσω, ἵνα ὑμεῖς με προπέμψητε, οὗ ἂν πορεύωμαι. Οὐ θέλω γὰρ ὑμᾶς ἄρτι ἐν παρόδῳ ἰδεῖν· ἐλπίζω δὲ χρόνον τινὰ ἐπιμεῖναι πρὸς ὑμᾶς, ἐὰν ὁ Κύριος ἐπιτρέπῃ. » Οὐκ εἶπεν, ὅτι Εἰς Μακεδονίαν ἀπέρχομαι, ἵνα μὴ εἴπωσιν, ὅτι Προτιμᾷς ἡμῶν Μακεδόνας· ἀλλὰ, « Διέρχομαι Μακεδονίαν, » τουτέστιν, Ὡς κατὰ σπουδὴν καὶ ἐν παρόδῳ αὐτοὺς βλέπω· παρ' ὑμῖν δὲ παραμενῶ. Διὰ τούτου δὲ δείκνυσι μὲν καὶ ὅτι προτιμᾷ αὐτοὺς Μακεδόνων, ὡς γνησιωτέρους μαθητὰς καὶ ἀξιολογωτέρους· μεγάλη γὰρ ἡ ἐν Κορίνθῳ Ἐκκλησία· φοβεῖ δὲ καὶ τοὺς ἁμαρτάνοντας διὰ τοῦ, « Παραμενῶ. » Προστίθησι δὲ τὸ, « Τυχὸν, » διὰ τὸ ἄδηλον. Οὐ γὰρ ᾔδει εἴτε ἐπιτραπείη τοῦτο παρὰ τοῦ Πνεύματος, εἴτε μή· ὑπὸ τοῦ Πνεύματος γὰρ ἤγετο, ἵνθα ἐκεῖνο ἤθελεν. Ἐν Ἐφέσῳ δὲ ὢν, τότε ἔμελλεν ἀπελθεῖν εἰς Μακεδονίαν, καὶ διελθεῖν ταύτην τάχιον, εἶτα εἰς αὐτοὺς ἀπελθεῖν. Ἐν πολλοῖς δὲ δείκνυσι τὴν πρὸς αὐτοὺς διάθεσιν, τῷ τε μὴ θέλειν ἐν παρόδῳ ἰδεῖν, καὶ τῷ ὑπ' αὐτῶν θέλειν προπεμφθῆναι.

VERS. 8. « Permanebo autem Ephesi ad Pentecostem usque. » Istud quoque impense diligentis est indicium, nempe, dicere ubi et quandiu sit permansurus : imo vero ipsam causam apponere. Infert enim :

C « Ἐπιμενῶ δὲ ἐν Ἐφέσῳ ἕως τῆς Πεντηκοστῆς. » Καὶ τοῦτο σφόδρα ἀγαπῶντος, τό τε εἰπεῖν ποῦ προσμενεῖ, καὶ ἕως πότε· ἀλλὰ καὶ τὸ τὴν αἰτίαν προσθεῖναι. Ἐπάγει γάρ·

VERS. 9. « Ostium enim mihi apertum est magnum et efficax, et adversarii multi. » Hoc est, multi accessuri sunt ad fidem, et latus ad istos mihi patet introitus, **234** maturescente nimirum ad fidem eorum ministerio. Præceptori namque angustia est, cum non habeat promptos discipulos : latum vero spatium, cum paratos eos invenerit. Adversarii autem multi propter hoc ipsum. Sanatas enim videns sese jam nudatum ac derelictum, vehementius perturbatur, adversariosque excitat.

« Θύρα γάρ μοι ἀνέῳκται μεγάλη καὶ ἐνεργὴς, καὶ οἱ ἀντικείμενοι πολλοί. » Τουτέστι, Πολλοὶ μέλλουσιν εἰς τὴν πίστιν προσελθεῖν, καὶ πλατεῖα ἀνέῳκταί μοι εἰς τούτους εἴσοδος, ἅτε ἀκμαζούσης τῆς διακονίας [4] αὐτῶν εἰς τὴν πίστιν. Τῷ γὰρ διδασκάλῳ στενοχωρία μὲν, ὅταν μὴ ἔχῃ προθύμους τοὺς μαθητάς· εὐρυχωρία δὲ, ὅταν εὑρίσκῃ τούτους συγκεκροτημένους. Οἱ ἀντικείμενοι δὲ πολλοὶ, δι' αὐτὸ τοῦτο. Ὁ γὰρ διάβολος βλέπων ἑαυτὸν γυμνούμενον, πλεῖον ταράττεται, καὶ τοὺς ἐναντιουμένους διεγείρει.

VERS. 10. « Si autem venerit Timotheus, videte D ut sine timore sit apud vos. » Quia verisimile erat fore, ut Timotheus postquam Corinthum venisset, carperet delinquentes atque objurgaret, certiores ipsos facit et præmunit, ne divites sapientes insurgant adversus eum : non quasi meticulosus esset Timotheus animumque desponderet, sed quod damnum inde ipsi reportarent. Nam ille admodum fortiter adversus pericula instructus erat. Pulchre vero dixit, « Apud vos. » Ne enim mihi dixeris Græcos, dum id interim a vobis requiram ut tutus sit.

« Ἐὰν δὲ ἔλθῃ Τιμόθεος, βλέπετε ἵνα ἄφοβος γένηται πρὸς ὑμᾶς. » Ἐπειδὴ εἰκὸς ἦν Τιμόθεον ἐλθόντα πρὸς [5] Κόρινθον, καθάπτεσθαι τῶν ἁμαρτανόντων, καὶ ἐπιτιμᾷν αὐτοῖς, ἀσφαλίζεται αὐτοὺς, ἵνα μὴ ἐπαναστῶσιν αὐτῷ οἱ πλούσιοι σοφοί· οὐχ ὅτι ἀνανδρος ὢν ὁ Τιμόθεος ἔμελλε καταπίπτειν, ἀλλ' ὅτι αὐτοὶ ἔμελλον βλαβῆναι. Ἐκεῖνος γὰρ καὶ σφόδρα παρεσκεύαστο πρὸς κινδύνους. Καλῶς δὲ τὸ, « Πρὸς ὑμᾶς, » εἶπε. Μὴ γάρ μοι τοὺς Ἕλληνας εἴποις, τέως τὰ παρ' ὑμῶν ζητῶ.

Variæ lectiones.

[2] τοιοῦτον o. [3] ἔχει λήψεσθαι o. [4] Ἴσ. διανοίας o. [5] εἰς o.

« Τὸ γὰρ ἔργον Κυρίου ἐργάζεται, ὡς κἀγώ· μή A τις οὖν αὐτὸν ἐξουθενήσῃ. » Τουτέστι, Κηρύσσει καὶ διδάσκει· καὶ οὐχ ἁπλῶς, ἀλλ' ὥσπερ ἐγώ. Ὅπερ μέγας Τιμοθέῳ ἔπαινος. Ἐπεὶ οὖν τοιοῦτός ἐστι, « μή τις αὐτὸν ἐξουθενήσῃ· » νέος γὰρ ἦν, καὶ μόνος, καὶ τοσούτου δήμου καὶ οὕτως ὑπέρφρονος φροντίδα ἐπετέτραπτο, καὶ εἰκὸς ἦν αὐτὸν καταφρονηθῆναι.

« Προπέμψατε δὲ αὐτὸν ἐν εἰρήνῃ, ἵνα ἔλθῃ πρός με· ἐκδέχομαι γὰρ αὐτὸν μετὰ τῶν ἀδελφῶν. » Μᾶλλον οὖν, φησὶ, καὶ τιμήσατε αὐτόν· τὸ γὰρ, « Προπέμψατε, » τοῦτο δηλοῖ. « Ἐν εἰρήνῃ δὲ, » τουτέστιν ἀφόβως, χωρὶς μάχης καὶ φιλονεικίας, μετὰ πάσης ὑποταγῆς. Τὸ δὲ, « Ἐκδέχομαι αὐτὸν, » φοβοῦντός B ἐστιν, ἵνα εἰδότες ὅτι πάντα αὐτῷ ἀπαγγελεῖ, μηδὲν αὐτὸν θλίψωσιν· ἅμα δὲ καὶ αἰδεσιμώτερον αὐτὸν ποιῶν[6], εἴγε οὕτως ἀναγκαῖον τοῦτον ἔχει, ὥστε ἐκδέχεσθαι αὐτόν.

« Περὶ δὲ Ἀπολλὼ τοῦ ἀδελφοῦ πολλὰ παρεκάλεσα αὐτὸν, ἵνα ἔλθῃ πρὸς ὑμᾶς μετὰ τῶν ἀδελφῶν· καὶ πάντως οὐκ ἦν θέλημα ἵνα νῦν ἔλθῃ. » Ὁ Ἀπολλὼς καὶ πρεσβύτερος ἦν Τιμοθέου, καὶ λόγιος ἀνήρ. Ἵνα οὖν μὴ λέγωσι, τί δήποτε αὐτὸν οὐκ ἔπεμψεν, ἀλλὰ τὸν νεώτερον; φησί· « Πολλὰ αὐτὸν παρεκάλεσα. » Καὶ οὐ λέγει, ὅτι Ἀντέστη μοι, ἀλλὰ κἀκεῖνον ἀπολύων μέμψεως, φησί· « Πάντως οὐκ ἦν θέλημα· » τουτέστιν, ὁ Θεὸς οὐκ ἠθέλησεν. Ἵνα δὲ μὴ λέγωσιν, ὅτι σκῆψις ταῦτα καὶ πρόφασις, φησίν·

« Ἐλεύσεται δὲ, ὅταν εὐκαιρήσῃ. » Ἅμα καὶ ὑπὲρ ἐκείνου ἀπολογούμενος, καὶ αὐτοὺς ποθοῦντας αὐτὸν ἰδεῖν παραμυθούμενος τῇ ἐλπίδι τῆς παρουσίας.

« Γρηγορεῖτε. » Πάλιν παραινεῖ πρὸς τῷ τέλει· δεικνὺς, ὅτι οὐκ ἐπὶ τοῖς διδασκάλοις τὰς ἐλπίδας ἔχειν δεῖ, ἀλλὰ καὶ ἐν ἑαυτοῖς. « Γρηγορεῖτε, » διὰ τοὺς ἀπατῶντας· ὡς νυσταζόντων δὲ αὐτῶν τοῦτο εἶπε.

« Στήκατε ἐν τῇ πίστει. » Οὐκ ἐν τῇ ἔξω σοφίᾳ· ἐν ἐκείνῃ γὰρ οὐκ ἔστιν ἑστάναι, ἀλλὰ περιφέρεσθαι· ὡς σαλευομένων δὲ τοῦτο εἶπεν.

« Ἀνδρίζεσθε, κραταιοῦσθε. » Διὰ τοὺς ἐπιβουλεύοντας· ὡς ἐπὶ μαλακιζομένων δὲ τοῦτο εἶπε.

« Πάντα ὑμῶν ἐν ἀγάπῃ γινέσθω. » Τοῦτο πρὸς τοὺς στασιάζοντας καὶ διασπῶντας τὴν Ἐκκλησίαν. Εἴτε γὰρ, φησὶ, διδάσκει τις, εἴτε μανθάνει, εἴτε ἐπιτιμᾷ, πάντα ἐν ἀγάπῃ ἔστω[7]· καὶ οὐκ ἔσται χυσίωσις, οὐδὲ διάστασις, ἀγάπης μεσιτευούσης.

» Παρακαλῶ δὲ ὑμᾶς, ἀδελφοί. » Τοῦτο ὑπερβατὸν, « Παρακαλῶ ὑμᾶς, ἵνα καὶ ὑμεῖς ὑποτάσσησθε τοῖς τοιούτοις· » τὰ δὲ ἄλλα παρεμβέβληται.

« Οἴδατε τὴν οἰκίαν Στεφανᾶ, ὅτι ἔστιν ἀπαρχὴ τῆς Ἀχαΐας. » Ὑμεῖς[8], φησὶ, γινώσκετε, καὶ οὐ δεῖσθε παρ' ἐμοῦ μαθεῖν. Ἀπαρχὴν δὲ καλεῖ τῆς Ἀχαΐας τοὺς τοῦ Στεφανᾶ, ἢ διὰ τὸ πρώτους αὐτοὺς

« Opus enim Domini operatur, sicut et ego, ne quis ergo illum spernat. » Hoc est, prædicat et docet, nec simpliciter, sed sicut ego. Quæ magna sane Timothei laus est. Cum igitur sit hujusmodi, « Nemo ipsum vilipendat. » Juvenis enim erat, et solus, ac tanti tanquam superbi populi cura ei commissa erat, probabileque erat ipsum vilipensum iri.

VERS. 11. « Deducite autem ipsum in pace, ut veniat ad me : exspecto enim ipsum cum fratribus. » Potius igitur, inquit, honorate eum. Hoc enim hic « Deducite » significat. « In pace » autem, hoc est, intrepide, sine pugna et contentione, cum omni obedientia. At, « Exspecto ipsum, » partim terrentis est, ut scientes quod omnia ei sit enarraturus, nulla in re ipsum affligant, partim ut honoratiorem eum reddat, siquidem adeo est illi opus opera Timothei, ut ipsum etiam exspectet.

VERS. 12. « De Apollo autem fratre, multum adhortatus sum ipsum ut veniat ad vos cum fratribus, et omnino non erat voluntas ut nunc veniret. » Apollo grandior erat natu Timotheo, et vir facundus. Ne igitur dicant, Cur ipsum non miserit, sed eum qui juniore esset ? « Multum, » inquit, « ipsum adhortatus sum. » Nec dicit, Restitit mihi, cæterum illum ab accusatione liberans, « Omnino, inquit, « non erat voluntas, » hoc est, Deus noluit. Ne autem hunc fucum esse dicant inanemque prætextum subdit:

C « Veniet autem, cum opportunitatem nactus fuerit. » Cum Timotheum defendit, tum Corinthios illum expetentes videre, spe adventus consolatur.

VERS. 13. « Vigilate. » Rursus in fine eos admonet, ostendens quod non oporteat spem collocare in doctoribus, sed in seipsis. **235** « Vigilate, » propter deceptores : quasi autem dormitarent ipsi, hoc dixit.

« State in fide. » Non in externa sapientia : in ea enim nemini stare licet, sed circumagi ac rotari. Hoc, quasi vacillassent, ait.

« Viriliter agite, estote fortes. » Propter eos qui insidias struunt. Istud autem dixit tanquam de effe- D minatis.

VERS. 14. « Omnia vestra in charitate fiant. » Hoc ad dissidentes et Ecclesiam divellentes pertinet. Sive enim docet quispiam, sive discit, sive objurgat, omnia in dilectione fiant : et non erit inflatio inter vos, neque dissensio, charitate intercedente.

VERS. 15. « Obsecro autem vos, fratres. » Hyperbaton est, « Obsecro vos, » nimirum ut et vos talibus geratis morem. Cætera autem interposita sunt.

« Nostis domum Stephanæ, quod sit primitiæ Achaiæ. » Vos, inquit, tenetis, nec habetis necesse ut a me discatis. Primitias autem Achaiæ vocat Stephanam cum suis vel quod primi ipsi crediderint,

Variæ lectiones.

[6] ποιεῖ m. [7] γινέσθω m. [8] αὐτοὶ m.

vel quod optimam vitam elegerint. Primitiæ autem undique excellentiam habere debent earum rerum, quarum sunt primitiæ. Achaiam autem Græciam vocat.

A πιστεῦσαι, ἢ ὅτι καὶ βίον ἄριστον εἵλον[9]. Ἡ γὰρ ἀπαρχὴ πάντοθεν τὸ ἐξαίρετον ὀφείλει ἔχειν ὧν ἐστιν ἀπαρχή. Ἀχαΐαν δὲ τὴν Ἑλλάδα καλεῖ.

« Et quod ad ministerium sanctis seipsos ordinaverint. » Ut pauperes fideles susciperent ipsisque ministrarent, seipsos posuerunt atque segregarunt, non ab aliis constituti necessario, sed suapte sponte se addicentes.

« Καὶ εἰς διακονίαν τοῖς ἁγίοις ἔταξαν ἑαυτούς. » Εἰς τὸ ὑποδέχεσθαι τοὺς πιστοὺς πένητας, καὶ διακονεῖν αὐτοῖς, ἔταξαν ἑαυτοὺς καὶ ἀφώρισαν· οὐ παρ' ἄλλων καταστάντες ἀνάγκῃ, ἀλλ' ἑκουσίως παρ' ἑαυτῶν.

Vers. 16. « Ut et vos subditi sitis talibus, et omni cooperanti et laboranti. » Hoc est, adjuvetis eos et sumptu pecuniarum, et ministerio corporali. Et non dixit simpliciter, Cooperemini, cæterum vehementem obedientiam ostendens, « Subditi sitis, » inquit. Ne autem videatur soli Stephanæ gratificari, infert, « Et omni cooperanti et laboranti. » Ubi? Ad sanctorum ministerium: digni enim omnes tales honore. Sic enim fit ut laborem fortiter ferant.

« Ἵνα καὶ ὑμεῖς ὑποτάσσησθε τοῖς τοιούτοις, καὶ παντὶ τῷ συνεργοῦντι καὶ κοπιῶντι. » Τουτέστι, Συναντιλαμβάνησθε καὶ ἐν δαπάνῃ χρημάτων, καὶ ἐν διακονίᾳ σωματικῇ. Καὶ οὐκ εἶπεν ἁπλῶς, Συνεργῆτε, ἀλλ' ἐπιτεταμένην ὑπακοὴν δεικνύμενος, « Ὑποτάσσησθε. » Ἵνα δὲ μὴ δόξῃ τῷ Στεφανᾷ μόνῳ χαρίζεσθαι, ἐπάγει· « Καὶ παντὶ τῷ συνεργοῦντι καὶ κοπιῶντι. » Ποῦ[10]; Εἰς τὴν τῶν ἁγίων διακονίαν. Ἄξιοι γὰρ πάντες οἱ τοιοῦτοι τιμῆς· οὕτω γὰρ ἂν καὶ τὸν κόπον γενναίως[11] φέροιεν.

Vers. 17. « Gaudeo autem in præsentia Stephani et Fortunati et Achaici, quoniam vestrum defectum hi repleverunt. » Isti sunt qui divo Paulo annuntiarunt de dissensione quæ erat apud Corinthios, deque aliis peccatis. Tum qui ex Chloes familia erant, per hos forsan hæc indicarunt. Quia igitur verisimile erat Corinthios adversum hos efferari, commendat eos, inquiens: « Vestrum illi defectum repleverunt, » hoc est, pro omnibus vobis venerunt, et propter vos tantam profectionem destinarunt ad me.

« Χαίρω δὲ ἐπὶ τῇ παρουσίᾳ Στεφανᾶ, καὶ Φουρτουνάτου, καὶ Ἀχαϊκοῦ, ὅτι τὸ ὑμῶν ὑστέρημα οὗτοι ἀνεπλήρωσαν. » Οὗτοι ἦσαν οἱ ἀναγγείλαντες Παύλῳ περὶ τῆς ἐν Κορίνθῳ διχοστασίας καὶ τῶν ἄλλων ἁμαρτημάτων· καὶ οἱ τῆς Χλόης διὰ τούτων ἴσως ἐδήλωσαν. Ἐπεὶ οὖν εἰκὸς ἦν τοὺς Κορινθίους ἐκτεθηριῶσθαι πρὸς τούτους, συνιστᾷ αὐτοὺς λέγων, ὅτι « Τὸ ὑμῶν ὑστέρημα ἀνεπλήρωσαν· » τουτέστιν, Ἀντὶ πάντων ὑμῶν ἦλθον, καὶ δι' ὑμᾶς τοσαύτην ἀποδημίαν ἐστείλαντο πρός με.

Vers. 18. « Refecerunt enim vestrum spiritum et meum. » Monstravit ipsis, quod ipsius recreatio ipsorum quoque sit. Quare cum ego refocillatus sum ab ipsis, et **236** vos inde lucrati estis illud ipsum, meam nempe refocillationem, nihil ingratum et triste adversus eos ostendatis.

« Ἀνέπαυσαν γὰρ τὸ ἐμὸν πνεῦμα, καὶ τὸ ὑμῶν. » Ἔδειξεν αὐτοῖς ὅτι ἡ αὐτοῦ[12] ἀνάπαυσις αὐτῶν ἐστιν. Ὥστε ἐπεὶ ἐμοῦ ἀναπαυθέντος παρ' αὐτῶν, καὶ ὑμεῖς ἐκερδήσατε αὐτὸ τοῦτο, τὴν ἐμὴν ἀνάπαυσιν, μηδὲν ἄχαρι[13] πρὸς αὐτοὺς τούτους ἐνδείξησθε.

« Agnoscite igitur tales. » Hoc, est, honorate eos.

« Ἐπιγινώσκετε οὖν τοὺς τοιούτους. » Ἀντὶ τοῦ, Ἐν τιμῇ αὐτοὺς ἔχετε.

Vers. 19. « Salutant vos Ecclesiæ Asiæ. » Conglutinat membra Christi per salutationem, quemadmodum consuevit semper facere.

« Ἀσπάζονται ὑμᾶς αἱ Ἐκκλησίαι τῆς Ἀσίας. » Συγκολλᾷ τὰ μέλη τοῦ Χριστοῦ διὰ τοῦ ἀσπασμοῦ, ὥσπερ εἴωθεν ἀεὶ ποιεῖν.

« Salutant vos in Domino multum Aquila et Priscilla, cum Ecclesia quæ est in domo ipsorum. » Apud ipsos enim manebat, tabernaculorum artifex cum esset et ipse. Observa autem ipsorum virtutem, quoniam domum suam Ecclesiam fecerunt, collectionem fidelium in ea facientes.

« Ἀσπάζονται ὑμᾶς ἐν Κυρίῳ πολλὰ Ἀκύλας καὶ Πρίσκιλλα, σὺν τῇ κατ' οἶκον αὐτῶν Ἐκκλησίᾳ. » Παρ' αὐτοῖς γὰρ ἔμενε, σκηνοποιὸς ὢν καὶ αὐτός. Ὅρα δὲ αὐτῶν τὴν ἀρετήν, ὅτι τὸν οἶκον αὐτῶν Ἐκκλησίαν πεποιήκασιν, ἄθροισμα πιστῶν ἐν ταύτῃ ποιήσαντες.

Vers. 20. « Salutant vos fratres omnes. Salutate vos mutuo in osculo sancto. » Hanc appendicem osculi sancti hic solum apponit, ob multas dissensiones. Quia ergo multum eos adhortatus erat ad unitatem, in unum deinceps eos jungit per osculum sanctum, hoc est, dolo carens et simulatione.

« Ἀσπάζονται ὑμᾶς οἱ ἀδελφοὶ πάντες. Ἀσπάσασθε ἀλλήλους ἐν φιλήματι ἁγίῳ. » Ταύτην τὴν προσθήκην τοῦ ἁγίου φιλήματος ὧδε μόνον προστίθησι, διὰ τὰς πολλὰς διχοστασίας. Ἐπεὶ οὖν πολλὰ αὐτοῖς περὶ τοῦ ἡνῶσθαι παρῄνεσεν, ἐνοῖ λοιπὸν αὐτοὺς καὶ διὰ τοῦ φιλήματος τοῦ ἁγίου, τουτέστι, τοῦ ἀδόλου, τοῦ ἀνυποκρίτου.

Vers. 21: « Salutatio mea manu Pauli. » Sua manu salutationem facit, ut ostendat quod plurimi fecerit epistolam.

« Ὁ ἀσπασμὸς τῇ ἐμῇ χειρὶ Παύλου. » Ἰδιόχειρον ἐποίησε τὸν ἀσπασμόν, ἵνα δείξῃ, ὅτι περὶ πολλοῦ ἐποιήσατο τὴν Ἐπιστολήν[14].

Variæ lectiones.

[9] εἶχον O. [10] ποῦ δὲ m. [11] κούφως O. [12] τοιαύτη O, [13] ἀχρεῖον O. [14] ὅτιπερ ἄλλος ἐποίησε τ. ἐ. O.

« Εἴ τις οὐ φιλεῖ τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν, ἤτω ἀνάθεμα. » Τῷ ἑνὶ τούτῳ λόγῳ πάντας ἐφόβησε, τοὺς πόρνους, τοὺς διχονοοῦντας, τοὺς τὰ εἰδωλόθυτα ἐσθίοντας, τοὺς τῇ ἀναστάσει ἀπιστοῦντας, καὶ πάντας ἁπλῶς τοὺς παρ' αὐτοῖς ἔξω τῆς αὐτοῦ διδασκαλίας καὶ παραδόσεως διάγοντας. Οἱ γὰρ τοιοῦτοι πάντες οὐ φιλοῦσι τὸν Κύριον.

« Μαραναθά. » Τουτέστιν, ὁ Κύριος ἦλθε. Τοῦτο δὲ εἶπεν, ἅμα μὲν τὸν τῆς οἰκονομίας λόγον βεβαιῶν, καὶ διὰ τοῦτο τὴν ἀνάστασιν· ἅμα δὲ καὶ ἐντρέπων αὐτοὺς, ὅτι Ὁ Δεσπότης ὑπὲρ ἡμῶν πάντα κατεδέξατο· ὑμεῖς δὲ παροργίζετε αὐτὸν, οἱ μὲν ἀπὸ ἀνθρώπων καλούμενοι, οἱ δὲ πράττοντες τὰ φαῦλα. Οὐκ ἐχρήσατο δὲ Ἑλληνίδι διαλέκτῳ ἀλλ' Ἑβραΐδι, μᾶλλον δὲ τῇ Σύρων γλώττῃ, ἐπειδὴ πρὸς Κορινθίους ἔλεγε, τοὺς ἐπὶ τῇ ἔξω σοφίᾳ μέγα φρονοῦντας, καὶ τῇ κομψείᾳ τῆς Ἑλληνίδος διαλέκτου, δεικνὺς ὅτι τοσοῦτον οὐ δεῖται αὐτὸς ταύτης, ἀλλὰ τῇ ἰδιωτείᾳ ἐγκαυχᾶται, ὥστε καὶ βαρβάρῳ γλώττῃ φθέγγεται [15].

« Ἡ χάρις τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ μεθ' ὑμῶν. » Τοῦτο διδασκάλου, τὸ μὴ μόνον παραινεῖν, ἀλλὰ καὶ εὔχεσθαι, καὶ διπλῇ στηρίζειν, τῇ τε διδασκαλίᾳ, καὶ τῇ τῆς ἄνωθεν βοηθείας διὰ τῶν εὐχῶν ἐπιχορηγίᾳ.

« Ἡ ἀγάπη μου μετὰ πάντων ὑμῶν ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ. Ἀμήν. » Ἐπειδὴ διεστήκει τῷ τόπῳ, ὡσανεὶ δεξιᾶς τινος ἐκτάσει, ταῖς τῆς ἀγάπης χερσὶ περιλαμβάνει αὐτοὺς, λέγων· « Ἡ ἀγάπη μου μεθ' ὑμῶν. » ὅ ἐστι, Μετὰ πάντων ὑμῶν ἐγώ· οὐκ ἀπειμι γὰρ, εἰ καὶ τῷ τόπῳ διέστηκα. Διὰ τούτων δὲ δείκνυσιν, ὅτι οὐ θυμοῦ, οὐδὲ ὀργῆς ἦσαν τὰ γραφέντα, ἀλλ' ἀγάπης καὶ κηδεμονίας, εἰ καὶ πικρίαν ἐνέφανον [*f.* — φαινον]. Ἵνα δὲ μὴ νομίσωσιν, ὅτι κολακεύων αὐτοὺς ταῦτα λέγει, φησὶν· « ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ· » τουτέστιν, Οὐδὲν ἀνθρώπινον, ἡ σαρκικὸν ἡ ἀγάπη μου ἔχει, ἀλλὰ πνευματική ἐστι καὶ ἐν Χριστῷ. Εὐξώμεθα οὖν καὶ ἡμεῖς ἵνα ἀλλήλους ἐν Χριστῷ ἀγαπῶντες, μηδὲν τῆς κοσμικῆς ἀγάπης ἐν ἑαυτοῖς περιφέρωμεν, ἥτις ἐχθρά ἐστιν εἰς τὸν Θεόν. Οὕτω γὰρ καὶ τῶν ἀγαπητῶν τοῦ Θεοῦ [16] σκηνωμάτων καταξιωθησόμεθα ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν ἀγαπήσαντι ἡμᾶς· ᾧ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

A

B

C

Vers. 22. « Si quis non amat Dominum nostrum Jesum Christum, anathema sit. » Uno hoc verbo cunctos terruit, fornicatores, dissidiorum excitatores, idolothyta manducantes, resurrectioni non credentes, adeoque omnes simpliciter, qui apud eos extra ipsius institutionem et traditionem agebant : hujusmodi enim omnes non amant Dominum.

« Maranatha. » Hoc est, Dominus venit. Hoc autem dixit, partim ut stabiliat dispensationis et incarnationis verbum, ac per hoc resurrectionem; partim ut pudefaciat eos, quoniam Dominus pro nobis omnia pertulit ac suscepit. Vos autem provocatis eum, alii quidem ab hominibus vocati, alii vero mala perpretrantes. Non usus est autem Græca dialecto, sed Hebræa, imo Syrorum potius lingua; quia scilicet ad Corinthios verba faceret, qui ob externam sapientiam et Græcæ linguæ elegantiam multum superbirent, ostendens quod adeo non indigeat ipse sapientia hac, ut et de vulgari et vili lingua glorietur, adeo ut et barbara lingua loquatur.

Vers. 23. « Gratia Domini nostri Jesu Christi vobiscum. » Doctoris officium hoc est, non solum adhortari, verum etiam orare, ac bifariam fulcire, tum doctrina tum superni auxilii per orationes suppeditatione.

Vers. 24. « Dilectio mea cum omnibus vobis in Christo Jesu. Amen. » Quia loco distabat, ceu dexteræ cujuspiam extensione, **237** charitatis manibus eos complectitur, inquiens : « Dilectio mea vobiscum : » quod est, Cum omnibus vobis ego sum. Non enim a vobis absum, etiamsi loco distem. Per hæc autem commonstrat quod hæc quæ scripta sunt, neque indignationis neque iracundiæ verba fuerint, sed charitatis et curæ, etiamsi amarulentiæ nonnihil præ se ferrent. Ne vero arbitrentur quod hæc ex adulatione loquatur, adjicit, « In Christo Jesu : » hoc est, Nihil humanum aut carnale charitas mea habet, sed spiritualis est, et in Christo. Precemur igitur et nos, ut nos mutuo inter nos diligentes in Christo, nihil mundanæ charitatis in nobis circumferamus, quæ inimica est Deo. Sic enim et amabilibus Dei tabernaculis digni judicabimur in Christo Jesu Domino nostro, qui dilexit nos : cui gloriam in sæcula sæculorum. Amen.

Variæ lectiones.

[15] σθέγγεσθαι m. [16] Χριστοῦ o.

ΘΕΟΦΥΛΑΚΤΟΥ

ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΒΟΥΛΓΑΡΙΑΣ

ΤΗΣ

ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΠΑΥΛΟΥ

ΠΡΟΣ ΚΟΡΙΝΘΙΟΥΣ ΔΕΥΤΕΡΑΣ ΕΠΙΣΤΟΛΗΣ

ΕΞΗΓΗΣΙΣ.

—

THEOPHYLACTI

BULGARIÆ ARCHIEPISCOPI

EPISTOLÆ II DIVI PAULI AD CORINTHIOS

EXPOSITIO.

—

ARGUMENTUM SECUNDÆ EPISTOLÆ AD CORINTHIOS.

239 *Secundam ad Corinthios Epistolam divus Paulus apponit, quia promiserat in priore sese venturum ad eos, cunctatus est autem, Spiritu nimirum eum ad alia magis necessaria occupante, tentationibusque adversus eum insurgentibus. Debuit igitur apologiam suæ diuturnæ moræ texere. Ideoque secundum hanc Epistolam conscribit, rationem reddens cur hactenus adventum suum distulerit. Simul autem ex priore Epistola meliores factos debuit approbare et laudare. Quemadmodum enim eos peccantes increpabat, sic jam in meliorem viam reductos efferre laudibus decebat. Proinde non multum acris et vehemens est hæc Epistola,* **240** *nisi in paucis sub finem partibus : idque propter Judæos quosdam insolescentes, ipsumque tanquam indoctum ac nullo numero dignum calumniantes.*

Α ΥΠΟΘΕΣΙΣ ΤΗΣ ΔΕΥΤΕΡΑΣ ΠΡΟΣ ΚΟΡΙΝΘΙΟΥΣ ΕΠΙΣΤΟΛΗΣ.

Δευτέραν πρὸς Κορινθίους προστίθησιν Ἐπιστολὴν ὁ μακάριος Παῦλος, διότι ἐν τῇ πρώτῃ μὲν ἐπηγγείλατο ἐλθεῖν πρὸς αὐτούς, ἐμέλλησε δὲ, ἅτε τοῦ Πνεύματος εἰς ἕτερα αὐτὸν ἀσχολοῦντος ἀναγκαιότερα, καὶ πειρασμῶν αὐτῷ ἐπιτεθέντων. Ἔδει τοίνυν ἀπολογήσασθαι περὶ τῆς βραδύτητος μακρᾶς γενομένης· καὶ διὰ τοῦτο δευτέραν ταύτην Ἐπιστολὴν συντίθησιν, ἀπολογούμενος ὑπὲρ ὧν ἐμέλλησεν· ἅμα δὲ καὶ βελτίους αὐτοὺς ἐκ τῆς πρώτης Ἐπιστολῆς γενομένους ἐχρῆν ἀποδέξασθαι, καὶ ἐπαινέσαι. Ὥσπερ γὰρ ἁμαρτάνουσιν ἐνεκάλει, οὕτω διορθωθέντας ἐπαινέσαι ἔδει. Διὸ οὐδὲ καταφορικωτέρα ἐστὶν ἡ Ἐπιστολή, εἰ μὴ ἄρα ὀλίγα αὐτῆς μέρη τὰ πρὸς τῷ τέλει, καὶ ταῦτα διὰ τοὺς ἐξ Ἰουδαίων ἀλαζονευομένους, καὶ διαβάλλοντας αὐτὸν, ὡς ἰδιώτην καὶ οὐδενὸς ἄξιον λόγου.

THEOPHYLACTI COMMENTARIUS

IN EPISTOLAM II AD CORINTHIOS.

—

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΠΡΩΤΟΝ.

« Παῦλος ἀπόστολος Ἰησοῦ Χριστοῦ διὰ θελήματος Θεοῦ, καὶ Τιμόθεος ὁ ἀδελφός. » Ἐν τῇ πρώτῃ Ἐπιστολῇ πέμψας ἐκεῖ τὸν Τιμόθεον, εἶτα πάλιν ἀπολαβὼν αὐτὸν, εἰκότως ἑαυτῷ συνάπτει. Καὶ γὰρ καὶ πεῖραν τῆς οἰκείας ἀρετῆς ἔδωκε Τιμόθεος Κορινθίοις, καὶ ὡς ἤδη γνώριμον αὐτοῖς γεγονότα, καὶ διορθώσαντα πολλὰ τῶν ἐν αὐτοῖς, προσλαμβάνεται αὐτὸν ἐν τῇ Ἐπιστολῇ. Ὅρα δὲ, ποτὲ μὲν τέκνον αὐτὸν καλεῖ· « Ὡς πατρὶ » γὰρ, φησὶ, « τέκνον, ἐδούλευσέ μοι· » ποτὲ δὲ συνεργόν· « Τὸ γὰρ ἔργον Κυρίου ἐργάζεται, ὡς κἀγώ· » νῦν δὲ, ἀδελφόν· πανταχόθεν αἰδέσιμον αὐτὸν ποιῶν.

« Τῇ Ἐκκλησίᾳ τοῦ Θεοῦ τῇ οὔσῃ ἐν Κορίνθῳ. » Πάλιν αὐτοὺς συνδέει, Ἐκκλησίαν εἰπών. Οἱ γὰρ διεσπασμένοι οὐκ εἰσὶν Ἐκκλησία.

« Σὺν τοῖς ἁγίοις πᾶσι τοῖς οὖσιν ἐν ὅλῃ τῇ Ἀχαΐᾳ. » Πάντων τῶν ἐν Ἀχαΐᾳ μέμνηται, ἅμα μὲν καὶ τιμῶν τοὺς Κορινθίους, ὡς διὰ τῆς πρὸς αὐτοὺς Ἐπιστολῆς πάντας προσαγορεύων· ἅμα δὲ καὶ εἰς ὁμόνοιαν συνάγων ἅπαν τὸ ἔθνος. Καὶ πρός γε, διότι κοινῇ ἐσαλεύοντο, κοινὴν ποιεῖται καὶ τὴν θεραπείαν· ὅ καὶ πρὸς Γαλάτας καὶ πρὸς Ἑβραίους γράφων ποιεῖ. Ἁγίους δὲ καλέσας δείκνυσιν, ὅτι εἴ τις ἀκάθαρτος, οὐκ ἔστιν ἄξιος τῆς προσηγορίας καὶ προσρήσεως ταύτης.

« Χάρις ὑμῖν καὶ εἰρήνη ἀπὸ Θεοῦ Πατρὸς ἡμῶν, καὶ Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ. » Τὴν συνήθη προσηγορίαν καὶ νῦν ποιεῖται. Εἴρηται δὲ ἐν ἄλλοις περὶ τούτων.

« Εὐλογητὸς ὁ Θεὸς, καὶ Πατὴρ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. » Ἐπηγγείλατο ἐν τῇ πρώτῃ Ἐπιστολῇ πρὸς αὐτοὺς ἐλθεῖν· εἶτα βραδύνας, σφόδρα ὑπώπτευσε λυπεῖσθαι αὐτοὺς, ὡς ἄλλων προτιμηθέντων αὐτῷ. Θέλων οὖν ἀπολογήσασθαι, καὶ δεῖξαι ὅτι πειρασμῶν πολλῶν αὐτῷ περιτεθέντων [17] κεκώλυται, εὐφυῶς ποιεῖται τὴν ἀπολογίαν. Εὐχαριστῶ γὰρ, φησὶ, τῷ Θεῷ δηλαδὴ, ὡς ῥυσαμένῳ με ἀπὸ κινδύνων· διὰ τῆς εὐχαριστίας αἰνιττόμενος, ὅτι μεγάλα τινὰ ἦσαν τὰ κωλύοντα αὐτὸν, ὧν ἐλευθερωθεὶς εὐχαριστεῖ. Στῖξον δὲ εἰς τὸ, « Θεὸς· » εἶτα ἄρξαι· « Καὶ Πατὴρ τοῦ Κυρίου. » Εἰ δὲ καὶ συναπτῶς νοήσεις τὸ, « Ὁ Θεὸς καὶ Πατὴρ τοῦ Κυρίου, » οὐδὲν καινόν· καὶ γὰρ τοῦ αὐτοῦ καὶ ἑνὸς

[a] Philipp. II, 22. [b] I Cor. XVI, 10.

CAPUT X.

241 VERS. 1. « Paulus apostolus Jesu Christi, per voluntatem Dei, et Timotheus frater. » Misso illuc in prima Epistola Timotheo, ac denuo recepto, non injuria sibi ipse eum connectit : nam et suæ virtutis experientiam Corinthiis dederat Timotheus. Assumit itaque eum in hac Epistola, ceu eum qui ipsis jam innotuerit, necnon pleraque correxerit apud eos. Observa autem quod ipsum nonnunquam filium appellat : « Tanquam patri » enim, inquit, « filius, servivit mihi [a] ; » nonnunquam autem cooperatorem ; « Opus enim Domini operatur, quemadmodum ego [b] : » jam nunc vero fratrem, ex omni ipsum parte honore afficiens.

« Ecclesiæ Dei quæ est Corinthi. » Rursus eos connectit, Ecclesiam dicens. Qui enim distracti sunt non sunt Ecclesia.

« Cum omnibus sanctis qui sunt in universa Achaia. » Omnium in Achaia meminit, partim ut Corinthios honoret veluti omnibus per litteras hasce ad eos perscriptas salutem impertiens : partim ut ad concordiam congreget universam gentem. Præterea, quia communiter concutiebantur omnes, communem adhibet curam, adeoque medicinam : quod et ad Galatas et ad Hebræos scribens facit. Sanctos vero eos appellans, ostendit quod si quis sit impurus, non sit dignus salutatione et appellatione hac.

VERS. 2. « Gratia vobis et pax a Deo Pater nostro et Domino Jesu Christo. » Consueta etiamnum salutatione utitur : in aliis autem de his dictum est.

VERS. 3. « Benedictus Deus, et Pater Domini nostri Jesu Christi. » Promiserat in prima Epistola se ad eos venturum : deinde quia distulerat, suspicabatur eos valde mœrore confici, ceu alii antelati ipsis essent. Volens igitur defendere se, et commonstrare, quod haud paucis tentationibus se invadentibus fuerit impeditus, scite facit apologiam. « Gratias, » inquit, « ago, » nempe Deo, qui me liberaverit e periculis : per gratiarum actionem **242** clanculum indicans, quod magna fuerint quæ ipsum inhibuerint, a quibus liberatus, gratias agit. Adjice autem comma ad, « Deus : » postea incipe, « et Pater Domini. » Sin conjunctim intelligas, « Deus et Pater Domini, » nihil novum est. Est enim ejus-

Variæ lectiones.

[17] ἐπιτεθ. O.

dem et unius Christi, secundum humanitatem quidem Deus; secundum vero divinitatem, Pater.

« Pater misericordiarum, ac Deus totius consolationis. » Hoc est, qui tot tantasque miserationes exhibuit, ut ex ipsis nos mortis portis reduxerit, ac dignatus sit nos omni consolatione in afflictionibus. Consuetudo autem erat sanctis, Deum ex beneficiis quæ ab eo accipiebant, nominare : pro victoria quidem in bello. « Diligam te, inquit, « Domine, robur meum [c] : » et, » Dominus protector meus [d]. » Cum vero a caligine et obscuratione rationis, et a mœrore erepti fuerint : « Dominus illuminatio mea [e]. » Haud dissimili ratione nunc quoque Paulus « Patrem miserationum, » ac « Deum consolationis » ipsum nominat, ab accidente scilicet. Vide autem ejus humilitatem. Siquidem ereptus a tentationibus quibus ob Evangelii prædicationem excipiebatur, non dicit, Pro dignitate liberatus sum, cæterum per miserationes Dei.

VERS. 4. Qui consolatur nos in omni tribulatione nostra. » Non dixit, Qui non sinit nos affligi, sed, Qui consolatur nos in afflictione. » Sinit enim nos affligi, ut per patientiam mercedem habeamus : et quando nos labantes viderit, consolatur nos : idque semper facit. Ideoque Paulus non dixit, Qui consolatus est semel, sed, « Qui consolatur, » hoc est, semper. Non in hac vel illa afflictione, sed, « in omni. »

stimet sibi remissam noxam, quia satis confessus sit, et sufficienter pœnitentia ductus, ostendit quod non tantum ex pœnitentia sua, quantum ex illorum indulgentia, dimissionem recipiat.

« Ne quo modo abundantiori tristitia absorbeatur qui hujusmodi est. » Oportet, inquit ut ipsum denuo assumatis, consolemini et curetis, ne a tristitia velut a bellua quadam, vel a tempestate et procella absorbeatur, vel ad strangulationem perveniat, veluti Judas, præ desperatione; vel resiliat, ut puta non ferens ex immod erata objurgatione dolorem, et ad majorem malitiam præcipitetur. Animadverte autem quomodo istum in officio contineat, ne post dimissionem segnior fiat. Non enim ideo te suscepi, inquit, quod perfecte sordes elueris, sed ne quid gravius patiaris ob infirmitatem tuam. Animadverte autem quod non ad naturam peccatorum, cæterum ad affectionem peccantium increpationes sint moderandæ.

VERS. 8. « Propter quod obsecro vos ut confirmetis in illum charitatem. » Non jam veluti præceptor imperat, sed veluti patronus judices precatur confirmare, hoc est stabilire dilectionem, nec simpliciter aut vulgariter ipsum assumere. **253** Indicat autem eorum etiam virtutem; qui cum antea sic amarant hominem, ut ei applauderent, nunc usque adeo ipsum aversabantur peccati istius causa, ut vel Paulus ipse pro eo intercederet.

VERS. 9. « Ideo enim scripsi vobis, ut cognoscam experimentum vestrum, num ad omnia obedientes sitis. » Perterrefacit eos, ut metuentes ne inobedientiæ condemnentur, facile condonent homini. « Ideo enim scripsi, » inquit, « ut cognoscam experimentum vestrum, » hoc est, obedientiæ virtutem, an quemadmodum audivistis me ad eum increpandum, sic mihi nunc obediatis, ad eum consolandum. Id enim valet quod ait, « num ad omnia obedientes sitis. » Atqui non propterea scripsit, sed ob illius salutem : attamen ubi nihil læditur, simul illis amicum sese exhibet.

VERS. 10. « Cui autem quidquam donatis, et ego. » Per hæc nascentem ipsorum contentionem et pertinaciam, qua homini condonaturi non erant, mitigat. Ecce enim illos quidem gratiæ hujus auctores primarios facit, seipsum vero subsequentem : « Cui, » inquiens, « donatis vos, et ego condono. »

« Nam et ego, si quid donavi, cui donavi, propter vos in persona Christi. » Ne existiment se esse dominos dimittendi, et non, ac propterea negligant hominem absolvere, indicat eis quod jam ipse tali donaverit, ut non possint sese porro ipsi opponere. Ne autem vulnerentur ceu contempti, Propter vos, inquit, remisi ei : noram enim quod hoc vobis gratum sit futurum. Deinde, ne hominum gratia veniam illi concessisse videatur, adjecit, « in per-

A ὁμολογησάμενος, καὶ μετανοήσας ἀρκούντως· δείκνυσιν ὅτι οὐ τοσοῦτον ἀπὸ τῆς μετανοίας, ὅσον ἀπὸ τῆς αὐτῶν χάριτος, λαμβάνει τὴν ἄφεσιν.

« Μήπως τῇ περισσοτέρᾳ λύπῃ καταποθῇ ὁ τοιοῦτος. » Δεῖ αὐτὸν προσλαβέσθαι, φησὶ, καὶ παρακαλέσαι, καὶ θεραπεῦσαι, ἵνα μὴ καταποθῇ ὥσπερ ὑπὸ θηρίου τινὸς, ἢ ὑπὸ χειμῶνος καὶ κλύδωνος, τῆς λύπης· καὶ ἢ εἰς ἀγχόνην ἔλθῃ, ὡς ὁ Ἰούδας, τῇ ἀπογνώσει· ἢ ἀποσκιρτήσῃ, μὴ φέρων τὴν ἐκ τῆς ἀμέτρου ἐπιτιμήσεως ὀδύνην, καὶ εἰς μείζονα κακίαν ἐκτραχηλισθῇ. Ὅρα δὲ, πῶς καὶ ἐκεῖνον καταστέλλει, ἵνα μὴ ῥᾳθυμότερος γένηται μετὰ τὴν ἄφεσιν. Οὐ γὰρ ἐδεξάμην, φησὶ, διότι ἀπενίψω τελείως τὸν ῥύπον, ἀλλ' ἵνα μὴ χαλεπώτερόν τι πάθῃς B διὰ τὴν ἀσθένειάν σου. Σημείωσαι δὲ, ὅτι οὐ πρὸς τὴν τῶν ἁμαρτημάτων φύσιν, ἀλλὰ πρὸς τὴν τῶν ἁμαρτανόντων διάθεσιν τὰ ἐπιτίμια δεῖ ὁρίζειν.

« Διὸ παρακαλῶ ὑμᾶς κυρῶσαι εἰς αὐτὸν ἀγάπην. » Οὐκέτι ὡς διδάσκαλος ἐπιτάττει, ἀλλ' ὡς συνήγορος, δικαστὰς παρακαλεῖ κυρῶσαι, τουτέστι, βεβαιῶσαι ἀγάπην, καὶ μὴ ἁπλῶς, καὶ ὡς ἔτυχεν, αὐτὸν παραδέξασθαι. Δείκνυσι δὲ καὶ τὴν αὐτῶν ἀρετὴν, εἴ γε οὕτω πρότερον φιλοῦντες τὸν ἄνθρωπον, ὡς καὶ συγκροτεῖν αὐτὸν, οὕτω νῦν διὰ τὴν ἁμαρτίαν ἀπεστρέφοντο, ὥστε καὶ Παῦλον ὑπὲρ αὐτοῦ παρακαλεῖν.

« Εἰς τοῦτο γὰρ καὶ ἔγραψα, ἵνα γνῶ τὴν δοκιμὴν ὑμῶν, εἰ εἰς πάντα ὑπήκοοί ἐστε. » Ἐκφοβεῖ C αὐτοὺς, ἵνα δείσαντες τὸ κατάκριμα[40] τῆς παρακοῆς, εὐκόλως τῷ ἀνθρώπῳ συγχωρήσωσι. « Διὰ τοῦτο γὰρ, » φησὶν, « ἔγραψα, ἵνα γνῶ τὴν δοκιμὴν ὑμῶν· » τουτέστι, Τὴν ἀρετὴν τὴν ἐν τῇ ὑπακοῇ, ἐὰν ὥσπερ ἠκούσατέ μου εἰς τὸ ἐπιτιμῆσαι αὐτῷ, οὕτω καὶ νῦν ὑπακούσητε πρὸς τὸ παρακαλέσαι· τοῦτο γάρ ἐστι τὸ, « Εἰ εἰς πάντα ὑπήκοοί ἐστε. » Καίτοι οὐ διὰ τοῦτο ἔγραψεν, ἀλλὰ διὰ τὴν ἐκείνου σωτηρίαν· ὅμως ἔνθα μηδὲν βλάπτεται, χαρίζεται κἀκείνοις.

« ὯΙ δέ τι χαρίζεσθε, καὶ ἐγώ. » Μαλάττει διὰ τούτων τὴν ἀνακύψουσαν ἴσως φιλονεικίαν αὐτῶν καὶ ἔνστασιν, ὥστε μὴ συγχωρῆσαι τῷ ἀνθρώπῳ. Ἰδοὺ γὰρ ἐκείνους μὲν προκατάρχοντας τῆς χάριτος, ἑαυτὸν δὲ ἐπόμενον τίθησι, λέγων, ὅτι « ὯΙ χαρίζεσθε » ὑμεῖς, τούτῳ « καὶ ἐγὼ » χαρίζομαι. D

« Καὶ γὰρ ἐγὼ εἴ τι κεχάρισμαι, ᾧ κεχάρισμαι, δι' ὑμᾶς ἐν προσώπῳ Χριστοῦ. » Ἵνα μὴ ἑαυτοὺς νομίσωσι κυρίους τοῦ ἀφιέναι, καὶ μὴ, καὶ διὰ τοῦτο ἀμελήσωσι τοῦ ἀπολῦσαι τὸν ἄνθρωπον· δείκνυσιν αὐτοῖς ὅτι ἤδη αὐτὸς ἐχαρίσατο τῷ τοιούτῳ, ὥστε μηκέτι δύνασθαι αὐτοὺς ἀντιδιατάξασθαι αὐτῷ. Ἵνα δὲ μὴ πλῆγῶσιν ὡς παροφθέντες, φησὶ· Δι' ὑμᾶς ἐχαρισάμην αὐτῷ· ἤδειν γὰρ ὅτι ἀποδεκτὸν ὑμῖν ἐστι τοῦτο. Εἶτα ἵνα μὴ δόξῃ δι' ἀνθρώπους συγ-

Variæ lectiones.

[40] κρῖμα o.

κεχωρηκέναι, προσέθηκεν · « Ἐν προσώπῳ Χριστοῦ · » τουτέστι, Κατὰ Θεὸν, καὶ ἐνώπιον τοῦ Χριστοῦ, καὶ ὡσανεὶ ἐκείνου τοῦτο [41] κελεύοντος, καὶ ὡς ἀντιπρόσωπος ὢν ἐκείνου, συνεχώρησα · ἢ, εἰς δόξαν τοῦ Χριστοῦ. Εἰ οὖν εἰς δόξαν Χριστοῦ γίνεται ἡ συγχώρησις, πῶς οὐ δεῖ συγχωρηθῆναι τοῦτον, ἵνα δοξασθῇ Χριστός; A

« Ἵνα μὴ πλεονεκτηθῶμεν ὑπὸ τοῦ Σατανᾶ · οὐ γὰρ αὐτοῦ τὰ νοήματα ἀγνοοῦμεν. » Ἵνα μὴ γένηται, φησὶ, κοινὴ ἡ βλάβη, καὶ ἐλαττωθῇ τῆς ἀγέλης τοῦ Χριστοῦ ὁ ἀριθμός. Καλῶς δὲ πλεονεξίαν τὸ πρᾶγμα ὠνόμασεν · ὁ γὰρ διάβολος οὐχὶ τὰ αὐτῷ διαφέροντα λαμβάνει, ἀλλὰ καὶ τὰ ἡμέτερα ἁρπάζει · καὶ μάλιστα, εἰ καὶ διὰ μεθόδου ἡμετέρας, τουτέστι, τῆς μετανοίας [42] ἀμέτρου γινομένης. Διὸ καὶ νοήματα ἐκάλεσε τοῦ διαβόλου, τὴν κακουργίαν αὐτοῦ καὶ τὴν δολιότητα, καὶ ὅπως ἐν προσχήματι εὐλαβείας [43] ἀπόλλυσιν. Οὐ γὰρ μόνον ἐκ πορνείας ὑποσκελίζει, ἀλλὰ καὶ ἐξ ἀμέτρου λύπης. Πῶς οὖν οὐ πλεονεξία, ὅταν καὶ ἐκ τῶν ἡμετέρων ἁλίσκῃ ἡμᾶς; B

« Ἐλθὼν δὲ εἰς Τρωάδα εἰς τὸ Εὐαγγέλιον τοῦ Χριστοῦ, καὶ θύρας μοι ἀνεῳγμένης ἐν Κυρίῳ, οὐκ ἔσχηκα ἄνεσιν τῷ πνεύματί μου, τῷ μὴ εὑρεῖν με Τίτον τὸν ἀδελφόν μου. » Εἶπεν ἀνωτέρω, ὅτι θλῖψις αὐτῷ ἐγένετο ἐν τῇ Ἀσίᾳ, καὶ ἔδειξε πῶς ἀπηλλάγη ταύτης · νῦν πάλιν διδάσκει ὅτι καὶ ἑτέρως ἐθλίβη τῷ μὴ εὑρεῖν Τίτον. Ὅταν γὰρ ὁ παραμυθούμενος μὴ ᾖ, δεινότερος ὁ πειρασμός. Ὥστε τί μοι μέμφεσθε τῆς βραδύτητος τοσαύταις ἀνάγκαις περιπεσόντι οὐκ ἐώσαις ἡμᾶς, ὡς βουλόμεθα, ἀποδημεῖν; Οὐχ ἁπλῶς δέ φησιν, ἐπιδημῆσαι τῇ Τρωάδι, ἀλλ', « Εἰς τὸ Εὐαγγέλιον, » τουτέστιν, ὥστε κηρύξαι. Πῶς οὖν οὐκ ἐκήρυξας, καὶ ταῦτα [44] θύρας σοι ἀνεῳγμένης; Ἐκήρυξα μὲν, οὐκ ἐπὶ πολὺ δὲ, διότι οὐχ εὗρον Τίτον. » Οὐκ ἔσχηκα γὰρ ἄνεσιν · « τουτέστιν, Ἐθλίβην, ὠδυνήθην διὰ τὴν ἀπουσίαν τούτου [45]. Ἆρα οὖν διὰ τοῦτο ἀφῆκας τὸ ἔργον τοῦ Θεοῦ; Οὐ διὰ τοῦτο, ἀλλὰ διότι ἐνεποδίζετο τὸ ἔργον, ἐκείνου ἀπόντος [46]. Ἐγὼ μὲν γὰρ πάνυ ἐπεθύμουν κηρύξαι, ἀλλ' ἡ ἀπουσία Τίτου ἐμπόδιον γέγονε · μεγάλα γὰρ συνήργει παρών. C

« Ἀλλ' ἀποταξάμενος αὐτοῖς ἐξῆλθον εἰς Μακεδονίαν. » Τουτέστιν, Οὐ διέτριψα πλείονα χρόνον ἐκεῖ στενοχωρούμενος. Θύρα μὲν γὰρ ἀνέῳκτο μεγάλη, τουτέστιν ἔργον πολύ · πλὴν τῇ ἀπουσίᾳ τοῦ συνεργοῦ ἐνεποδίζετο. D

« Τῷ δὲ Θεῷ χάρις, τῷ πάντοτε θριαμβεύοντι ἡμᾶς ἐν τῷ Χριστῷ. » Ἐπειδὴ πολλὰς κατέλεξε λύπας, τὴν ἐν Ἀσίᾳ, τὴν ἐν Τρωάδι, τὴν διὰ τὸ μὴ πρὸς αὐτοὺς ἐλθεῖν · ἵνα μὴ δόξῃ ὡς θρηνῶν ταύτας ἀπαριθμεῖσθαι, φησὶν, ὅτι « πάντοτε θριαμβεύει ἡμᾶς, » τουτέστι περιφανεῖς δείκνυσι. Θρίαμβος γὰρ λέγεται ἡ μετὰ νίκης καὶ τροsona Christi, » hoc est secundum Deum, et coram Christo, et tanquam illo hoc jubente, ac veluti ejus vicem gerens, dimisi; vel in gloriam Christi. Quod si in gloriam Christi cedit dimissio, quomodo non esset huic ignoscendum, ut glorificetur Christus?

VERS. 11. « Ut non circumveniamur a Satana : non enim ignoramus ipsius cogitationes. » Ne, inquit, fiat commune damnum, imminuaturque gregis Christi numerus. Eleganter autem rem ipsam circumventionem nominavit. Non solum enim ad se pertinentia Satanas accipit, verum et nostra rapit : ac maxime per methodum nostram, id est, per pœnitentiam immoderatam. Propterea diaboli cogitationes malitiam ejus et imposturam vocavit, et quomodo in pietatis specie perdat. Non solum enim per fornicationem supplantat, verum etiam per immodicum mœrorem. Quomodo igitur non est circumventio, cum vel per nostra nos capiat?

VERS. 12, 13. « Porro cum venissem Troadem in Evangelium Christi, et ostium mihi apertum **254** esset in Domino, non habui requiem spiritui meo, eo quod non invenerim Titum fratem meum. » Supra commemoravit quod afflictionem habuerit in Asia, monstravitque quomodo liberatus sit ab ea : jam nunc rursus docet quod et aliter afflictus fuerit, eo quod non invenerit Titum. Cum enim non adfuerit qui consoletur, gravior est tentatio. Quare igitur me tarditatis accusatis, qui in tot calamitates inciderim, quæ non sinunt nos pro nostro arbitratu proficisci ? Non simpliciter autem dicit, Profectus sum Troadem, verum, « Ad Evangelium, » hoc est, ut prædicarem. Ecqui igitur non prædicasti, maxime cum janua tibi patefacta fuerit? Prædicavi quidem, sed non multum, eo quod non reperi Titum. « Non habui enim quietem, » hoc est, affligebar, angebar propter ipsius absentiam. An ideo intermisisti opus Dei ? Non sane propter hoc, sed quia impediebatur opus illo absente. Nam ego prædicare valde cupiebam, sed Titi absentia impedimento fuit : multum enim cooperabatur cum præsens esset.

« Verum illis valere jussis, profectus sum in Macedoniam. » Hoc est, non multum temporis illic trivi, in angustias nimirum redactus. Ostium enim ingens apertum erat, id est, multum operis restabat : verum propter cooperatoris absentiam impediebatur.

VERS. 14. « Deo autem gratia, qui semper triumphat nos in Christo. » Cum multos dolores commemorasset, quem in Asia, quem in Troade, quem eo quod ad eos non accesserat, pertulerat, ne videatur ista lugens recensere, inquit : « Gratias ago Deo, quod semper triumphat nos, » hoc est, conspicuos facit. Triumphus enim dicitur

Variæ lectiones.

[41] ταῦτα m. [42] διανοίας o. [43] εὐσεβείας m. [44] ἐνταῦθα m. [45] Τίτου o. [46] ἀποδημοῦντος o

progressio regis sive imperatoris per mediam urbem cum victoria et tropæis. Et nos igitur cum victoria de diabolo Deus conspicuos reddit. Quæ enim videntur esse contumeliæ, sunt gloria nostra : tum enim corruit diabolus. In Christo autem ista fiunt, hoc est, propter Christum et verbi prædicationem; vel quod in Christo triumphamur, hoc est glorificamur. Nam Christum veluti tropæum gestantes, nos quoque in ipsius splendore glorificamur.

A παίων διὰ μέσης τῆς πόλεως πρόοδος βασιλέως ἢ στρατηγοῦ. Καὶ ἡμᾶς οὖν ὁ Θεὸς μετὰ τῶν κατὰ τοῦ διαβόλου τροπαίων περιφανεῖς ποιεῖ. Αἱ γὰρ δοκοῦσαι ἀτιμίαι, δόξα ἡμετέρα · τότε γὰρ πίπτει ὁ διάβολος. « Ἐν Χριστῷ » δὲ ταῦτα γίνονται, τουτέστι, διὰ τὸν Χριστὸν καὶ τὸ κήρυγμα · ἢ ὅτι ἐν Χριστῷ θριαμβευόμεθα, τουτέστι δοξαζόμεθα · τὸν γὰρ Χριστὸν οἷόν τι τρόπαιον φέροντες, ἐν τῇ ἐκείνου περιφανείᾳ δοξαζόμεθα καὶ ἡμεῖς.

« Et odorem notitiæ suæ manifestat per nos in omni loco. Unguentum, inquit, pretiosum est cognitio Dei, quam nos cunctis hominibus manifestamus : imo potius non ipsum unguentum, sed odorem ipsius. Etenim præsens cognitio non est adınodum perspicua, sed per speculum et in ænigmate. Perinde igitur ac si quis fragrantiam olfaciens, unguentum alicubi positum esse novit, cujusmodi autem sit essentiæ, non item : sic et nos, quod Deus sit, novimus, qui vero sit quoad substantiam, non item. Veluti **255** igitur thuribulum sumus regale, et quocunque abierimus, odorem spiritualis unguenti circumferimus, id est, cognitionis Dei. Cum igitur paulo ante dixisset, quod Semper triumphamur, nunc inquit, In omni loco homines bono suffitu afflamus. Omnis enim et locus et tempus nostris institutionibus repletus est. Itaque strenue oportet ferre, siquidem et nunc usque adeo glorificemur, priusquam futuris bonis potiamur.

B α Καὶ τὴν ὀσμὴν τῆς γνώσεως αὐτοῦ φανεροῦντι δι' ἡμῶν ἐν παντὶ τόπῳ. » Μῦρον πολύτιμον, φησὶν, ἔστιν ἡ γνῶσις τοῦ Θεοῦ, ἣν ἡμεῖς πᾶσιν ἀνθρώποις φανεροῦμεν, μᾶλλον δὲ οὐκ αὐτὸ τὸ μῦρον, ἀλλὰ τὴν ὀσμὴν τούτου. Καὶ γὰρ ἡ παροῦσα γνῶσις οὐ σφόδρα σαφὴς, ἀλλὰ δι' ἐσόπτρου καὶ ἐν αἰνίγματι. Ὥσπερ οὖν ὁ τῆς ὀσμῆς ὀσφραινόμενος, ὅτι μὲν ἔστι μῦρον κείμενόν που, οἶδεν · ποταπὸν δὲ τὴν οὐσίαν, οὐκέτι · οὕτω καὶ ἡμεῖς, ὅτι μὲν Θεὸς ἐστιν, ἴσμεν · τί δὲ τὴν οὐσίαν, οὐκέτι. Ὡσανεὶ οὖν θυμιατήριόν ἐσμεν βασιλικὸν, καὶ ὅπου ἂν ἀπέλθωμεν, καὶ τὴν ὀσμὴν τοῦ πνευματικοῦ μύρου περιφέρομεν, τουτέστι τῆς θεογνωσίας. Ἄνω τοίνυν εἰπὼν, ὅτι Πάντοτε θριαμβευόμεθα, νῦν φησιν, ὅτι Καὶ ἐν παντὶ τόπῳ εὐωδιάζομεν τοὺς ἀνθρώπους. Πᾶς γὰρ, καὶ τόπος, καὶ καιρὸς, τῶν ἡμετέρων ἐμπέπλησται. Ὥστε δεῖ φέρειν γενναίως, εἴ γε τοσαῦτα καὶ νῦν δοξαζόμεθα καὶ πρὸ τῶν μελλόντων.

Vers. 15. « Quia Christi bonus odor sumus Deo, in iis qui salvi fiunt, et in iis qui pereunt. » Vel hoc dicit, quod nosmetipsos. hostiam offerimus, moriendo propter Christum : vel quod ad Christi victimam, veluti quidam suffitus, et nos incendamur. Quod vero ait, est hujusmodi : Sive serventur quidam, sive pereant, Evangelium propriam virtutem retinet, nosque perseveramus illud esse quod sumus. Ac quemadmodum lumen, etiamsi caligine perfundat eos qui debilioris visus sunt, lumen tamen est : mel quoque, etiamsi ictero laborantibus (*a*) amarum fuerit, dulce tamen est : hunc ad modum Evangelium boni odoris est, etsi increduli quidam pereunt. Et nos « bonus odor sumus » non autem simpliciter, sed « Deo. » Quando vero ille judicaverit istuc quis est qui contradicat?

C α Ὅτι Χριστοῦ εὐωδία ἐσμὲν τῷ Θεῷ ἐν τοῖς σῳζομένοις, καὶ ἐν τοῖς ἀπολλυμένοις. » Ἢ τοῦτό φησιν, ὅτι Ἑαυτοὺς θυσίαν προσφέρομεν, ἀποθνήσκοντες διὰ τὸν Χριστόν · ἢ ὅτι Ἐπὶ τῇ τοῦ Χριστοῦ σφαγῇ, οἷόν τι θυμίαμα καὶ ἡμεῖς ἐπιθυμιώμεθα. Ὃ δὲ λέγει, τοιοῦτόν ἐστιν, ὅτι Κἂν σώζωνταί τινες, κἂν ἀπόλλωνται, τὸ Εὐαγγέλιον μένει ἔχον τὴν οἰκείαν ἀρετὴν, καὶ ἡμεῖς μένομεν τοῦτο ὄντες ὅπερ ἐσμέν. Καὶ ὥσπερ τὸ φῶς κἂν σκοτίζῃ τοὺς ἀσθενεῖς, ὅμως φῶς ἐστι · καὶ τὸ μέλι, κἂν τοῖς ἰκτεριῶσι πικρὸν ᾖ, ὅμως γλυκύ ἐστιν · οὕτω καὶ τὸ Εὐαγγέλιον εὐῶδές ἐστι, κἂν ἀπιστοῦντές τινες ἀπολλύωνται. Καὶ ἡμεῖς « εὐωδία ἐσμέν · » καὶ οὐχ ἁπλῶς, ἀλλὰ, « τῷ Θεῷ. » Ὅταν δὲ ἐκεῖνος ψηφίζηται, τίς ὁ ἀντιλέγων ;

D

Vers. 16. « Aliis quidem odor mortis ad mortem, aliis vero odor vitæ ad vitam. « Quia dixerat nos bonam esse fragrantiam pereuntibus, ne arbitreris illos quoque Deo acceptabiles esse, subintulit hæc : Odorem, inquiens, hunc alii quidem recipiunt ut serventur, alii ut pereant : perinde ac sues et cantharos unguentum suffocare dicitur, et Christus, petra scandali, et in ruinam positus est. Tum ignis

α Οἷς μὲν ὀσμὴ θανάτου εἰς θάνατον, οἷς δὲ ὀσμὴ ζωῆς εἰς ζωήν. » Ἐπειδὴ εἶπεν, ὅτι « Εὐωδία ἐσμὲν ἐν τοῖς ἀπολλυμένοις · » ἵνα μὴ νομίσῃς, ὅτι κἀκεῖνοι εὐπρόσδεκτοί [47] εἰσιν, ἐπήγαγε ταῦτα, καί φησιν, ὅτι τὴν εὐωδίαν ταύτην οἱ μὲν οὕτω προσίενται, ὥστε σωθῆναι, οἱ δὲ ὥστε ἀπολέσθαι · ὥσπερ καὶ τὰς ὗς, καὶ τοὺς κανθάρους, λέγεται πνίγειν τὸ μῦρον · καὶ ὁ Χριστὸς, πέτρα σκανδάλου, καὶ εἰς

Variæ lectiones.

[47] εὐπροσδόκητοι, καὶ ἀπρόσδεκτοι **o**.

(*a*) Edit. Lond. habet, *nec quoque etiamsi febricitantibus*.

πτῶσιν κείμενος · καὶ τὸ πῦρ, τὸν χρυσὸν λαμπρύνον, τὰς ἀκάνθας πιμπρᾷ.

« Καὶ πρὸς ταῦτα τίς ἱκανός; » Ἐπειδὴ μεγάλα ἐφθέγξατο, ὅτι « Εὐωδία ἐσμὲν, » καὶ ὅτι Θριαμβευόμεθα · πάλιν μετριοφρονεῖ, καί φησιν, ὅτι Πρὸς ταῦτα ἡ ἡμετέρα ἀσθένεια οὐκ ἤρκει, εἰ μὴ ἦν ἡ τοῦ Θεοῦ δύναμις · ἐκείνου γὰρ τὸ πᾶν, καὶ οὐδὲν ἡμέτερον.

« Οὐ γάρ ἐσμεν, ὡς πολλοὶ, καπηλεύοντες τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ. » Τοὺς ψευδαποστόλους ἐνταῦθα δηλοῖ [48], οἳ τὴν τοῦ Θεοῦ χάριν οἰκεῖον ἔφασκον κατόρθωμα · καί φησιν, ὅτι Διὰ τοῦτο εἶπον · « Τίς ἱκανός; » καὶ τῷ Θεῷ τὸ πᾶν ἀνέθηκα, διότι οὐκ εἰμὶ, ὡς οἱ ψευδαπόστολοι, καπηλεύων καὶ νοθεύων τὴν δωρεὰν τοῦ Θεοῦ. Αἰνίττεται δὲ αὐτοὺς καὶ τὴν διδασκαλίαν δολοῦντας τοῖς τῆς ἔξω σοφίας σοφίσμασι, καὶ χρημάτων πωλοῦντας, ὅπερ δωρεὰν ἔδει διδόναι. Ἀλλ' οὐχ ἡμεῖς τοιοῦτοι. Ἐπάγει τοίνυν ·

« Ἀλλ' ὡς ἐξ εἰλικρινείας, ἀλλ' ὡς ἐκ Θεοῦ, κατενώπιον τοῦ Θεοῦ ἐν Χριστῷ λαλοῦμεν. » Τουτέστιν, ἐκ καθαρᾶς καὶ ἀδόλου γνώμης, καὶ ὡς ἐκ Θεοῦ ἔχοντες ἃ λαλοῦμεν, καὶ οὐχ ὡς οἰκοθεν αὐτοὶ κατορθοῦντες. Καὶ « ἐν Χριστῷ · » οὐκ ἐν τῇ ἡμετέρᾳ σοφίᾳ, ἀλλὰ τῇ παρ' ἐκείνου δυνάμει [49] ἐνηχούμενοι. Τὸ δὲ, « Ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ, » εἶπεν, ἵνα δείξῃ τὸ εὐθὲς τῆς καρδίας καὶ εὐπαρρησίαστον. Τοσοῦτον γὰρ ἡ καρδία ἡμῶν ἐστι καθαρὰ, φησὶν, ὥστε τῷ Θεῷ αὐτὴν ἐμφανίζομεν.

A aurum illuminat clariusque reddit, spinas vero uri et absumit.

« Et ad hæc quis idoneus? » Quia magna dixerat, nimirum, « Bonus odor sumus, » et « Triumphamur, » rursus ad moderatam animi sententiam redit : Ad hæc, inquiens, nostra imbecillitas non sufficiebat sine potentia Dei ; illius enim totum hoc est quod agimus, nihilque nostrum est.

Vers. 17. « Non enim sumus, ut multi, cauponantes verbum Dei. » Pseudapostolos hic notat, qui Dei gratiam suum esse opus affirmabant : ac Propterea, inquit, dixi, « Quis est idoneus? » ac, Deo totum retuli acceptum, quod non sum sicut pseudapostoli, cauponans et adulterans verbum B Dei. Innuit autem, quod ipsi Evangelii etiam doctrinam depravent humanæ sapientiæ ratiocinationibus ac pecunia divendere conentur, quod gratis impertiendum erat. Verum nos non sumus hujusmodi. Infert igitur :

« Sed tanquam ex sinceritate, sed tanquam ex Deo, ante conspectum Dei in Christo loquimur. » Hoc est, ex pura minimeque **256** fallaci mente, ac veluti ex Deo habentes ea quæ loquimur, et non veluti per nos ipsi quidquam transigamus. « Et in Christo : » non per nostram sapientiam, verum illius potentia imbuti et instituti. « Ante conspectum » autem « Dei » dixit, ut cordis sui rectitudinem et libertatem ostendat. Adeo enim cor nostrum purum est, ut et Deo ipsum indicemus. C

ΚΕΦΑΛ. Γ'.

« Ἀρχόμεθα πάλιν ἑαυτοὺς συνιστάνειν; » Ἐπειδὴ μεγάλα περὶ ἑαυτοῦ ἐφθέγξατο, φησίν · Ἴσως τις ἐρεῖ · Τί τοῦτο, ὦ Παῦλε; ἐπαίρεις σεαυτὸν ταῦτα λέγων περὶ σεαυτοῦ. Ταύτην οὖν τὴν ἀντίθεσιν λύει διὰ τῶν ἑξῆς ·

« Εἰ μὴ χρῄζομεν, ὥς τινες, συστατικῶν ἐπιστολῶν πρὸς ὑμᾶς, ἢ ἐξ ὑμῶν συστατικῶν, » Τοῦτο μετὰ βαρύτητος λέγει, πληκτικώτερον ποιῶν τὸν λόγον · αἰνίττεται δὲ τοὺς ἀποστόλους [50] τοὺς ψευδεῖς, οἳ μὴ ἔχοντες ἐκ τῶν οἰκείων ἔργων γνωρίζεσθαι, D συστατικὰς ἐπιστολὰς πλάττοντες, διεκόμιζον οἷς ἂν ἤθελον, διὰ τούτων συνιστώμενοι καὶ γνωριζόμενοι. Ὃ τοίνυν λέγει βαρυνόμενος, τοῦτό ἐστιν · Εἰ μὴ ἄρα τις εἴπῃ, ὅτι δεῖ ἡμᾶς συστατικὰς ἐπιστολὰς ἐπιφέρεσθαι πρὸς ὑμᾶς, ἵνα δι' αὐτῶν γνωρισθῶμεν, ἢ πάλιν ἐξ ὑμῶν πρὸς ἄλλους; Εἶτα ἐνδιαθέτως ἐπάγει ·

« Ἡ Ἐπιστολὴ ἡμῶν ὑμεῖς ἐστε ἐγγεγραμμένη ταῖς καρδίαις ἡμῶν, γινωσκομένη καὶ ἀναγινωσκομένη ὑπὸ πάντων ἀνθρώπων. » Ὅπερ ἂν ἐποίησε, φησὶ, τὰ γράμματα συνιστῶντα ἡμᾶς, καὶ αἰδεσίμους ποιοῦντα, τοῦτο ὑμεῖς ποιεῖτε, καὶ ὁρώμενοι, καὶ ἀκουόμενοι · καὶ ὅπου ἂν ἐπέλθωμεν, περιφέρομεν ὑμᾶς · ἐν τῇ καρδίᾳ γὰρ ἐγγεγραμμένους

CAPUT III.

Vers. 1. « Incipimus iterum nosmetipsos commendare? » Quandoquidem magna de seipso locutus erat, ait, Aliquis fortasse dicere poterat Quid hoc, o Paule? hæc de teipso dicens, teipsum effers. Hanc igitur objectionem per sequentia diluit.

« Num egemus, ut nonnulli, commendatitiis litteris ad vos, aut ex vobis commendatitiis? Hoc cum acerbitate loquitur, sermonem suum asperiorem reddens. Pseudapostolos autem innuit, qui cum propriis suis operibus non possent inclarescere, commendatitias fingentes epistolas, ad quoscunque vellent perferebant, quibus ita commendabantur et innotescebant. Quod igitur cum acerbitate dicit, est hujusmodi : Num igitur dicat aliquis, quod oporteat nos epistolas commendatitias afferre ad vos, ut per ipsas vobis manifestemur, aut rursum ex vobis ad alios? Deinde ex affectu apposite subdit :

Vers. 2. « Epistola nostra vos estis scripta in cordibus nostris, quæ cognoscitur et legitur ab hominibus omnibus. » Quod fecissent, inquit, litteræ commendantes nos et venerabiles reddentes, hoc ipsum vos facitis, dum alii vos vident, et de vobis audiunt; et quocunque profecti fuerimus, vos circumferimus : nam cordi nostro inscriptos gestamus, omni-

Variæ lectiones.

[48] φησὶν O. [49] σοφίᾳ O. [50] ψευδαποστόλους O.

bus denuntiantes virtutem vestram. Proinde cum vos habeam epistolam me aliis commendantem, non indigeo aliorum epistolis a vobis, per quas innotescam ignorantibus me. Porro cum vos in mente mea sitis, non opus habeo ut quidam alii me vobis prædicent. Ad ignotos enim commendatitiis litteris opus est, non ad cognitos. Vos autem ita menti meæ inscripti estis, ut excidere non possitis. Hic autem testimonium dicit non solum eorum charitati, verumetiam operibus. Ut qui sufficientes fuerint cunctis mortalibus præceptoris sui dignitatem commonstrare. Discipulorum namque virtus præceptorem ornat.

VERS. 3. « Manifestati quod estis epistola Christi. » Qua ratione? Quod lex Christi et mandata ejus, litterarum instar, apud vos maneant et custodiantur.

« **257** Ministrata a nobis, inscripta non atramento, sed Spiritu Dei viventis : non tabulis lapideis, sed tabulis cordis carneis. » Occasione apprehensa comparandi legem cum Evangelio, orditur hinc, inquiena : Quemadmodum Moses minister fuit legis, sic et nos vestræ in verbum fidei ministri exstitimus. Et perinde ut is tabulas lapideas incidit, sic et nos vestra corda. Lex porro atramento scribebatur; Evangelium autem in vobis per Spiritum scriptum est. Quanto igitur intervallo Spiritus ab atramento distat, et cor a lapide, tanto et Novum Testamentum a lege discrepat. Quod vero ait, « in tabulis cordis carneis, » sic lege per hyperbaton, « in tabulis carneis : » deinde adjice quod per medium impositum est, « hoc est « cordis. » Aut quia corda sunt lapidea, induratorum nimirum, eam ob rem credentium corda carnea esse dixit, quippe quæ sunt capacia verbi.

VERS. 4,5. « Fiduciam autem habemus talem per Christum ad Deum, non quod sufficientes simus cogitare aliquid a nobis, quasi ex nobis ipsis. » Quia commonstravit Novum Testamentum Vetere esse majus, consequens autem erat ratiocinari, quod et nos deinceps apostoli Novi Testamenti ministri majores sumus Mose, qui Veteri Testamento inserviit : id autem arrogans esse videbatur : Nihil, inquit, nostrum, sed fiducia nostra, id est gloriatio nostra, per Christum est ad Deum. Christus enim nobis est in causa cur in Deo gloriemur, nihilque plane nostrum est, ne minimum quidem. Hoc enim indicat, cum ait : « Non sumus sufficientes cogitare aliquid veluti ex nobisipsis. »

VERS. 6. « Sed sufficientia nostra ex Deo est, qui et nos idoneos fecit ministros Novi Testamenti. » Potentia, inquit, nostra ex Deo est : ipse enim idoneos nos reddidit, hoc est roboravit, idoneos fecit ministros magnæ ac divinæ hujusce rei, nempe Novi Testamenti.

ἔχομεν, καὶ πᾶσιν ὑποδεικνύομεν τὴν ὑμετέραν ἀρετήν. Ὥστε ἐπειδὴ ὑμᾶς ἔχω ἐπιστολὴν συνιστῶσάν με πρὸς ἄλλους, οὐ δέομαι ἄλλων ἐπιστολῶν παρ' ὑμῶν [51], ἵνα δι' ἐκείνων γνωρισθῶ τοῖς ἀγνοοῦσί με. Ἀλλὰ καὶ ἐπειδὴ ἐν τῇ διανοίᾳ μού ἐστε, οὐ δέομαι ἵνα με συστήσωσιν ἄλλοι τινὲς πρὸς ὑμᾶς. Πρὸς γὰρ τοὺς ἀγνῶτας δεῖταί τις γραμμάτων, οὐ πρὸς τοὺς εἰδότας · ὑμεῖς δὲ ἐν τῇ διανοίᾳ μού ἐστε ἐγγεγραμμένοι, ὥστε μηδὲ ἀποπεσεῖν δύνασθαι. Ἐνταῦθα δὲ μαρτυρεῖ αὐτοῖς οὐ μόνον ἀγάπην, ἀλλὰ καὶ κατορθώματα · εἴ γε ἱκανοὶ ἦσαν δεικνύειν πᾶσιν ἀνθρώποις τοῦ διδασκάλου τὸ ἀξίωμα. Τῶν γὰρ μαθητῶν ἡ ἀρετὴ, τὸν διδάσκαλον κοσμεῖ.

« Φανερούμενοι, ὅτι ἐστὲ ἐπιστολὴ Χριστοῦ. » Πῶς; Τῷ τὸν νόμον τοῦ Χριστοῦ, καὶ τὰς ἐντολὰς αὐτοῦ, γραμμάτων δίκην μένειν παρ' ὑμῖν καὶ φυλάττεσθαι.

« Διακονηθεῖσα ὑφ' ἡμῶν, ἐγγεγραμμένη οὐ μέλανι, ἀλλὰ Πνεύματι Θεοῦ ζῶντος, οὐκ ἐν πλαξὶ λιθίναις, ἀλλ' ἐν πλαξὶ καρδίας σαρκίναις. » Ἀφορμῆς δραξάμενος τοῦ τὸν νόμον συγκρῖναι πρὸς τὸ Εὐαγγέλιον, ἄρχεται ἐντεῦθεν, καί φησιν, ὅτι Ὥσπερ ὁ Μωσῆς διάκονος τοῦ νόμου ἐγένετο, οὕτω καὶ ἡμεῖς τῆς ὑμετέρας εἰς τὸ κήρυγμα πίστεως διάκονοι ἐγενόμεθα · καὶ ὥσπερ ἐκεῖνος τὰς πλάκας ἐλάξευσεν, οὕτω καὶ ἡμεῖς τὰς ὑμετέρας καρδίας. Καὶ ὁ μὲν νόμος μέλανι ἐγράφη · τὸ δὲ Εὐαγγέλιον ἐν ὑμῖν Πνεύματι γέγραπται. Ὅσῳ οὖν διαφέρει Πνεῦμα μέλανος, καὶ καρδία λίθου, τοσούτῳ καὶ ἡ Καινὴ τοῦ νόμου. Τὸ δὲ, « Ἐν πλαξὶ καρδίας σαρκίναις, » οὕτως ἀνάγνωθι καθ' ὑπερβατόν · « Ἐν πλαξὶ σαρκίναις · » εἶτα διὰ μέσου, τουτέστι, « Καρδίας. » Ἢ καὶ ἐπειδὴ καρδίαι εἰσὶ λίθιναι αἱ τῶν πεπωρωμένων, διὰ τοῦτο τὰς τῶν πιστῶν καρδίας σαρκίνας εἶπεν, ὡς δεκτικὰς τοῦ λόγου.

« Πεποίθησιν δὲ τοιαύτην ἔχομεν διὰ τοῦ Χριστοῦ πρὸς τὸν Θεόν · οὐχ ὅτι ἱκανοί ἐσμεν ἀφ' ἑαυτῶν λογίσασθαί τι, ὡς ἐξ ἑαυτῶν. » Ἐπειδὴ ἔδειξε τὰ τῆς Νέας μείζω τῶν τῆς Παλαιᾶς · ἀκόλουθον δὲ ἦν συλλογίσασθαι, ὅτι Καὶ ἡμεῖς λοιπὸν οἱ ἀπόστολοι, οἱ διάκονοι τῆς Νέας, μείζονές ἐσμεν Μωσέως, τοῦ διακονήσαντος τῇ Παλαιᾷ· ἐδόκει δὲ τοῦτο ἀλαζονείας · φησὶν, ὅτι Οὐδὲν ἡμέτερον, ἀλλ' ἡ πεποίθησις ἡμῶν, τουτέστι τὸ καύχημα ἡμῶν, διὰ τοῦ Χριστοῦ ἐστι πρὸς τὸν Θεόν. Ὁ γὰρ Χριστὸς αἴτιος ἡμῖν τοῦ ἐν Θεῷ καυχᾶσθαι, καὶ οὐδὲν ἡμέτερον, οὐδὲ τὸ ἐλάχιστον. Τοῦτο γὰρ δηλοῖ διὰ τοῦ εἰπεῖν · « Οὐ γάρ ἐσμεν ἱκανοὶ λογίσασθαί τι ὡς ἐξ ἑαυτῶν. »

« Ἀλλ' ἡ ἱκανότης ἡμῶν ἐκ τοῦ Θεοῦ, ὃς καὶ ἱκάνωσεν ἡμᾶς διακόνους Καινῆς Διαθήκης. » Ἡ δύναμις, φησὶν, ἡμῶν ἐκ Θεοῦ ἐστιν · αὐτὸς γὰρ ἱκάνωσεν ἡμᾶς, τουτέστιν ἐνεδυνάμωσεν, ἐπιτηδείους εἰργάσατο διακόνους τοῦ μεγάλου τούτου καὶ θείου πράγματος τῆς Καινῆς Διαθήκης.

Variæ lectiones.

[51] πρὸς ὑμᾶς ο.

« Οὐ γράμματος, ἀλλὰ Πνεύματος. » Καὶ ὁ νόμος μὲν πνευματικὸς ἦν, τουτέστιν, ὑπὸ Πνεύματος δοθείς· οὐ μὴν Πνεῦμα ἐχορήγει, ὡς ἡ Καινή. Τοῦτο οὖν λέγει, ὅτι Ἡμεῖς « οὐ γράμματος » ἐπιστεύθημεν, ὡς ὁ Μωσῆς, « ἀλλὰ Πνεύματος » χορηγίαν. Καὶ γὰρ οὐ μόνον πνευματικὰ καὶ [52] θεῖα ἐδίδασκον οἱ ἀπόστολοι, ἀλλὰ καὶ τὰς χεῖρας ἐπιτιθέντες, Πνεῦμα ἐδίδοσαν.

« Τὸ γὰρ γράμμα ἀποκτείνει, τὸ δὲ Πνεῦμα ζωοποιεῖ. » Ὁ νόμος, φησὶν, ἐὰν λάβῃ τινὰ ἁμαρτόντα κατὰ τὸ δοκοῦν ἐλάχιστον, ὡς τὸν τὰ ξύλα ἐν Σαββάτῳ συλλέξαντα, ἀναιρεῖ· τὸ δὲ ἅγιον Πνεῦμα, τοὺς μυρία κακὰ πεπλημμεληκότας ὑποδεχόμενον, ἐν τῇ κολυμβήθρᾳ τοῦ βαπτίσματος δικαιοῖ, καὶ νενεκρωμένους τῇ ἁμαρτίᾳ ζωοποιεῖ.

« Εἰ δὲ ἡ διακονία τοῦ θανάτου ἐν γράμμασιν ἐντετυπωμένη ἐν λίθοις ἐγενήθη ἐν δόξῃ. » Διδάξας ἐν τοῖς ἄνω τὴν διαφορὰν τῆς Νέας ὡς πρὸς τὴν Παλαιὰν, τῷ ἐκείνην μὲν ἐν μέλανι, ταύτην δὲ ἐν Πνεύματι γεγράφθαι· κἀκείνην ἐν λίθοις, ταύτην δὲ ἐν καρδίαις· καὶ ἀποκτείνειν μὲν ἐκείνην, ταύτην δὲ ζωοποιεῖν· νῦν βούλεται δεῖξαι, ὅτι καὶ ἡ δόξα τοῦ Εὐαγγελίου μείζων. Ἐπεὶ δὲ ὁ νόμος αἰσθητὴν δόξαν ἔσχε, τὴν τοῦ προσώπου Μωσέως· ἡ δὲ Καινὴ, νοητὴν, ἣν οὐδεὶς αἰσθητῶς ὁρᾷ· ἀπὸ λογισμοῦ [53] τὴν ὑπεροχὴν τῆς τοῦ Εὐαγγελίου δόξης δείκνυσι, καί φησιν, ὅτι ὁ νόμος διάκονος ἦν θανάτου. Οὐκ εἶπε δὲ, Ποιητικὸς, ἵνα μὴ δῷ χώραν τοῖς αἱρετικοῖς, ἀλλ', Ὑπουργός. Ἡ γὰρ ἁμαρτία ἦν ποιητικὴ θανάτου, οὗτος δὲ τὴν κόλασιν ἐπῆγεν. Ἀλλὰ καὶ γράμματα μόνα ἦν, οὐ βοήθειάν τινα παρέχων τοῖς ἀγωνιζομένοις, ὅπερ ἐπὶ τοῦ βαπτίσματος γίνεται, ἀλλὰ καὶ τὰς τιμωρίας ἀνεξαλείπτους ὑποδεικνύων. Ἐν λίθοις γὰρ, φησὶν, ἐντετυπωμένη ἦν ἡ διακονία τοῦ θανάτου αὕτη. Εἰ τοίνυν ὁ νόμος τοιοῦτος ὢν, ἐγενήθη ἐν δόξῃ, πόσῳ μᾶλλον ἡ χάρις, ἡ ἀσυγκρίτως ὑπερέχουσα;

« Ὥστε μὴ δύνασθαι ἀτενίσαι τοὺς υἱοὺς Ἰσραὴλ εἰς τὸ πρόσωπον Μωσέως, διὰ τὴν δόξαν τοῦ προσώπου αὐτοῦ, τὴν καταργουμένην. » Κατηγορεῖ λεληθότως τῶν Ἰουδαίων. Οὕτω γὰρ, φησὶν, ἦσαν παχεῖς, ὡς μηδὲ αἰσθητὴν δόξαν δύνασθαι ὁρᾷν. Οὐκ εἶπε δὲ, ὅτι ὁ νόμος καὶ αἱ πλάκες εἶχον τὴν δόξαν, ἀλλὰ τὸ Μωσέως πρόσωπον· ὁ γὰρ Μωσῆς ἦν ἔνδοξος, οὐχ αἱ πλάκες τοῦ νόμου. Ἀλλὰ καὶ αὐτὴν τὴν δόξαν τοῦ Μωσέως καθαιρεῖ, καταργουμένην λέγων ταύτην, ἀντὶ τοῦ, παυομένην. Ὅρα δὲ, ὅτι οὐκ εἶπε, Τὴν πονηρὰν, ἀλλὰ, Τὴν τέλος λαμβάνουσαν, καὶ ἀργοῦσαν.

« Πῶς οὐχὶ μᾶλλον ἡ διακονία τοῦ Πνεύματος ἔσται ἐν δόξῃ; » Ὥσπερ εἶπε τὸν νόμον διακονίαν θανάτου, ἀκόλουθον ἦν εἰπεῖν τὸ Εὐαγγέλιον διακονίαν ζωῆς· ὃ δὲ τὸ μεῖζον εἶπε, « Πνεύματος. » Ἡ γὰρ Καινὴ Διαθήκη χορηγίαν ἔχει οὐ ζωῆς μόνον, ἀλλὰ τὸ μεῖζον, καὶ Πνεύματος, τοῦ τὴν ζωὴν χο-

A « Non litteræ, sed Spiritus. » Lex quidem spiritualis est, hoc est a Spiritu data : non tamen Spiritum suppeditabat, ut Novum. Hoc igitur dicit : Nobis non litteræ sicut Moysi, sed Spiritus suppeditatio commissa est. Etenim non tantum spiritualia et divina docebant apostoli, verumetiam manum imponentes, Spiritum dabant.

« Littera enim occidit, Spiritus autem vivificat. » Lex, inquit, si acceperit quempiam peccantem, etiam in eo quod minimum videretur, veluti qui in Sabbato ligna collegisset, eum tollit e medio. Spiritus autem sanctus eos qui innumera flagitia commiserunt suscipiens, in lavacro baptismatis justificat mortuosque peccato vivificat.

258 Vers. 7. « Quod si ministratio mortis litteris B deformata in lapidibus fuit in gloria. Cum supra docuisset discrimen Novi et Veteris Testamenti, quod illud quidem atramento, hoc vero Spiritu scribitur : et illud quidem in lapidibus, hoc vero in cordibus scribatur : tum quod illud occidat, hoc vero vivificet : nunc ostendere vult, quod gloria quoque Evangelii major sit. Quia vero lex gloriam sensibilem habuit, illam scilicet quæ in vultu Mosis renitebat, Novum vero Testamentum intellectualem, quam nemo sensibiliter videt; a ratiocinatione excellentiam evangelicæ gloriæ ostendit, inquiens, Lex ministra erat mortis. Non dixit autem Factrix mortis, ne det locum hæreticis, sed, Adjutrix. Peccatum namque mortem faciebat; lex autem pœnam induxit. Præterea litteræ tantum lex fuit, non C auxilium præstans certantibus, quod fit in baptismate, sed et supplicia indelebilia subindicans. Lapidibus enim impressum fuit hoc mortis ministerium. Si igitur lex, cum hujusmodi sit, fuit in gloria, quanto potius gratia, quæ illam incomparabiliter excellit?

« Ita ut non possent defigere oculos filii Israelis in faciem Moysi propter gloriam vultus ejus quæ aboletur. » Clanculum Judæos accusat. Adeo namque rudes, inquit, fuerunt, ut neque sensibilem gloriam intueri possent. Non dixit autem, quod lex et tabulæ habuerint gloriam, sed vultus Mosis. Moses enim celebris erat, non tabulæ legis. Quinetiam ipsam Mosis gloriam tollit, abolitam illam dicens, hoc est quiescentem. Vide autem quomodo non D dixerit, pravam, sed, finem accipientem et cessantem.

Vers. 8. « Quomodo non magis ministratio Spiritus erit in gloria? » Quemadmodum legem dixerat ministerium mortis, ita consequens erat dicere, Evangelium esse ministerium vitæ : at quod majus est dixit, nimirum, « Spiritus. » Novum enim Testamentum suppeditandi facultatem habet, non

Variæ lectiones.

[52] τινὰ O. [53] συλλογισμοῦ O.

vitam modo, sed quod majus est, Spiritum quoque ipsum qui vitam suppeditat. Hoc igitur multo celebrius erit lege.

ρηγοῦντος. Πολλῷ οὖν μᾶλλον αὕτη ἔσται ἐν δόξῃ, ἥπερ ὁ νόμος.

VERS. 9. « Nam si ministratio damnationis est gloria, multo magis abundat ministerium justitiæ in gloria. » Rursus eamdem sententiam versat. Interpretans autem quomodo dixerit. « Littera occidit, » legem ait esse ministerium condemnationis, ut punitricem peccati, non factricem : Evangelium autem, ministerium justitiæ; nam non solum a pœna et supplicio liberat, verum justificat etiam peccatores. Multo igitur magis Evangelium in gloria erit.

« Εἰ γὰρ ἡ διακονία τῆς κατακρίσεως, δόξα · πολλῷ μᾶλλον ἡ διακονία τῆς δικαιοσύνης περισσεύει ἐν δόξῃ. » Πάλιν τὸ αὐτὸ νόημα [54] περιστρέφει · ἑρμηνεύων δὲ, πῶς εἶπεν, ὅτι « Τὸ γράμμα ἀποκτείνει, » φησὶ τὸν νόμον εἶναι διακονίαν κατακρίσεως, ὡς κολαστικὸν ἁμαρτίας, οὐ ποιητικόν · διακονίαν δὲ δικαιοσύνης, τὸ Εὐαγγέλιον · οὐ μόνον γὰρ ἀπολύει τῆς κολάσεως, ἀλλὰ καὶ δικαιοῖ τοὺς ἁμαρτωλούς. Πολλῷ οὖν μᾶλλον ἐν δόξῃ ἔσται τὸ Εὐαγγέλιον.

259 VERS. 10. « Etenim neque glorificatum est quod glorificatum est, in hac parte, propter excellentem gloriam. » Quid confero, inquit, Vetus et Novum Testamentum inter sese? Tanta est enim Novi excellentia, ut « in hac parte, » id est in comparatione, ne gloriam quidem habere putetur quod glorificatum est, Vetus nimirum Testamentum, propter supereminentem Novi gloriam. Etiamsi enim lex glorificata est per seipsam, propter excellentiam tamen gloriæ Evangelii ingloria videtur. Animadverte autem quod vel per hoc, Vetus Testamentum commendat. Comparationes enim fiunt inter cognata.

« Καὶ γὰρ οὐδὲ δεδόξασται τὸ δεδοξασμένον ἐν τούτῳ τῷ μέρει, ἕνεκεν τῆς ὑπερβαλλούσης δόξης. » Καὶ τί, φησὶ, συγκρίνω τὴν Παλαιὰν καὶ τὴν Νέαν; Τοσαύτη γὰρ τῆς Νέας ἡ ὑπεροχὴ, ὥστε α ἐν τούτῳ τῷ μέρει, » τουτέστιν ἐν τῷ συγκρίνεσθαι, οὐδὲ δόξαν ἔχειν νομισθήσεται τὸ δεδοξασμένον, τουτέστιν ἡ Παλαιὰ, διὰ τὴν ὑπερβάλλουσαν δόξαν τῆς Νέας. Καίτοι γὰρ δεδοξασμένος ὁ νόμος αὐτὸς καθ' ἑαυτὸν, ὅμως διὰ τὸ ὑπερβάλλον τῆς δόξης τοῦ Εὐαγγελίου, ἄδοξος φαίνεται. Ὅρα δὲ, ὅτι καὶ ἐν τούτῳ συνιστᾷ τὴν Παλαιάν · αἱ γὰρ συγκρίσεις ἐπὶ τῶν συγγενῶν γίνονται.

VERS. 11. « Si enim quod aboletur, per gloriam fuit, multo magis quod manet, in gloria erit. » Aliam rationem adjicit : Si enim lex quæ abolenda et abroganda erat, per gloriam data est, multo magis in gloria erit stabile ac semper duratura Novum Testamentum.

« Εἰ γὰρ τὸ καταργούμενον, διὰ δόξης · πολλῷ μᾶλλον τὸ μένον, ἐν δόξῃ. » Καὶ ἄλλον λογισμὸν προστίθησιν. Εἰ γὰρ ὁ μέλλων καταργεῖσθαι καὶ παύεσθαι νόμος, διὰ δόξης ἐδόθη · πολλῷ μᾶλλον ἐν δόξῃ ἔσται ἡ μόνιμος καὶ ἀεὶ ἰσομένη Νέα Διαθήκη.

VERS. 12. « Habentes igitur talem spem, multa fiducia utimur. » Quia ingentem quamdam gloriam Novo attribuit, qui vero istuc audiverant, tanquam infirmi, sensibilem gloriam videre cupiebant : Spem habemus, inquit. Qualem? Quod majoribus bonis honorati ac donati simus quam Moses, quotquot credimus. Hinc multa fiducia utimur erga eos quos instituimus, nihil celantes, nihil etiam prætermittentes : neque metuimus vestrum conspectum, quemadmodum Moses Judæorum. Non enim estis infirmi æque atque illi. Moses enim cum secunda vice accepisset tabulas atque a monte descenderet, faciem habebat adeo splendidam, ut Judæi neque accedere ad eum possent, neque quidquam cum eo loqui, donec vultum obvelaret [1]. Hujus historiæ Paulus hic jam meminit, et ait :

« Ἔχοντες οὖν τοιαύτην ἐλπίδα, πολλῇ παῤῥησίᾳ χρώμεθα. » Ἐπειδὴ μεγάλην τινὰ δόξαν προσεμαρτύρησε τῇ Νέᾳ · οἱ δὲ ἀκούοντες ἴσως αἰσθητὴν ἐπεθύμουν ἰδεῖν δόξαν ὡς ἀσθενεῖς · φησὶν, ὅτι Ἐλπίδα ἔχομεν. Ποταπήν; Ὅτι μειζόνων ἠξιώθημεν, ἢ ὁ Μωσῆς, πάντες οἱ πιστεύσαντες · καὶ διὰ τοῦτο πολλῇ παῤῥησίᾳ χρώμεθα πρὸς τοὺς μαθητευομένους, οὐδὲν ἀποκρυπτόμενοι, οὐδὲν ὑποστελλόμενοι · καὶ οὐ δεδοίκαμεν ὑμῶν τὰς ὄψεις, καθάπερ ὁ Μωσῆς τῶν Ἰουδαίων · οὐ γάρ ἐστε ἀσθενεῖς, ὡς ἐκεῖνοι. Ὁ γὰρ Μωσῆς, μετὰ τὸ ἐκ δευτέρου δέξασθαι τὰς πλάκας, καταβὰς ἀπὸ τοῦ ὄρους, τὸ πρόσωπον εἶχεν ἀπολάμπον, ὡς μὴ δύνασθαι τοὺς Ἰουδαίους προσιέναι αὐτῷ, καὶ διαλέγεσθαι, ἕως ὅτου ἐπέθηκε κάλυμμα τῷ προσώπῳ. Ταύτης τῆς ἱστορίας ἀναμιμνήσκει νῦν ὁ Παῦλος, καί φησιν ·

VERS. 13. « Et non sicut Moses ponebat velamen super faciem suam, ut non intenderent filii Israel in finem ejus quod aboletur. » Id est, non est opus nos contegi, perinde ac Moses se contegebat. Potestis enim vos aspicere gloriam hanc quam nos habemus, gloriam dico Evangelii, quanquam illa longe clariorem : hoc est, potestis intelligere my-

« Καὶ οὐ καθάπερ Μωσῆς ἐτίθει κάλυμμα ἐπὶ τὸ πρόσωπον αὐτοῦ, πρὸς τὸ μὴ ἀτενίσαι [55] τοὺς υἱοὺς Ἰσραὴλ εἰς τὸ τέλος τοῦ καταργουμένου. » Τουτέστιν, Οὐ χρεία καλύπτεσθαι ἡμᾶς καθάπερ τὸν Μωσῆν · δυνατοὶ γὰρ ἰδεῖν ὑμεῖς τὴν δόξαν ταύτην, ἣν ἡμεῖς ἔχομεν, τὴν τοῦ Εὐαγγελίου, καίτοι λαμπροτέραν οὖσαν ἐκείνης · τουτέστι, Δύνασθε νοεῖν τὰ μυστή-

[1] Exod. XXXIV, 34.

Variæ lectiones.

[54] ὄνομα O. [55] δύνασθαι O.

ρια τοῦ Θεοῦ [56], ἦγουν τὸ Εὐαγγέλιον, καὶ οὐ δεόμεθα ἀποκρύπτειν ταῦτα ὑμῖν, ὥσπερ τινὶ καλύμματι, τῇ ἀσαφείᾳ. Οἱ δὲ Ἰσραηλῖται παχεῖς ὄντες, οὐκ ἠδύναντο ἰδεῖν, ὅτι τέλος ἔχει ὁ νόμος, καὶ ὅτι καταργηθήσεται· τὸ γὰρ κάλυμμα τὴν παχεῖαν αὐτῶν διάνοιαν δηλοῖ [57], ὡς ἐξῆς μαθήσῃ. Τινὲς δὲ οὕτως ἐνόησαν, ὅτι αὐτὸ τοῦτο τὸ μὴ δύνασθαι ἐκείνους ἀτενίσαι, ἐδείκνυε τὴν δόξαν τέλος ἔχουσαν. Μὴ ὁρωμένη γὰρ, οὐδὲ δόξα ἦν· καὶ οὕτως ἐδηλοῦτο, ὅτι ὀλιγοχρόνιος ἔσται, ἐκ τοῦ μηδὲ δόξαν φαίνεσθαι.

A steria Dei, nempe Evangelium, neque opus est ea vobis obscuritate tanquam velamine quopiam occultare. Israelitæ autem, utpote rudes, non poterant videre quod finem habitura erat lex, quodque abroganda foret. Velum enim pinguem necnon crassam eorum mentem significat, ut infra disces. Nonnulli vero ita intellexerunt, quod illud ipsum, quod vultum ejus intueri non potuerunt, ostenderet gloriam istam finem habere. Cum enim non videretur, gloria non erat : atque hac ratione significabatur eam non diu duraturam, quandoquidem ne gloria quidem appareret.

« Ἀλλ' ἐπωρώθησαν τὰ νοήματα αὐτῶν· ἄχρι γὰρ τῆς σήμερον τὸ αὐτὸ κάλυμμα ἐπὶ τῇ ἀναγνώσει τῆς Παλαιᾶς Διαθήκης μένει, μὴ ἀνακαλυπτόμενον, ὅ τι ἐν Χριστῷ καταργεῖται. » Ἐπωρώθη, φησὶν ὁ νοῦς αὐτῶν, καὶ διὰ τοῦτο οὔτε οἱ τότε ἔβλεπον, οὔτε οἱ νῦν, ὡς πεπωρωμένοι, καὶ τὸ αὐτὸ κάλυμμα ἔχοντες ἐν τῷ προσώπῳ τοῦ Μωσέως, τουτέστιν ἐν τῇ ἐπιπολαίῳ ἀναγνώσει τοῦ νόμου [58] (Μωσέα γὰρ τὸν νόμον ὀνομάζει Χριστὸς, ὡς τὸ, « Ἔχουσι Μωσέα καὶ τοὺς προφήτας »), καὶ οὐδὲ ἀνακαλύπτεται αὐτοῖς, οὐδὲ διαγινώσκεται, ὅτι ὁ Χριστὸς ἔμελλε καταργῆσαι τὴν Παλαιάν. Ὥστε τῆς αὐτῶν γνώμης τὸ πταῖσμα· ἡ γὰρ πώρωσις, γνώμης ἁμάρτημα. Μὴ τοίνυν, φησὶ, θαυμάζετε, εἰ μὴ δύνανται ἰδεῖν τὴν δόξαν τοῦ Χριστοῦ [59], καὶ πιστεῦσαι οἱ Ἰουδαῖοι· οὐδὲ γὰρ τὴν τοῦ νόμου, τὴν ἐλάττονα, ἠδύναντο ἰδεῖν. Εἰ γὰρ ἐκείνην εἶδον, πάντως ἂν καὶ τὴν τοῦ Χριστοῦ. Δόξα γὰρ νόμου τὸ πρὸς τὸν Χριστὸν ἐπιστρέψαι. Ποῦ δὲ εἶπεν ὅτι ὁ νόμος [60] ἐν Χριστῷ μέλλει καταργηθῆναι; Καὶ ἐν τῷ, « Προφήτην ὑμῖν ἀναστήσει Κύριος ὁ Θεός· αὐτοῦ ἀκούσεσθε κατὰ πάντα. » Ὥστε ἐπεὶ προσετάσσοντο αὐτοῦ ἀκοῦσαι, αὐτὸς δὲ καὶ τὰ Σάββατα παρέλυσε, καὶ τὴν περιτομὴν, καὶ τἄλλα ἅπαντα· ὁ νόμος ἄρα προσέτασσε τὴν οἰκείαν κατάλυσιν. Ἀλλὰ καὶ ἐν τῷ τὰς θυσίας προστάξαι γίνεσθαι μὲν ἐν ἑνὶ ναῷ, τοῦτον δὲ αὐτὸν πάλιν καθελεῖν, οὐ τὰς θυσίας ἀνῄρει παντελῶς [61]; Καὶ, « Σὺ ἱερεὺς εἰς τὸν αἰῶνα κατὰ τὴν τάξιν Μελχισεδέχ· » καὶ, « Θυσίαν καὶ προσφορὰν οὐκ ἠθέλησας. » Ταῦτα γὰρ πάντα λύσις τοῦ νόμου.

260 Vers. 14. « Sed obtusi sunt sensus eorum, Nam in hodiernum usque diem idem velamen in B lectione Veteris Testamenti manet non revelatum, quod in Christo aboletur. « Excæcata est, inquit, mens eorum : ac propterea neque qui tum vixere videbant, neque qui hodie supersunt cernunt : quippe excæcati sint, idemque velamentum habeaut in facie Mosis, |hoc est, in superficiali lectione legis. Nam Mosen Christus legem nominat, ut in eo loco : « Habent Mosen et prophetas [k]. » Neque revelatur eis, neque dignoscitur, quod Christus esset antiquaturus Vetus Testamentum. Itaque mentis eorum error est : siquidem excæcatio mentis est peccatum. Ne igitur mirum sit vobis, inquit, si non possint intueri in gloriam Christi, et credere Judæi : neque enim gloriam legis, quæ minor erat, conspicere poterant. Si enim legis gloriam vidissent, C Christi etiam gloriam vidissent. Gloria enim legis est, ad Christum converti. Ubi autem dixit, quod lex per Christum sit abroganda? Illic ubi ait : « Prophetam vobis excitabit Dominus Deus [l] : ipsum per omnia audietis. » Itaque cum juberentur ipsum audire, ipse vero et Sabbata dissolveret, et circumcisionem aliaque omnia : lex igitur imperabat propriam sui dissolutionem. Insuper per hoc quod præcepit sacra fieri in uno templo, ac rursus illud ipsum destruxit, nonne sacrificia omnino auferebat? Et, « Tu es sacerdos in ætérnum, secundum ordinem Melchisedech [m]; » et, « Sacrificium et oblationem noluisti [n]. » Hac enim omnia legis sunt solutio.

« Ἀλλ' ἕως σήμερον ἡνίκα ἀναγινώσκεται Μωσῆς, κάλυμμα ἐπὶ τὴν καρδίαν αὐτῶν κεῖται. » Ἐπειδὴ ἀνωτέρω εἶπεν, ὅτι κάλυμμα ἐπὶ τῇ ἀναγνώσει τῆς Παλαιᾶς κεῖται· ἵνα μή τις νομίσῃ, ὅτι κάλυμμα λέγει τὴν τοῦ νόμου ἀσάφειαν, Οὐχὶ, φησὶν, ἀλλὰ τὴν πώρωσιν καὶ παχύτητα τῆς αὐτῶν καρδίας [62], ταύτην φημὶ κάλυμμα· ἐπεὶ καὶ ἐν τῇ ὄψει Μωσέως, οὐ δι' ἐκεῖνον ἔκειτο, ἀλλὰ διὰ τὴν τούτων παχύτητα καὶ ἀμβλυωπίαν.

Vers. 12. « Sed usque in hodiernum diem cum D legitur Moses, velamen positum est super cor eorum. » Quia supra dixerat, quod in lectione veteris legis velamen sit positum, ne quis existimet quod velamentum legis obscuritatem dicat, Haudquaquam, inquit, sed cæcitatem et crassitudinem cordis eorum, hanc dico velamentum : quandoquidem in facie Mosis, non propter ipsum, sed propter eorum crassitiem hebetudinemque visus positum erat.

« Ἡνίκα δ' ἂν ἐπιστρέψῃ πρὸς Κύριον, περιαι-

Vers. 16. « Quando autem conversus fuerit ad

[k] Luc. XVI, 29. [l] Deut. XVIII, 18. [m] Psal. CIX. 4. [n] Psal. XXXIX, 7.

Variæ lectiones.

[56] καλῶς τοῦ εὐαγγελίου O. [57] καλεῖ O. [58] τῆς παλαιᾶς διαθήκης O. [59] τοῦ Θεοῦ O. [60] ὁ νόμος ὅτι O. [61] φανερῶς O. [62] διανοίας O.

Dominum, auferetur velamen. Dominus autem Spiritus est. » Modum hic dicit quo fieri possit ut corrigantur Israelitæ : « Quando conversus fuerit ad Dominum, » inquit : hoc est, quando a lege defecerit, accesseritque spirituali Evangelio, tunc auferetur velamentum. Nam quando Moses, ut historia habet, ad Dominum convertebatur, retectus erat. Id vero futuri typus erat : nam cum conversus quispiam fuerit ad Spiritum (is enim Dominus est), tunc nudam videbit faciem legislatoris, imo ipse erit in Mosis ordine et loco, et fruetur gloria, legis gloriam, quantum dictum est, superante. **261** Hanc enim donabit Spiritus, utpote Dominus et omnipotens.

VERS. 17. « Ubi autem Spiritus Domini, ibi libertas. » In lege jugum erat et servitus : in Spiritus autem lege et Evangelio, libertas, ut citra obstaculum et libere videatur gloria Domini.

VERS. 18. « Nos vero omnes revelata facie gloriam Domini speculantes, ad eamdem imaginem transformamur, a gloria in gloriam, tanquam a Domini Spiritu. » Tanta, inquit, libertate et ingenuitate fruimur, ut omnes nos fideles, non quemadmodum unus illic Moses, retecta facie (non enim est apud credentes velamentum) gloriam Domini speculantes, ad eamdem imaginem transformemur, hoc est, eamdem gloriam recipiamus, et tanquam speculum, splendorem recipientes ac rursus resplendentes. Ac quemadmodum argentum soli ex adverso positum radios quosdam et ipsum appulsu solis remittit, sic et nos in baptismate per Spiritum purgati illiusque radiis illustrati, jubar quoddam spirituale remittimus, ac transformamur ad eamdem imaginem, a gloria Spiritus ad gloriam nostram : eamque talem, qualem par est habere eum qui a Spiritu Domini, qui nulli est subjectus, illustratus est. Nam cum Dominus sit, heriles etiam faces habet. Siquidem omnes fideles Spiritu sancto replentur per baptisma animaque ipsorum fulget, quandoquidem etiam Moses divinam gloriam conspicatus, transformatus est et ipse in hanc, hoc est, assumpsit et ipse fulgorem, luxitque vultus ipsius, quippe qui figura nostri esset.

CAPUT IV.

VERS. 1. « Ideo habentes hanc ministrationem, quemadmodum misericordiam consecuti sumus, non deficimus. » Quia multa ac magna dixerat, nimirum, Nos apostoli Mose majores sumus (nam si omnes, multo magis isti), curat nunc, adeoque demittit tumorem istum, Dei est, inquiens, universum. Nos enim ministri tantummodo sumus : neque illud etiam ministerium nostrum est, sed, « quemadmodum, » inquit, « misericordiam consecuti su-

A ρεῖται τὸ κάλυμμα · ὁ δὲ Κύριος τὸ Πνεῦμά ἐστι. » Λέγει νῦν τρόπον, δι' οὗ δυνατόν ἐστι διορθωθῆναι [63] τοὺς Ἰσραηλίτας. » Ὅταν ἐπιστρέψῃ πρὸς Κύριον, » φησί · τουτέστιν, Ὅταν ἀποστῇ τοῦ νόμου, καὶ προσέλθῃ τῷ πνευματικῷ Εὐαγγελίῳ, τότε περιαιρεῖται τὸ κάλυμμα. Καὶ γὰρ καὶ ἐπὶ τῆς ἱστορίας, ὅτι πρὸς τὸν Θεὸν ἐπέστρεψε Μωσῆς, ἀνακεκαλυμμένος ἦν. Τοῦτο δὲ τοῦ μέλλοντος τύπος ἦν, ὅτι ὅταν ἐπιστραφῇ τις πρὸς τὸ Πνεῦμα (τοῦτο γὰρ ὁ Κύριος), τότε γυμνὸν ὄψεται τὸ πρόσωπον τοῦ νομοθέτου · μᾶλλον δὲ αὐτὸς ἔσται ἐν τάξει Μωσέως, καὶ τῆς δόξης ἀπολαύσει τῆς ὑπερβαλλούσης τὴν τοῦ νόμου δόξαν, ὅσον εἴρηται · ταύτην γάρ σοι χαρίσεται τὸ Πνεῦμα, ὡς Κύριος καὶ παντοδύναμος.

« Οὗ δὲ τὸ Πνεῦμα Κυρίου, ἐκεῖ ἐλευθερία. » Ἐν τῷ νόμῳ ζυγὸς ἦν καὶ δουλεία · ἐν δὲ τῷ τοῦ Πνεύ- B ματος νόμῳ καὶ τῷ Εὐαγγελίῳ, ἐλευθερία, ὥστε ἀκωλύτως καὶ ἐλευθέρως βλέπειν τὴν δόξαν τοῦ Κυρίου.

« Ἡμεῖς δὲ πάντες ἀνακεκαλυμμένῳ προσώπῳ τὴν δόξαν Κυρίου κατοπτριζόμενοι, τὴν αὐτὴν εἰκόνα μεταμορφρούμεθα ἀπὸ δόξης εἰς δόξαν, καθάπερ ἀπὸ Κυρίου Πνεύματος. » Τοσοῦτον ἀπολαύομεν ἐλευθερίας καὶ εὐγενείας, φησὶν, ὥστε πάντες ἡμεῖς οἱ πιστοὶ, οὐχ ὥσπερ ἐκεῖ εἷς ὁ Μωσῆς [64], ἀνακεκαλυμμένῳ προσώπῳ (οὐ γάρ ἐστι παρὰ τοῖς πιστεύσασι κάλυμμα) τὴν δόξαν τοῦ Κυρίου [65] κατοπτριζόμενοι, τὴν αὐτὴν εἰκόνα μεταμορφρούμεθα, τουτέστι, τὴν αὐτὴν δόξαν μεταλαμβάνομεν, οἷον κάτοπτρον ὄντες καὶ δεχόμενοι τὴν λαμπρότητα, καὶ αὖθις ἀντιστίλβοντες. Καὶ ὥσπερ ἄργυρος ἄντικρυ ἡλίου C κείμενος, ἀντιπέμπει τινὰς ἀκτῖνας καὶ αὐτὸς τῇ προσβολῇ τοῦ ἡλίου· οὕτω καὶ ἡμεῖς ἐν τῷ βαπτίσματι καθαιρόμενοι διὰ τοῦ Πνεύματος, καὶ ταῖς ἐκείνου ἀκτῖσι καταυγαζόμενοι, αἴγλην τινὰ νοητὴν καὶ αὐτοὶ ἀντιπέμπομεν, καὶ μεταμορφούμεθα τὴν αὐτὴν εἰκόνα, ἀπὸ δόξης τῆς τοῦ Πνεύματος, εἰς δόξαν τὴν ἡμετέραν, καὶ τοιαύτην, οἵαν εἰκὸς ἔχειν τὸν ὑπὸ τοῦ Πνεύματος τοῦ Κυρίου, καὶ μηδενὶ ὑποκειμένου καταυγαζόμενον. Κύριος γὰρ ὢν, Δεσποτικὰς ἔχει καὶ τὰς λαμπηδόνας. Πάντες γὰρ οἱ πιστοὶ, Πνεύματος ἁγίου πληροῦνται διὰ τοῦ βαπτίσματος, καὶ λάμπει αὐτῶν ἡ ψυχή · ἐπεὶ καὶ ὁ Μωσῆς ἰδὼν τὴν θείαν δόξαν, μετεμορφώθη καὶ αὐτὸς πρὸς ταύτην, τουτέστι, μετέλαβε καὶ αὐτὸς, D καὶ ἔλαμπε τὸ πρόσωπον, τύπος ὢν ἡμῶν.

ΚΕΦΑΛ. Δ'.

« Διὰ τοῦτο ἔχοντες τὴν διακονίαν ταύτην, καθὼς ἠλεήθημεν, οὐκ ἐκκακοῦμεν. » Ἐπειδὴ πολλὰ καὶ μεγάλα εἶπεν, ὅτι Καὶ Μωσέως μείζους ἐσμὲν οἱ ἀπόστολοι (εἰ γὰρ πάντες, πολλῷ μᾶλλον οὗτοι), λοιπὸν θεραπεύει τὸν ὄγκον, καί φησιν, ὅτι τοῦ Θεοῦ ἐστι τὸ πᾶν. Ἡμεῖς γὰρ διάκονοι μόνον ἐσμὲν, καὶ οὐδὲ τοῦτο τὸ τῆς διακονίας ἡμέτερον, ἀλλὰ « καθὼς, » φησὶν, « ἠλεήθημεν · » τοῦ θείου γὰρ ἔλεους καὶ τοῦτο. Τὸ δὲ ὑπερβατὸν, « Διὰ τοῦτο οὐκ ἐκκα-

Variæ lectiones.

[63] κατορθωθῆναι. O. [64] ἐκεῖσε ὁ M. O. [65] πνεύματος, καὶ πατρὸς O.

κοῦμεν· » τουτέστι, Διότι τοιούτων ἠξιώθημεν, οὐκ ἀπαγορεύομεν πρὸς τοὺς κινδύνους, πρὸς τὰς θλίψεις, ἐπειδὴ ἅπαξ ἐλεηθέντες ἐτάχθημεν διακονεῖν.

« Ἀλλ' ἀπειπάμεθα τὰ κρυπτὰ τῆς αἰσχύνης, μὴ περιπατοῦντες ἐν πανουργίᾳ. » Τοὺς ψευδαποστόλους αἰνίττεται, οἳ ὑπεκρίνοντο πάντα. Λαμβάνοντες γὰρ κρύφα, ἐφαίνοντο μὴ λαμβάνοντες· ἅγιοι ἐδόκουν, καὶ ἀκάθαρτοι ἦσαν. Ἡμεῖς οὖν, φησὶν, ἀπειπάμεθα τὸ τοιαῦτά πράττειν, ἃ φανερούμενα καταισχύνει τὸν πράττοντα, τὰ μεθ' ὑποκρίσεως δηλαδὴ γινόμενα. Ἐπιφέρει γάρ· « Μὴ περιπατοῦντες ἐν πανουργίᾳ. » Ὥστε ταῦτά ἐστι τὰ αἰσχύνην ἐμποιοῦντα, τὰ ἐν πανουργίᾳ γινόμενα. Εἰ δὲ καὶ περὶ πράξεων αἰσχρῶν νοήσεις τοῦτο, οὐδὲν καινόν· καὶ τοιοῦτοι γὰρ οἱ ψευδαπόστολοι.

« Μηδὲ δολοῦντες τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ. » Οὐ μόνον, φησὶν, ὁ βίος ἡμῶν ἁπλοῦς ἐστι καὶ καθαρὸς, καὶ ἀπόνηρος, ἀλλὰ καὶ τὸ δόγμα καὶ ὁ λόγος ἄδολος. Οὐ γὰρ παραμίγνυμέν τι τῆς ἔξω σοφίας αὐτῷ, ἢ κολακευτικόν τι, ἢ χρήματα συλλέγομεν ἐκ τοῦ λόγου, ἢ νῦν μὲν τοῦτο, νῦν δὲ ἐκεῖνο διδάσκομεν πρὸς τοὺς καιροὺς καὶ τὰ πρόσωπα, ὡς οἱ ψευδαπόστολοι.

« Ἀλλὰ τῇ φανερώσει τῆς ἀληθείας συνιστῶντες ἑαυτοὺς πρὸς πᾶσαν συνείδησιν ἀνθρώπων ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ. » Οἱ μὲν ψευδαπόστολοι, φησὶ, συνιστῶσιν ἑαυτοὺς ταῖς ὑποκρίσεσι, καὶ τῷ φαίνεσθαι ἄλλο, ἄλλο ὄντες· ἐγὼ δὲ συνιστῶ ἐμαυτὸν « τῇ φανερώσει τῆς ἀληθείας· » τουτέστιν, αὐτοῖς τοῖς πράγμασι μάρτυσι χρώμενος· οἷον λέγω, ὅτι οὐδὲν λαμβάνω, καὶ μάρτυρας ἔχω ὑμᾶς· καὶ τὰ ἄλλα ὁμοίως. Καὶ οὕτω συνιστῶ ἐμαυτὸν πρὸς πάντας ἀνθρώπους, ἀπίστους τε καὶ πιστοὺς, τόν τε βίον μου ἀπογυμνῶν, καὶ τὸ κήρυγμα φανερὸν πᾶσι προτιθείς, ὥστε μανθάνειν αὐτό. Εἶτα ἐπειδὴ δυνατὸν ἀνθρώπους λαθεῖν, φησὶν, ὅτι « Ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ, » ὃν οἱ ψευδαπόστολοι μάρτυρα ἔχειν οὐκ ἂν δέξαιντο.

« Εἰ δὲ καὶ κεκαλυμμένον ἐστὶ τὸ Εὐαγγέλιον ἡμῶν, ἐν τοῖς ἀπολλυμένοις [66] ἐστὶ κεκαλυμμένον. » Εἰπὼν ἄνω, ὅτι εἰ καὶ τοῖς Ἰσραηλίταις κάλυμμα ἐπίκειται, ἀλλ' οἱ πιστοὶ ἡμεῖς ἀνακεκαλυμμένῳ προσώπῳ ὁρῶμεν· φησὶ νῦν, ὅτι « Εἰ καὶ ἔστι κεκαλυμμένον τὸ Εὐαγγέλιον, τοῖς ἀπίστοις ἐστὶ κεκαλυμμένον. » Ὅπερ γὰρ τότε τοῖς Ἰουδαίοις ἐγίνετο πρὸς Μωσέα, τοῦτο νῦν τοῖς ἀπίστοις πρὸς τὸ Εὐαγγέλιον. Ἐκείνων δὲ τὸ ἔγκλημα, οὐ τοῦ Εὐαγγελίου· ἐπεὶ εἴ γε ἐπίστευσαν, ἑώρων ἂν καὶ αὐτοὶ ἀνακεκαλλυμένως τὴν δόξαν τοῦ Θεοῦ.

« Ἐν οἷς ὁ Θεὸς τοῦ αἰῶνος τούτου ἐτύφλωσε τὰ νοήματα τῶν ἀπίστων, εἰς τὸ μὴ αὐγάσαι αὐτοῖς τὸν φωτισμὸν τοῦ Εὐαγγελίου τῆς δόξης τοῦ Χριστοῦ. » Ἐν τοῖς ἀπολλυμένοις, φησὶ, πολλοῖς οὖσι

A mus; » divinæ enim et istuc misericordiæ est Hyperbaton autem hoc est, « Ideo non deficimus, » hoc est, quia tantis sumus dignati donatique bonis, non destituimur neque deficimus ad pericula, ad afflictiones, postquam semel misericordiam consecuti, ordinati sumus ministrare.

Vers. 2. « Sed abdicavimus occulta dedecoris, non ambulantes in astutia. » Pseudapostolos subobscure notat et intelligit hic, qui simulabant omnia. Accipientes enim **262** clanculum, videbantur non accipere : sancti in speciem cernebantur, et immundi erant. Nos vero, inquit, recusavimus talia committere, quæ cum manifestantur, perpetrantem dedecore afficiunt, nempe quæ cum hypocrisi transiguntur. Infert enim : « non ambulantes in astutia. » Proinde hæc sunt illa quæ contumeliam pariunt, quæ scilicet astutia transiguntur. Sin de turpibus actionibus istuc intelligas, nihil mirum : nam hujusmodi etiam sunt pseudapostoli.

« Neque adulterantes verbum Dei. » Non solum vita, inquit, nostra simplex est et pura et expers sceleris, verum etiam doctrina nostra et verbum fraude carent. Non enim quidquam externæ sapientiæ admiscemus ipsi, aut quidquam adulatorium, aut ex verbo pecunias colligimus : aut jam quidem hoc, jam vero illud docemus, pro temporum et personarum opportunitate, perinde ac pseudapostoli.

« Sed in manifestatione veritatis commendantes nos ipsos ad omnem conscientiam hominum coram Deo. » Pseudapostoli commendant seipsos per hypocrisin, et per hoc quod alii esse videantur, cum alii sint ; ego vero commendo meipsum « manifestatione veritatis, » hoc est, ipsis operibus pro testimonio utor : veluti dico, me nihil accipere et vos testes habeo : et sic in cæteris. Atque sic me prædico et commendo apud omnes homines, tam infideles quam fideles, cum vitam meam retegens, tum verbi prædicationem omnibus ad discendum proponens. Quia vero fieri potest ut homines fallantur, adjicit, « coram Deo, » quem pseudapostoli testem non admitterent.

Vers. 20. « Pro Christo igitur legatione fungimur, tanquam Deo exhortante per nos. Obsecramus pro Christo, reconciliamini Deo. » — « Pro Christo, » id est, Christi loco intercedimus. Quod enim ille facturus erat, nos suscepimus nunc : et quemadmodum per illum adhortabatur nos Pater, sic et nunc per nos adhortatur, ut ipsi reconciliemini. Non dixit autem, Reconciliate vobis ipsis Deum, sed, Vos ipsi reconciliemini. Vos enim hostes ejus estis, ipse vero nunquam vester : siquidem Deus et Pater est. Quasi vero Deus adversum eos deliquerit, sic per legatos intercedit, ut condonent Deo. Miram pietatis et indulgentiæ sive humiliationis magnitudinem !

Vers. 21. « Eum enim qui peccatum non noverat, pro nobis peccatum fecit, ut nos efficeremur justitia Dei in ipso. » Ne alia, inquit, omnia commemorem, quod benefactorem vestrum ignominia affecistis, quod vindictam is non exegerit, quod ipse primus potius reconciliari voluerit, nonne propter id quod nunc fecit, vos ipsi reconciliari dignum est? Quidnam istud? Quod Filium suum qui peccatum non norat, hoc est, qui ipsa justitia erat, ceu peccatorem ac sceleratum, pro nobis morti tradidit. « Maledictus enim qui pendet ex ligno [y], » et, « Cum iniquis reputatus est [z]. » Nec dixit, quod peccatorem fecerit, sed, « Peccatum, » quod majus est. Cur istuc factum? Ut nos justificemur, non ex operibus legis, sed ex gratia Dei. Hæc enim est Dei justitia, cum quis gratia justificatus fuerit, cum nullus in eo nævus, nullave macula inveniatur. Propterea enim non dixit, Ut efficiamur justi : sed, « Justitia Dei, » gratiæ excellentiam ostendens.

CAPUT VI.

Vers. « Cooperantes autem etiam exhortamur, ne in vacuum gratiam Dei recipiatis. » Cooperamur, inquit, nos et vobis et Deo : vobis quidem, ut servemini; **273** Deo autem, ut voluntatem ejus impleamus, hoc est, ut vos salvos reddamus : et Christo loco ad secundum usque adventum ejus, ac tantisper dum vixerimus, hortamur, ne in vanum suscipiatis gratiam Dei. Quid enim prodest a peccatis divina gratia liberari, deinde rursus iis per propriam socordiam impleri? Rursus enim inimicitia nascitur, et gratia Dei erga nos deinceps frustra fit. Ne igitur existimetis, quod mera fides sit reconciliatio, verum vita etiam est necessaria.

Vers. 2. « Ait enim [y-z] : Tempore accepto exaudivi te, et in diebus salutis adjuvi te. Ecce nunc tem-

[y] Deut. XXI, 3. [z] Isa. XXXIII, 12. [y-z] Isa. I, 49.

Variæ lectiones.

[81] φριχτόν m.

pus acceptabile, ecce nunc dies salutis. » Qualenam tempus acceptabile? Gratiæ, in quo est remissio peccatorum, justitiæque submministratio. Istud est acceptabile tempus, in quo nos Deus recipit, exauditque nos, et servat. Judicii enim tempore neque exaudiet, neque adjuvabit, neque servabit. In hoc itaque gratiæ tempore certare debemus; facile namque assequemur præmia.

A πρόσδεκτος, ἰδοὺ νῦν ἡμέρα σωτηρίας. » Ποῖος καιρὸς εὐπρόσδεκτος; Ὁ τῆς χάριτος, ἐν ᾧ ἄφεσις ἁμαρτημάτων, καὶ δικαιοσύνης χορηγία. Οὗτος ὁ δεκτὸς καιρὸς, ἐν ᾧ δέχεται ἡμᾶς ὁ Θεὸς, καὶ ἐπακούει ἡμῶν, καὶ σώζει. Ἐν γὰρ τῷ τῆς κρίσεως καιρῷ, οὔτε ἐπακούσεται, οὔτε βοηθήσει, οὔτε σώσει. Ἐν τῷδε τῆς χάριτος οὖν καιρῷ, ἀγωνίζεσθαι ὀφείλομεν· εὐκόλως γὰρ ἐπιτευξόμεθα τῶν βραβείων.

Vers. 3. « Nullam ulla in re dantes offensionem, ut non vituperetur ministerium nostrum. » Adhortamur, inquit, et cooperamur. Quomodo? Citra offensionem viventes. Per narrationis autem ordinem consulit, ut et ipsi illum intueantur. Sic enim, inquit, instituo vitam meam, ut nedum non accusationi, verum Ne querimoniæ quidem exiguæ, aut scandalo cuipiam locum dem, ne culpetur ministerium nostrum. Rursum non dixit, Ne accusetur, verum, Ne minimam quidem reprehensionem accipiat opus meum, et ministerium meum. Nonnulli vero sic interpretati sunt: Ne vituperium in prædicationem reflectat; hanc enim ministerium suum appellat. Me enim male vivente, prædicatio conculcabitur et vituperabitur. Clanculum autem illos quoque subindicat, quod Vobis etiam male viventibus, ad Christum et fidem blasphemia redundabit.

« Μηδεμίαν ἐν μηδενὶ διδόντες προσκοπὴν, ἵνα μὴ μωμηθῇ ἡ διακονία ἡμῶν. » Παρακαλοῦμεν, φησὶ, καὶ συνεργοῦμεν. Πῶς; Πολιτευόμενοι ἀπροσκόπως. Ἐν τάξει δὲ διηγήσεως συμβουλεύει, ἵνα καὶ αὐτοὶ πρὸς αὐτὸν ἀφορῶσιν. Οὕτω γὰρ, φησὶν, B ἀπευθύνω τὸν βίον μου, ὥστε οὐ λέγω ὅτι κατηγορίας, ἀλλ' οὐδὲ μέμψεως ψιλῆς, μᾶλλον δὲ σκανδάλου χώραν οὐ δίδωμί τινι, ἵνα μὴ μωμηθῇ ἡ διακονία ἡμῶν. Πάλιν οὐκ εἶπεν, Ἵνα μὴ κατηγορηθῇ, ἀλλ' Ἵνα μηδὲ τὸν τυχόντα μῶμον δέξηται τὸ ἔργον μου, καὶ ἡ διακονία μου [82]. Τινὲς δὲ οὕτως ἡρμήνευσαν· Ἵνα μὴ ἀναδράμῃ ὁ μῶμος εἰς τὸ κήρυγμα· τοῦτο γὰρ διακονίαν αὐτοῦ καλεῖ. Ἐμοῦ γὰρ κακῶς ζῶντος, τὸ κήρυγμα καταπατηθήσεται καὶ διαβληθήσεται. Λελῃθότως οὖν καὶ αὐτοὺς ὑπανίττεται [83], ὅτι Καὶ ὑμῶν κακῶς ζώντων, εἰς τὸν Χριστὸν καὶ τὴν πίστιν ἀναδραμεῖται ἡ βλασφημία.

Vers. 4. « Sed in omnibus exhibentes nos ipsos, tanquam Dei ministri. » Hoc majus est, non solum seipsum ab accusationibus et reprehensionibus purum facere, verum etiam hujusmodi vitam commonstrare, ut per ipsam appareat esse minister Dei. Non dixit autem, Apparentes, sed, « Exhibentes, » hoc est, demonstrantes.

« Ἀλλ' ἐν παντὶ συνιστῶντες ἑαυτοὺς, ὡς Θεοῦ C διάκονοι. » Τοῦτο μεῖζον, τὸ μὴ μόνον ἑαυτὸν κατηγοριῶν καὶ μώμων καθαρὸν ποιεῖν, ἀλλὰ καὶ τοιοῦτον βίον ἐπιδείκνυσθαι, ὥστε δι' αὐτοῦ φαίνεσθαι καὶ διάκονον Θεοῦ. Οὐκ εἶπε δὲ, Φαινόμενοι, ἀλλὰ, « Συνιστῶντες, » τουτέστιν, ἀποδεικνύντες.

« In patientia multa. » Modum dicit quo talis evasit, per patientiam videlicet : nec simpliciter, sed, « Per multam, » inquit. Non enim satis est, unum aliquid et alterum sufferre, cæterum opus est ad finem usque sustinere.

« Ἐν ὑπομονῇ πολλῇ. » Λέγει καὶ τὸν τρόπον, πῶς ἐγένετο τοιοῦτος, ὅτι διὰ τῆς ὑπομονῆς· οὐχ ἁπλῶς δὲ, ἀλλὰ καὶ « Πολλῆς. » Οὐ γὰρ ἀρκεῖ τὸ ἕν τι καὶ δεύτερον ὑπενεγκεῖν, ἀλλὰ δεῖ ἄχρι τέλους ὑπομένειν.

« In tribulationibus, in necessitatibus. » Hæc est tribulationis intensio et exaggeratio, quando inextricabilia mala fuerint, quæ hominem premunt.

« Ἐν θλίψεσιν, ἐν ἀνάγκαις. » Τοῦτο ἐπίτασις τῆς θλίψεως, ὅταν ἀδιεξόδευτα ᾖ τὰ κακὰ ἄγχοντα [84] τὸν ἄνθρωπον.

« In angustiis. » Quæ sunt a fame, vel simpliciter a tentationibus.

« Ἐν στενοχωρίαις. » Ταῖς ἀπὸ τοῦ λιμοῦ, ἢ ταῖς D τῶν πειρασμῶν ἁπλῶς.

274 Vers. 5. « In plagis et carceribus, » Quando plagæ et carceres adsint, vide quantum sit mali; siquidem vel alterum horum per se sit gravissimum.

« Ἐν πληγαῖς, ἐν φυλακαῖς. » Ὅταν καὶ πληγαὶ καὶ φυλακαὶ, ὅρα πόσον τὸ κακόν· ὅπου γε καὶ τὸ ἕτερον τούτων αὐτὸ καθ' αὑτὸ βαρύτατον.

« In seditionibus. » Hoc est, in persectionibus, quando non habuerit aliquis ubi pedem figat, de loco in locum actus.

« Ἐν ἀκαταστασίαις. » Τουτέστιν, ἐν διωγμοῖς, ὅταν μὴ ἔχῃ τις ποῦ στῇ, ἐλαυνόμενος ἐκ τόπου εἰς τόπον.

« In laboribus, in vigiliis, in jejuniis. » Cum dixisset de externis, quæ sua sunt jam hic apponit, quibus suapte sponte sese affligebat : « Laboribus, » manuum scilicet, per quos et seipsum et alios

« Ἐν κόποις, ἐν ἀγρυπνίαις, ἐν νηστείαις. » Εἰπὼν τὰ παρὰ τῶν ἔξω [85], τὰ παρ' ἑαυτοῦ προστίθησιν ἐνταῦθα, ἃ ἐκὼν ἐκακούχει ἑαυτόν. « Κόποις, » τοῖς τῶν χειρῶν, δι' ὧν καὶ ἑαυτὸν καὶ ἄλλους ἔτρεφε·

Variæ lectiones.

[82] διδασκαλία m. [83] αὐτοῖς o. [84] ἔχοντα o. [85] περὶ τῶν ἔξωθεν o.

καὶ μετὰ τούτων πάντων καὶ ἠγρύπνει καὶ ἐνήστευεν. A

« Ἐν ἀγνότητι. » Τὴν σωφροσύνην οὕτω φησὶν, ἢ τὴν ἐν πᾶσι καθαρότητα, καὶ τὸ ἀδωροδόκητον, καὶ τὸ ἀδαπάνως κηρύσσειν.

« Ἐν γνώσει. » Τουτέστιν, ἐν τῇ τοῦ Θεοῦ σοφίᾳ· ἥτις ἐστὶν ὄντως γνῶσις· οὐχὶ τῇ ἔξω, καθάπερ οἱ ψευδαπόστολοι.

« Ἐν μακροθυμίᾳ, ἐν χρηστότητι. » Ἀδαμαντίνης ψυχῆς, τὸ, πάντοθεν παροξυνόμενον καὶ κεντούμενον, οὐ μόνον μακροθυμεῖν, ἀλλὰ καὶ χρηστεύεσθαι.

« Ἐν Πνεύματι ἁγίῳ. » Δείκνυσι, πόθεν πάντα ταῦτα κατώρθωσεν· ὅτι « ἐν Πνεύματι ἁγίῳ. » Ὅτε δὲ τὰ παρ' ἑαυτοῦ ἐπεδείξατο, τότε τὴν τοῦ ἁγίου Πνεύματος βοήθειαν ἔθηκεν. Νοεῖται δὲ ὅτι καὶ ἐν χαρίσμασι πνευματικοῖς. καὶ γὰρ καὶ ἐν τούτοις δείκνυμεν ὅτι Θεοῦ ἐσμεν διάκονοι, ἅτε θαύματα ἐπιδεικνύμενοι. Ἢ ὅτι καὶ ἐν τῷ Πνεύματι τῷ ἁγίῳ προσκοπὴν οὐκ ἐδώκαμεν, τουτέστιν, ἐν τοῖς χαρίσμασι τοῦ Πνεύματος. Πολλοὶ γὰρ ἐπαιρόμενοι, ὡς οἱ τὰς γλώσσας ἔχοντες, οὐκ εἰ δέον χρῶνται τούτοις· ἀλλ' οὐχ ὅγε Παῦλος οὕτως.

« Ἐν ἀγάπῃ ἀνυποκρίτῳ. » Τοῦτο τὸ πάντων αἴτιον τῶν ἀγαθῶν, τοῦτο καὶ τὸ Πνεῦμα παρ' αὐτῷ μένειν ἐποίει.

« Ἐν λόγῳ ἀληθείας. » Τουτέστιν, οὐ δολοῦντες τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ.

« Ἐν δυνάμει Θεοῦ. » Οὐδὲν, φησὶν, ἐμὸν, ἀλλὰ πάντα ταῦτα ἐν δυνάμει Θεοῦ ἐγένοντο, ἢ καὶ ἐν σημείοις καὶ τέρασι, καὶ κολαστικῇ καὶ εὐεργετικῇ δυνάμει.

« Διὰ τῶν ὅπλων τῆς δικαιοσύνης τῶν δεξιῶν καὶ τῶν ἀριστερῶν. » Ὅπλα δικαιοσύνης ἀριστερὰ, τὰ λυπηρὰ πάντα· ὅπλα μὲν, ὡς τειχίζοντα καὶ ἐν ἀσφαλείᾳ καθιστῶντα· ἀριστερὰ δὲ, διὰ τὴν τῶν πολλῶν ὑπόληψιν. Καὶ γὰρ καὶ ὁ Κύριος ἐκέλευσεν εὔχεσθαι, μὴ εἰσελθεῖν εἰς πειρασμόν. Δεξιὰ δὲ, τὰ εὐθυμότερα. Δι' ἀμφοτέρων οὖν Παῦλος ἀμώμητος ἐδείκνυτο, οὔτε τοῖς λυπηροῖς συστελλόμενος, οὔτε τοῖς εὐθυμοτέροις ὀγκούμενος, ἀλλ' ὅπλα δικαιοσύνης ταῦτα ποιῶν [86].

« Διὰ δόξης καὶ ἀτιμίας. » Ἡρμήνευσεν ἡμῖν τὰ δεξιὰ καὶ τὰ ἀριστερὰ, ὅτι δόξα καὶ ἀδοξία. Πῶς δὲ ὅπλον δικαιοσύνης ἡ δόξα; Ὅτι πολλοὺς ἐνάγει εἰς εὐσέβειαν τὸ τιμᾶσθαι τοὺς διδασκάλους. Τί οὖν; τοῦτο κατόρθωμα Παύλου; Ναὶ, ὅτι οὐκ ἐχαυνοῦτο δοξαζόμενος· ἡ ἀδοξία δὲ ὑπομονὴν κατεργαζομένη, εὐδόκιμον αὐτὸν ἐποίει, καὶ εὐώδου τὸ κήρυγμα.

« Διὰ δυσφημίας καὶ εὐφημίας. » Καὶ τοῦτο μέγα, τὸ ὑπομεῖναι δυσφημίαν· μεγάλως γὰρ τῆς ψυχῆς καθάπτεται. Διὸ καὶ ὁ Κύριος μακαρίζει τοὺς ὑπομένοντας τὸν ὀνειδισμόν. Ἐν μὲν γὰρ τοῖς βασάνοις

alebat, cumque his omnibus et vigilavit et jejunavit.

Vers. 6. « In puritate. » Temperantiam sic appellat, vel puritatem in omnibus rebus, tum quod munerum corruptelam non admiserit, tum quod citra sumptum prædicaverit.

« In scientia. » Hoc est, in Dei sapientia, quæ est revera scientia : non externa, pseudapostolorum more.

« In longanimitate, in benignitate. » Adamantini plane animi est, si quis, cum undique exacerbetur et pungatur, non solum longanimis, verum etiam mitis sit et benignus.

« In Spiritu sancto. » Ostendit unde hæc omnia peregerit : nimirum « in Spiritu sancto. » Cum autem sua ostendisset, tum Spiritus sancti auxilium B posuit. Intelligitur etiam, pro, « in donis spiritualibus ; » per hæc enim documentum quoque damus, quod Dei simus ministri, ut qui miracula exhibeamus. Vel in Spiritu sancto nullam dedimus offensionem, hoc est, in donis Spiritus. Multi enim eorum qui efferuntur, veluti ii qui linguas habent, iis uti decet non utuntur. Paulus vero non sic.

« In charitate non ficta. » Hæc res omnium bonorum causa est : hæc et Spiritum apud eum permanere faciebat.

Vers. 7. « In verbo veritatis. » Hoc est, non depravantes verbum Dei.

« In virtute Dei. » Nihil, inquit, meum est, sed C hæc omnia in virtute et potentia Dei facta sunt, vel in signis etiam atque prodigiis et virtute, qua Deus et punit, et beneficia nobis impertit.

« Per arma justitiæ dextra et sinistra. » Arma justitiæ sinistra, tristia cuncta ; arma quidem tanquam munientia, ac in tuto nos collocantia ; sinistra vero, propter multorum opinionem. Siquidem et Dominus ipse nos orare jussit, ne ingrediamur in tentationem. Dextra vero, jucundiora. In utrisque ergo Paulus irreprehensibilis monstrabatur, ut qui neque tristibus dejiceretur, neque lætis efferretur, sed arma justitiæ hæc revera faceret.

Vers. 8. « Per gloriam et ignominiam. » Interpretatus **275** est nobis, dextra et sinistra, quod sint gloria et ignominia. Quomodo vero arma justitiæ gloria? D Quoniam multos inducit ad pietatem, honor qui defertur doctoribus. Quid inde? Hæccine Pauli virtus? Imo, quia cum gloria effectus esset, non superbiebat. Ignominia autem quæ patientiam operatur, ipsum probatum efficiebat, prædicationemque ejus felicem reddebat.

« Per infamiam et bonam famam. » Hoc quoque arduum est, infamiam sustinere : nam animum magnopere movet. Propterea Dominus eos beatos prædicat, qui opprobria ferunt [a]. In tormentis enim

[a] Psal. CXVII, 18.

Variæ lectiones.

[86] ταῦτα ὄντως ποιῶν m.

corpus cum anima partitur dolores; in contumelia vero sive infamia totum onus animæ imminet : unde et Jobo istuc cæteris plagis gravius erat. »

« Tanquam seductores et veraces. » Hoc est quod dixit, « Per ignominiam et bonam famam.

VERS. 9. « Velut ignorati et agniti. « Aliis enim adamati et cogniti erant, alii vero ipsos et novisse quidem dignati erant. Hoc autem idem est cum eo quod dixit, « Per gloriam et ignominiam. »

« Tanquam morientes, et ecce vivimus. » Hoc est, tanquam morti addicti et condemnati, ac quatenus ad mentem insidiantium pertinet, « morientes » per Dei autem potentiam « ecce vivimus. »

« Tanquam castigati, et non occisi. » Permittit, inquit, hæc Deus, ut erudiat nos et castiget. Quare etiamnum, ante futura illa præmia, non exiguum nobis a castigatione lucrum provenit. A Davide autem hoc desumptum est [b], « Castigans » enim, inquit ille, « castigavit me Dominus, et morti non tradidit me. »

VERS. 10. « Tanquam dolentes, semper autem gaudentes. » Apud exteros quidem, mœsti videmur, ait : nos vero solida voluptate perfruimur. Non enim aliquando lætamur, aliquando non, sed semper.

Tanquam egentes, multos autem locupletantes. » Divitiis tum spiritualibus tum sensibilibus multos locupletavit. Etenim omnium ædes sibi apertas habens, opulentissimus erat, ac aliis impertiri et nutrire potuit, perinde ac sanctos in Hierusalem. Indicat autem hoc et per sequentia.

« Tanquam nihil habentes, et omnia possidentes. » Qui enim nulli rerum temporalium ad victum et amictum pertinentium affixus est, quæ omnium sunt, habet. « Si enim fieri posset, » inquit, « oculos vestros eruissetis et mihi dedissetis [c]; » quomodo igitur tales pecuniis pepercissent erga ipsum ? Hæc autem omnia illis recensuit, ne ob aliquid eorum quæ tristia videbantur, turbarentur.

VERS. 11. « Os nostrum patet ad vos, o Corinthii, cor nostrum dilatatum est. » Postquam propria certamina recensuisset, ipsisque veluti per narratiunculam quamdam **276** ostendisset, quod ipsum imitari debuerint, deinceps increpaturus est eos, ceu eum non admodum diligentes. Antea vero quam hoc faciat, propriam charitatem ostendit : Semper, inquiens, volo vobis loqui et disserere, ac libere, cumque fiducia verba facere : hoc enim significat, « Os nostrum patet. » Sic autem dicit, quia eos objurgaturus est, indicans eam esse maxime dilectionem, ipsam videlicet loquendi libertatem. Non solum autem ore ostendo dilectionem meam, verumetiam corde, amplum illud et latum erga vos habens. Fervor enim dilectionis et os meum aperit,

A τὸ σῶμα μερίζεται σὺν τῇ ψυχῇ τὰς ἀλγηδόνας· ἐν δὲ τῇ δυσφημίᾳ, τὸ ὅλον βάρος ἐπὶ τὴν ψυχήν. Ὅθεν καὶ τῷ Ἰὼβ βαρύτερον τοῦτο τῶν ἄλλων πληγῶν.

« Ὡς πλάνοι καὶ ἀληθεῖς. » Τοῦτό ἐστιν ὃ εἶπε· Διὰ δυσφημίας καὶ εὐφημίας. »

« Ὡς ἀγνοούμενοι καὶ ἐπιγινωσκόμενοι. » Τοῖς μὲν γὰρ ἦσαν περισπούδαστοι καὶ γνώριμοι· οἱ δὲ οὐδὲ εἰδέναι αὐτοὺς ἠξίουν. Τοῦτο δὲ ταὐτόν ἐστι τῷ, « Διὰ δόξης καὶ ἀτιμίας. »

« Ὡς ἀποθνήσκοντες, καὶ ἰδοὺ ζῶμεν. » Τουτέστιν, ὡς ἐπιθανάτιοι καὶ κατάδικοι, καὶ ὅσον πρὸς τὴν γνώμην τῶν ἐπιβουλευόντων, « ἀποθνήσκοντες· » διὰ δὲ τὴν τοῦ Θεοῦ δύναμιν « ἰδοὺ ζῶμεν. »

« Ὡς παιδευόμενοι, καὶ μὴ θανατούμενοι. » Συγχωρεῖ δέ, φησί, ταῦτα ὁ Θεός, ἵνα παιδεύῃ ἡμᾶς. Ὥστε καὶ πρὸ τῶν ἐκεῖθεν μισθῶν, οὐ μικρὸν ἐνταῦθα τὸ κέρδος, τὸ τῆς παιδείας. Τοῦτο δὲ ἀπὸ τοῦ Δαυὶδ· ἐκεῖνος γάρ, « Παιδεύων, » φησὶν, « ἐπαίδευσέ με ὁ Κύριος, τῷ δὲ θανάτῳ οὐ παρέδωκέ με. »

« Ὡς λυπούμενοι, ἀεὶ δὲ χαίροντες. » Παρὰ μὲν τοῖς ἔξω, φησὶ, δοκοῦμεν ἀθυμεῖν· ἡμεῖς δὲ τὴν ἡδονὴν εἰκμάζουσαν ἔχομεν. Οὐ γὰρ ποτὲ μὲν χαίρομεν, ποτὲ δὲ οὔ, ἀλλ' ἀεί.

« Ὡς πτωχοί, πολλοὺς δὲ πλουτίζοντες. » Καὶ κατὰ τὸν πνευματικὸν πλοῦτον πολλοὺς ἐπλούτιζε, καὶ κατὰ τὸν αἰσθητόν δέ. Καὶ γὰρ τὰς ἁπάντων οἰκίας ἀνεῳγμένας αὐτῷ ἔχων, πλουσιώτατος ἦν, καὶ ἄλλοις παρέχειν καὶ τρέφειν δυνάμενος, ὥστε καὶ τοὺς ἐν Ἱερουσαλὴμ ἁγίους. Δηλοῖ δὲ τοῦτο καὶ διὰ τῶν ἑξῆς.

« Ὡς μηδὲν ἔχοντες, καὶ πάντα κατέχοντες. » Ὁ γὰρ μηδενὶ προσηλώμενος τῶν βιωτικῶν, τὰ πάντων [87] ἔχει. « Εἰ δυνατὸν γάρ, » φησὶ, « καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς ὑμῶν ἐξορύξαντες, ἐδώκατέ μοι· » πῶς οὖν χρημάτων ἂν ἐφείσαντο οἱ τοιοῦτοι πρὸς τοῦτον; Ταῦτα δὲ πάντα αὐτοῖς κατέλεξεν, ἵνα μὴ ταράττωνται ἐπί τινι τῶν δοκούντων λυπηρῶν.

« Τὸ στόμα ἡμῶν ἀνέῳγε πρὸς ὑμᾶς, ὦ Κορίνθιοι· ἡ καρδία ἡμῶν πεπλάτυνται. » Τοὺς οἰκείους ἀγῶνας καταλέξας, καὶ δείξας αὐτοῖς, ὡς ἐν τάξει διηγήσεως, ὅπως χρὴ αὐτὸν μιμεῖσθαι, μέλλει λοιπὸν καθάπτεσθαι αὐτῶν, ὡς οὐ σφόδρα αὐτὸν ἀγαπώντων. Πρὶν δὲ τοῦτο ποιῆσαι, δείκνυσιν αὐτοῖς τὴν οἰκείαν ἀγάπην, καὶ φησιν, ὅτι Ἀεὶ βούλομαι προσλαλεῖν ὑμῖν καὶ διαλέγεσθαι, καὶ ἀνυποστόλως καὶ μετὰ παῤῥησίας λαλεῖν. Τοῦτο γὰρ δηλοῖ διὰ τοῦ, « Ἀνέῳγε τὸ στόμα. » Οὕτω δὲ λέγει, ἐπειδὴ μέλλει αὐτοῖς ἐπιτιμᾶν, δεικνύων ὅτι τοῦτο μάλιστα ἀγάπη, ἡ παῤῥησία. Οὐ μόνον δὲ τῷ στόματι δείκνυμι τὴν ἀγάπην, ἀλλὰ καὶ τῇ καρδίᾳ, πλατεῖαν ταύτην πρὸς ὑμᾶς ἔχων. Ἡ γὰρ θέρμη τῆς ἀγάπης καὶ τὸ στόμα μου ἀνοίγει, καὶ τὴν καρδίαν μου ἐπλάτυνε, καὶ εὐ-

[b] Matth. v, 11. [c] Galat. IV, 15.

Variæ lectiones.

[87] πάντα κατέχει O.

ρεῖαν ἐποίησεν, ὥστε πάντας ὑμᾶς χωρεῖν· ὅπερ καὶ ἐπιφέρει·

« Καὶ οὐ στενοχωρεῖσθε ἐν ἡμῖν· στενοχωρεῖσθε δὲ ἐν τοῖς σπλάγχνοις ὑμῶν. » Ὑμεῖς μέν, φησὶν, ἐν τῇ ἐμῇ καρδίᾳ, πλατείᾳ οὔσῃ, ἀστενοχωρήτως χωρεύετε [87*], καὶ ταῦτα τοσοῦτοι ὄντες. Ἐν δὲ τοῖς ὑμετέροις σπλάγχνοις στενοχωρίαν πολλὴν ἔχετε, καὶ οὐ δύνασθε πλατέως χωρῆσαί με, καίτοι ἕνα ὄντα· τουτέστιν, Ἐγὼ μὲν σφόδρα ὑμᾶς ἀγαπῶ, ὑμεῖς δὲ ἀγαπᾶτε μέν με, καὶ ἔχετέ με ἐν τοῖς σπλάγχνοις, ἀλλ' ἐστενοχωρημένως, καὶ οὐ πλατέως.

« Τὴν δὲ αὐτὴν ἀντιμισθίαν (ὡς τέκνοις λέγω) πλατύνθητε καὶ ὑμεῖς. » Τὴν αὐτὴν ἀμοιβὴν καὶ ἰσότητα τῆς φιλίας εἰσενέγκατε, καὶ πλατύνθητε καὶ ὑμεῖς, ὡς καὶ ἐγώ. Δείκνυσι δὲ καὶ χρέος ὂν τοῦτο· « Ὡς τέκνοις » γὰρ, φησὶ, « λέγω· » οὐδὲν μέγα αὐτῷ, εἰ πατὴρ ὢν, ὑπὸ τέκνων φιλεῖσθαι ἀξιῶ. Χρέος γὰρ τοῦτο τοῖς παισί.

« Μὴ γίνεσθε ἑτεροζυγοῦντες ἀπίστοις. » Ἵνα μὴ δόξῃ δι' ἑαυτὸν ταῦτα λέγειν, δείκνυσιν ὅτι διὰ τὸ ἐκείνων κέρδος χρῄζει τῆς φιλίας αὐτῶν, καὶ ὡσανεί φησι· Τοῦτό ἐστι τὸ ἀγαπᾷν με, τὸ μὴ συναναμίγνυσθαι ὑμᾶς τοῖς ἀπίστοις καὶ ἐπικλίνειν πρὸς τὸ μέρος αὐτῶν. Οὐκ εἶπε δὲ, Μὴ συναναμίγνυσθε, ἀλλὰ, « Μὴ γίνεσθε ἑτεροζυγοῦντες [87**]. » τουτέστι, Μὴ ἀδικεῖτε τὸ δίκαιον, ἐπικλινόμενοι καὶ προσκείμενοι οἷς οὐ θέμις. Τὸ γὰρ ἑτεροζυγεῖν, ἐπὶ ζυγοῦ ἀδίκου λέγεται, ὅταν ἡ μία πλάστιγξ βαρῇ.

« Τίς γὰρ μετοχὴ δικαιοσύνῃ καὶ ἀνομίᾳ; » Ἐνταῦθα οὐχ ἑαυτοῦ καὶ τῶν ἀπίστων σύγκρισιν ποιεῖται, ἀλλὰ τῆς τῶν Κορινθίων ἀρετῆς καὶ εὐγενείας, καὶ τῆς ἐκείνων φαυλότητος· ὡσανεὶ ὁ πατὴρ ὁρῶν τὸν υἱὸν διεφθαρμένοις ἀνθρώποις συνόντα, λέγει πρὸς αὐτόν· Τίς κοινωνία τῇ σῇ εὐγενείᾳ καὶ τῇ ἐκείνων μιαρίᾳ; Ὑμεῖς οὖν, φησὶ, δικαιοσύνη αὐτόχρημά ἐστε· ἐκεῖνοι δὲ ἀνομία· τίς τοίνυν μετοχὴ ὑμῖν πρὸς ἐκείνους;

« Τίς δὲ κοινωνία φωτὶ πρὸς σκότος; τίς δὲ συμφώνησις Χριστῷ πρὸς Βελίαρ; » Πᾶσι τρόποις θέλων αὐτοὺς ἀποστῆσαι τῶν ἀπίστων, οὐκ εἶπεν, ὅτι Τίς κοινωνία τοῖς τοῦ φωτὸς πρὸς τοὺς τοῦ σκότους; ἢ τοῖς τοῦ Χριστοῦ πρὸς τοὺς τοῦ Βελίαρ; ἀλλ' αὐτὰ τὰ πράγματα ἀντὶ τῶν προσώπων τέθεικε, φῶς καὶ σκότος, ὃ πλέον ἦν· καὶ Χριστὸν καὶ Βελίαρ, ὃ σημαίνει τὸν ἀποστάτην. Διὰ τούτου δὲ φοβερώτερον πάντως τὸν λόγον ἐποίησεν.

« Ἢ τίς μερὶς πιστῷ μετὰ ἀπίστου; » Ἐνταῦθα τῶν προσώπων ἐμνήσθη, ἵνα μὴ δόξῃ κακίας ἁπλῶς κατηγορεῖν, ἢ ἀρετὴν ἐπαινεῖν.

« Τίς δὲ συγκατάθεσις ναῷ Θεοῦ μετὰ εἰδώλων; Ὑμεῖς γὰρ ναὸς Θεοῦ ἐστε ζῶντος. » Οἱ μὲν ἄπιστοι ναοὶ εἰδώλων εἰσὶν, ἢ καὶ εἴδωλα· ὑμεῖς δὲ ναὸς Θεοῦ· οὐχ οἷου αὐτοὶ μυθεύονται, ἀλλὰ ζῶντος.

et cor meum dilatavit, amplumque reddidit, ut omnes vos capiat. Unde etiam infert :

Vers. 12. « Et non angustiamini in nobis : angustiamini autem in visceribus vestris. » Vos, inquit, in corde meo, lato nimirum, sine angustia locum habetis, idque cum tot sitis. In vestris autem visceribus magna est angustia, nec me, quamvis unicum, plene capere potestis : hoc est, Ego quidem valde vos diligo, vos vero diligitis quidem me, et habetis me in visceribus, sed angusto modo, non amplo.

Vers. 13. « Eamdem autem retributionem, tanquam filiis dico, dilatamini et vos. » Eamdem, inquit, compensationem amicitiæ et æqualitatem vos afferte, ac latos vos quoque reddite, perinde ac ego. Indicat autem et hoc esse debitum : « Ut filiis » enim, inquit, « dico. » Nihil magni postulo, si pater cum sim, a filiis amari cupio : interest enim puerorum hoc.

Vers. 14. « Ne ad alteram lancem acclinemini cum infidelibus. » Ne propter seipsum ista dicere videatur, ostendit quod propter ipsorum lucrum illorum amicitia indiget, ita ferme inquiens : Hoc est diligere me, si non commisceatis vos infidelibus, nec ad eorum partes inclinetis. Non dixit autem, Non commisceamini, sed, « Ne ad alteram lancem inclinemini, » hoc est, Justitiam injuria ne afficiatis, iis scilicet inclinati, et adhærentes, quibus non licet. Nam ἑτεροζυγεῖν de injusta libra dicitur, quando nimirum altera lanx gravior exstiterit.

« Quæ enim participatio justitiæ cum iniquitate? » Hic non suiipsius et infidelium comparationem facit, sed Corinthiorum virtutis et ingenuitatis, illorumque pravitatis : perinde ac si pater videns filium cum hominibus depravatis conversantem, ad eum dicat : Quæ est communicatio tuæ generositati cum illorum pollutione? Vos igitur reipsa, inquit, justitia estis; illi vero iniquitas : quid igitur vobis cum illis commune est?

Vers. 15. « Quæ autem societas luci ad tenebras? Quæ est conventio Christo ad Belial? » Omnibus modis volens ut ipsi deficiant ab infidelibus, non dixit, Quæ **277** est societas illustratis lumine cum tenebricosis? vel Christianis cum Belialitis? verum res ipsas pro personis posuit, lumen et tenebras; quod plus est : et Christum et Belial, quod significat desertorem. Hinc autem omnino terribiliorem orationem fecit.

« Aut quæ est pars fideli cum infideli? » Hic personarum meminit, ne videatur vitia simpliciter accusare, vel virtutem commendare.

Vers. 16. « Quis autem consensus templo Dei cum idolis? Vos enim estis templum Dei viventis. » Infideles sane templa idolorum sunt, vel ipsa etiam idola. Vos autem templum Dei estis, non talis

Variæ lectiones.

[87*] Ἴσ. χωρεῖσθε o. [87**] μὴ ἑτεροζυγεῖτε o.

qualem ipsi fingunt, sed, viventis. Quis igitur consensus, id est, similitudo, conventio, vobis cum istis ?

A Τίς οὖν συγκατάθεσις, τουτέστιν, ὁμοιότης, συνέλευσις, ὑμῖν πρὸς τούτους;

« Sicut dixit Deus[d] : Quoniam inhabitabo in ipsis, et inambulabo, eroque ipsorum Deus, et ipsi erunt mihi populus. » Ne adulari videatur, ex Scriptura confirmat quod sint templum Dei. Quod igitur Deus in nobis habitet, prioris vitæ puritas sane præbet : quod vero ambulet, conatus posthac et diligentia facit. Cum enim homo purus fuerit, inhabitat eum Deus : post, si ad aliud quoddam opus moveatur, inambulare dicitur, quando scilicet Deus, ipsius fit Deus, ita in patriarcharum ordinem ascendentis.

« Καθὼς εἶπεν ὁ Θεὸς, ὅτι Ἐνοικήσω ἐν αὐτοῖς, καὶ ἐμπεριπατήσω, καὶ ἔσομαι αὐτῶν Θεὸς, καὶ αὐτοί ἔσονταί μοι λαός. » Ἵνα μὴ δόξῃ κολακεύειν, ἀπὸ τῆς Γραφῆς δείκνυσιν ὅτι εἰσὶ ναὸς Θεοῦ. Τὸ μὲν ἐνοικῆσαι ἐν ἡμῖν τὸν Θεὸν, προξενεῖ ἡ τοῦ προτέρου βίου καθαρότης· τὸ δὲ καὶ ἐμπεριπατῆσαι, ἡ μετὰ ταῦτα σπουδή. Καθαρῷ γὰρ ὄντι τῷ ἀνθρώπῳ ἐνοικεῖ ὁ Θεός· εἶτα καὶ πρὸς ἕτερα πάλιν ἔργα κινουμένῳ ἐμπεριπατεῖν λέγεται· ὅτε δὴ καὶ Θεὸς αὐτοῦ γίνεται ὁ Θεὸς, εἰς τὴν τάξιν τῶν πατριαρχῶν ἀναβαίνοντος.

Vers. 17. « Propter quod exite de medio eorum, et separamini, et impurum nolite tangere, et ego suscipiam vos, dicit Dominus[e]. » Non dixit, Ne agatis absurda, sed, « Ne attingite » quidem. Impuritas autem duplex est : altera quidem corporis, altera vero animæ : animæ quidem, ut sordidæ cogitationes, et intueri impudicis oculis, vindictæ cupiditas, doli, idque genus alia : corporis vero, ut fornicatio, adulterium, omnisque impudicitia. Vult igitur utrinque nos esse puros. Exite igitur e medio infidelium, et segregemini, hoc est, soli agite, separemini, et puri estote, et tum suscipiam vos. Cum enim discesseris a pravis, tum unieris Deo.

B « Διὸ ἐξέλθετε ἐκ μέσου αὐτῶν καὶ ἀφορίσθητε, καὶ ἀκαθάρτου μὴ ἅπτεσθε, κἀγὼ εἰσδέξομαι ὑμᾶς, λέγει Κύριος. » Οὐκ εἶπε, Μὴ πράττητε ἄτοπα, ἀλλὰ, « Μηδὲ ἅπτεσθε. » Ἡ δὲ ἀκαθαρσία διττή· ἡ σώματος, ἡ ψυχῆς· ψυχῆς μὲν, ὡς οἱ ῥυπαροὶ λογισμοὶ, καὶ τὸ ἐμβλέψαι ἀκολάστοις ὀφθαλμοῖς, καὶ μνησικακίαι, καὶ δόλοι, καὶ τὰ τοιαῦτα· σώματος δὲ, ὡς πορνεία, μοιχεία, καὶ πᾶσα [88] ἀσέλγεια. Βούλεται τοίνυν ἑκατέρωθεν ἡμᾶς εἶναι καθαρούς. Ἐξέλθετε οὖν ἐκ μέσου τῶν ἀπίστων, καὶ ἀφορίσθητε, τουτέστι, μονώθητε καὶ καθαρίσθητε, καὶ τότε εἰσδέξομαι ὑμᾶς. Ὅταν γὰρ ἀπαλλαγῆς τῶν πονηρῶν, τότε ἑνωθήσῃ Θεῷ.

Vers. 8. « Et ero vobis in Patrem, et vos eritis mihi in filios et filias, dicit Dominus omnipotens. » Viden' qui prædixerit propheta, quæ jam in nos pervenit per baptisma, regenerationem filiorumque adoptionem ?

C « Καὶ ἔσομαι ὑμῖν εἰς Πατέρα, καὶ ὑμεῖς ἔσεσθέ μοι εἰς υἱοὺς καὶ θυγατέρας, λέγει Κύριος παντοκράτωρ. » Ὁρᾷς, πῶς προανεφώνησεν ὁ προφήτης τὴν εἰς ἡμᾶς νῦν φθάσασαν διὰ τοῦ βαπτίσματος ἀναγέννησιν καὶ υἱοθεσίαν;

CAPUT VII.

ΚΕΦΑΛ. Ζ'.

Vers. 1. « Has ergo habentes promissiones, charissimi, mundemus nos ab omni inquinamento carnis et spiritus. » Quales promissiones? Quod templum simus Dei : quod habeamus inhabitantem in nobis et inambulantem ipsum Deum et Patrem. **278** Purgemus nosipsos ab impuris operibus (hæc enim carnis sunt coinquinatio) et a sordidis ac turbidis cogitationibus ; hæc enim sunt contaminatio spiritus, id est, animæ.

α Ταύτας οὖν ἔχοντες τὰς ἐπαγγελίας, ἀγαπητοὶ, καθαρίσωμεν ἑαυτοὺς ἀπὸ παντὸς μολυσμοῦ σαρκὸς καὶ πνεύματος. » Ποίας; Τὸ ναοὶ εἶναι Θεοῦ, τὸ ἔχειν αὐτὸν ἐνοικοῦντα καὶ ἐμπεριπατοῦντα τὸν Θεὸν καὶ Πατέρα. Καθαρίσωμεν ἑαυτοὺς ἀπὸ τῶν ἀκαθάρτων ἔργων· ταῦτα γὰρ μολυσμὸς σαρκός· καὶ τῶν ῥυπαρῶν καὶ ἐμπαθῶν λογισμῶν· ταῦτα γὰρ μολυσμὸς πνεύματος, τουτέστι, τῆς ψυχῆς.

D « Perficientes sanctificationem in timore Dei. » Non satis est, inquit, abstinere ab impuritate, verum opus est etiam aliquid boni perficere, nempe sanctificationem, id est, puritatem, temperantiam. « In timore » autem « Dei, » apposuit, vel quia est temperantia instituta, ut placeat hominibus, et non in timore Dei : vel ostendit nobis quomodo hanc perficiamus, nempe, in timore Dei. Nam etiamsi sæviat concupiscentia carnis, timorem Dei habe, ac tolletur insania. Non solam autem temperantiam per sanctimoniam intelliges, verum etiam quamvis in vita puritatem.

« Ἐπιτελοῦντες ἁγιωσύνην ἐν φόβῳ Θεοῦ. » Οὐκ ἀρκεῖ, φησὶν, ἀπέχεσθαι ἀκαθαρσίας, ἀλλὰ δεῖ καὶ ἐπιτελέσαι τι ἀγαθὸν, τὴν ἁγιωσύνην, τουτέστι, τὴν καθαρότητα, τὴν σωφροσύνην. Τὸ δὲ, « Ἐν φόβῳ Θεοῦ, » προσέθηκεν, ἢ διότι ἐστὶ καὶ ἐπιτηδευτὴ σωφροσύνη πρὸς ἀνθρωπαρέσκειαν, καὶ οὐ κατὰ φόβον Θεοῦ· ἢ δείκνυσιν ἡμῖν πῶς ἐπιτελέσομεν ταύτην, ὅτι ἐν φόβῳ Θεοῦ. Εἰ γὰρ καὶ τυραννεῖ ἡ ἐπιθυμία τῆς σαρκὸς, ἀλλὰ φόβον ἔχε Θεοῦ, καὶ λυθήσεται ἡ μανία. Μὴ μόνον δὲ τὴν σωφροσύνην νοήσῃς ἁγιωσύνην, ἀλλ' ἁπλῶς πᾶσαν τὴν ἐν βίῳ καθαρότητα.

[d] Levit. XXVI, 12. [e] Isa. LII, 11.

Variæ lectiones.

[88] ἄλλη ο.

« Χωρήσατε ἡμᾶς, οὐδένα ἠδικήσαμεν, οὐδένα A ἐφθείραμεν, οὐδένα ἐπλεονεκτήσαμεν. » Πάλιν τὸν περὶ ἀγάπης κινεῖ λόγον. Ἐπειδὴ γὰρ ἐπέπληξεν αὐτοὺς εἰπὼν, ὅτι αὐτοῦ μὲν ἀποσκιρτῶσι, κολλῶνται δὲ ἀπίστοις καὶ ἀκαθάρτοις· νῦν καταλεαίνει αὐτοὺς, καὶ φησι, « Χωρήσατε ἡμᾶς· » τουτέστι, Δέξασθε ἡμᾶς πλατέως, καὶ μὴ στενοχωρώμεθα ἐν ὑμῖν. Αἰνιττόμενος δὲ τοὺς ψευδαποστόλους, φησὶν, ὅτι « Οὐδένα ἠδικήσαμεν, » ἐν χρήμασιν· « οὐδένα ἐφθείραμεν· » τουτέστιν, Ἠπατήσαμεν, ἐν δόγμασιν ἀσεβέσι τὸν νοῦν αὐτῶν διαφθείραντες· « Οὐδένα ἐπλεονεκτήσαμεν· » τουτέστιν, Οὐχ ἡρπάσαμεν, οὐκ ἐχρηματισάμεθα προφάσει τοῦ κηρύγματος.

« Οὐ πρὸς κατάκρισιν λέγω· προείρηκα γὰρ ὅτι ἐν ταῖς καρδίαις ἡμῶν ἐστε εἰς τὸ συναποθανεῖν καὶ B συζῆν. » Οὐκ ἐπὶ τῷ κατακρῖναι ὑμᾶς, ταῦτα λέγω. Πόθεν δῆλον; Ἐκ τῆς ἀγάπης, ὅτι ἐν ταῖς καρδίαις ἡμῶν ἐστε. Ἐπεὶ δὲ ἔνι καὶ ἀγαπᾷν, μὴ θέλειν δὲ συγκινδυνεύειν, φησίν· « Εἰς τὸ συναποθανεῖν. » Ἐπεὶ δὲ πολλοὶ εὐημεροῦσι τοῖς φίλοις οὐ συγχαίρουσι διὰ βασκανίαν, προσέθηκε καὶ τὸ, « Συζῆν. » Τὸ πᾶν οὖν τοῦτό φησιν, ὅτι Καὶ ἐν κινδύνοις οὐ φευξόμεθα ὑμᾶς, καὶ ἐν εὐημερίαις συζήσομεν καὶ οὐ φθονήσομεν.

« Πολλή μοι παῤῥησία πρὸς ὑμᾶς, πολλή μοι καύχησις ὑπὲρ ὑμῶν. » Ἐπειδὴ ἐδόκει πλήττειν αὐτοὺς λέγων, ὅτι « Στενοχωρεῖσθε, » καὶ, « Χωρήσατέ με, » ἀπολογεῖται νῦν θεραπεύων αὐτοὺς, καὶ φησὶν, ὅτι C Οὐχ ὡς καταγινώσκων ὑμῶν ταῦτα εἶπον, ἀλλὰ διὰ τὴν πρὸς ὑμᾶς πολλὴν παῤῥησίαν, καὶ βουλόμενος ὑμᾶς ἐπιδοῦναι πρὸς ἀρετήν. Ὅτι γὰρ οὐ καταγινώσκω ὑμῶν, δῆλον ἐξ ὧν καὶ πρὸς ἄλλους καυχῶμαι ὑπὲρ ὑμῶν.

« Πεπλήρωμαι τῇ παρακλήσει, ὑπερπερισσεύομαι τῇ χαρᾷ ἐπὶ πάσῃ τῇ θλίψει ἡμῶν. » Διορθωθέντες, φησὶν, ἐφ' οἷς ἐν τῇ προτέρᾳ Ἐπιστολῇ κατέγνων ὑμῶν, παρακλήσεώς με ἐπληρώσατε· καὶ οὐ μόνον παρεκαλέσατέ με (ὅπερ ἐστὶ λύπῃ ἀπαλλάξαι), ἀλλὰ καὶ χαρᾶς μετὰ δαψιλείας ἐπληρώσατε [88a]. Τὸ γὰρ πλῆθος τῆς χαρᾶς δηλοῖ διὰ τοῦ, « Ὑπερπερισσεύομαι. » Καὶ τοσαύτη, φησὶν, ἦν ἡ χαρὰ, ὥστε ἐπὶ D πάσῃ τῇ θλίψει ἡμῶν μεγάλη οὔσῃ, ἴσχυσεν [89] αὕτη, καὶ κατέσβεσεν ἐκείνην. Ταῦτα δὲ δοκεῖ μὲν εἶναι ἐναντία οἷς πρὸ ὀλίγου περὶ αὐτῶν ἔλεγεν, οὐκ εἰσὶ δέ· καὶ ταῦτα γὰρ κἀκεῖνα, φιλοῦντος· ἐκεῖνα μὲν ἐλέγχοντος, ταῦτα δὲ βεβαιοῦντος, ὅτι οὐκ ἀπὸ ἔχθρας οἱ ἔλεγχοι, ἀλλ' ἀπὸ σφοδρᾶς ἀγάπης.

« Καὶ γὰρ ἐλθόντων ἡμῶν εἰς Μακεδονίαν, οὐδεμίαν ἔσχηκεν ἄνεσιν ἡ σὰρξ ἡμῶν. » Διηγεῖται τὴν θλῖψιν, καὶ ἐπαίρει αὐτὴν τῷ λόγῳ, ἵνα δείξῃ καὶ τὴν παρ' [90] αὐτῶν χαρὰν μεγάλην, εἴ γε τοσαύτην ὀδύνην

VERS. 2. « Capite nos, neminem læsimus, neminem corrupimus, neminem fraudavimus. » Rursus sermonem de charitate movet. Quia enim terruerat eos cum diceret quod ab eo resilirent, agglutinarenturque incredulis et impuris, nunc mitigat eos, inquiens, « Capite nos, » hoc est, Accipite nos late, neque sit arctus nobis in vobis locus. Pseudapostolos autem innuens, « Neminem, inquit, « læsimus, » in pecuniis : « Neminem corrupimus, » hoc est, Decepimus, doctrina impia mentem eorum corrumpentes : « Neminem fraudavimus, » hoc est, Non rapuimus, non quæstum nostrum fecimus prædicationis prætextu.

VERS. 3. « Non ad condemnationem hæc dico. Prædixi enim, quod in cordibus nostris estis, ad commoriendum, et ad convivendum. » Non ut vos condemnem, hæc dico. Unde perspicuum est? Ex charitate, quod in cordibus nostris sitis. Quia vero fieri potest ut quispiam diligat, nec velit tamen una periculis se submittere, propterea dixit, « Ad commoriendum. » Ac quia multi, amicis prospere agentibus, præ invidia non congratulantur, addidit, « Et ad convivendum. » Totum autem quod ait, est hujusmodi : In periculis non fugiemus vos, in secundiore rerum statu convivemus, et non invidebimus.

VERS. 4. « Multa mihi fiducia est apud vos, multa mihi gloriatio de vobis. » Quia eos percelluisse videbatur, dicendo, « Angustiamini, » et, « Capite me, » jam se excusat, ipsisque medetur, inquiens : Non ut condemnem vos, hæc locutus sum, sed ob multam meam, quam mihi de vobis polliceor, fiduciam ac libertatem, et quia cupio ad virtutem vos promovere. Quod enim vos non condemnem, vel inde planum est, quod etiam apud alios vestri nomine glorier.

« Repletus sum consolatione, superabundo gaudio in omni tribulatione nostra. » Quia correxistis ea, propter quæ vos in priore **279** Epistola condemnavi, consolatione me replestis. Nec solum me consolati estis (quod est a tristitia liberare), verum etiam lætitia largiter me implestis. Lætitiæ namque copiam indicat per verbum Ὑπερπερισσεύομαι, hoc est, superexubero. Ac tantum, inquit, gaudium erat, ut in omni afflictione nostra, eaque magna, prævaluit illud, illamque exstinxit. Ista autem iis quæ paulo ante de ipsis dixit, contraria videntur, sed non sunt. Nam tam hæc, quam illa amantis sunt : illa quidem arguentis, ista vero confirmantis, quod non ex inimicitia, sed ex amore vehementi istiusmodi increpationes proveniunt.

VERS. 5. « Etenim cum venissemus in Macedoniam, nullam requiem habuit caro nostra. » Afflictionem suam narrat, eamque verbis aggravat, ut ostendat ingens esse gaudium quod ex ipsis dima-

Variæ lectiones.

[88a] ἐνεπλήσατε O. [89] ἦρεσεν O. [90] καὶ τὴν παράκλησιν αὐτῶν μεγάλην O.

net, siquidem tantum dolorem repulerit represseritque. Pulchre autem dixit, carnem requiem non habuisse : anima enim Pauli invincibilis erat.

« Sed omnem tribulationem passi sumus : foris pugnæ. » Ab infidelibus.

« Intus terrores. » Propter imbecilliores fideles, ne seducantur a falsis fratribus.

VERS. 6. « Sed qui consolatur humiles, nos consolatus est Deus in adventu Titi. » Quia multa eis attestatus erat, Titum etiam testem producit. Quis vero consolatur humiles? Deus, inquit : ille et nos consolatus est, utpote qui Titum nobis miserit; ejus enim adventus satis fuit ut dispergeret afflictionem nostram. Vult autem istum virum illis venerabilem reddere. Quare magni admodum facit ejus adventum.

VERS. 7 « Non solum autem in adventu ejus, verum etiam in consolatione quam ipse accepit in vobis. » Non solum, inquit, ob eam causam quod mihi tempore afflictionis meæ adfuit, me consolatus est, verum etiam quia hujusmodi vestram virtutem nobis denuntiavit, ex qua et ipse solamen adeptus est, hoc est, gavisus est in vobis, suscipiens vos propter virtutes vestras. Conciliat autem, et familiarem facit ipsis hunc virum, utpote qui eos apud ipsum laudaverat.

« Referens nobis vestrum desiderium, vestrum fletum, vestram æmulationem pro me. » Verisimile enim erat eos lugere et anxios esse, quare tam ægro esset animo præceptor, et quare tandiu abesset. Hinc non simpliciter dixit, Lacrymas, sed, « Fletum : » neque, Cupiditatem, sed, « Desiderium, » hoc est, vehementem inquisitionem : neque Iram, sed, « Æmulationem, » nempe adversus eum qui fornicatus erat. Propter me enim accensi et igniti estis, ut jussa mea capesseretis : vel etiam adversum pseudapostolos æmularemini pro me. Hæc autem dicit Apostolus, **280** non solum priores reprehensiones sanans, verum etiam revera suscipiens eos qui bene se gesserant. Multi enim malis moribus præditi erant, et hisce laudibus indigni; attamen illos ipse non diducit, verum cum encomia, tum vituperia communia in medium ponit, dans ita cuilibet sibi conscio eligere quod ad se pertineat.

« Ita ut magis gauderem. » Ex præsentia etiam ejus exhilaratus, magis, inquit, gavisus sum, quia talia mihi de vobis annuntiavit.

VERS. 8. « Itaque etiamsi contristavi vos in Epistola, me non pœnitet, quamvis pœnitebat me. » Etsi ejusmodi scripserim vobis, quibus excesserim modum objurgationis, ut adeo me pœniteret quod ultra modum vos increpaverim : ingens tamen commoditas quæ inde profluxit, non sinit me jam pœnitentia duci. Hæc autem dixit, non quod revera immoderate eos increpuerit, verum ut præconia eorum majora faciat.

A ἀπεκρούσατο. Καλῶς δὲ εἶπεν, ὅτι ἡ σὰρξ οὐκ ἔσχεν ἄνεσιν· ἡ γὰρ ψυχὴ τοῦ Παύλου ἀήττητος.

« Ἀλλ' ἐν παντὶ θλιβόμενοι· ἔξωθεν μάχαι. » Παρὰ τῶν ἀπίστων.

« Ἔσωθεν φόβοι. » Διὰ τοὺς ἀσθενεῖς τῶν πιστῶν, ἵνα μὴ παρασυρῶσιν ὑπὸ τῶν ψευδαδέλφων

« Ἀλλ' ὁ παρακαλῶν τοὺς ταπεινούς, παρεκάλεσεν ἡμᾶς ὁ Θεὸς ἐν [91] τῇ παρουσίᾳ Τίτου. » Ἐπειδὴ μεγάλα προσεμαρτύρησεν αὐτοῖς, καὶ τὸν Τίτον παράγει μάρτυρα. Τίς δὲ ὁ παρακαλῶν τοὺς ταπεινούς; Ὁ Θεὸς, φησίν· οὗτος καὶ ἡμᾶς παρεκάλεσεν, ἅτε τὸν Τίτον ἡμῖν πέμψας· ἡ γὰρ παρουσία αὐτοῦ ἤρκεσεν εἰς τὸ διασκεδάσαι τὴν θλῖψιν ἡμῶν. Βούλεται δὲ αὐτοῖς αἰδέσιμον καταστῆσαι τὸν ἄνδρα. Διὰ τοῦτο

B μεγάλην τίθεται τὴν παρουσίαν αὐτοῦ.

« Οὐ μόνον δὲ ἐν τῇ παρουσίᾳ αὐτοῦ, ἀλλὰ καὶ ἐν τῇ παρακλήσει ᾗ παρεκλήθη ἐφ' ὑμῖν. » Οὐ μόνον, φησὶ, κατ' αὐτὸ τοῦτο, ὅτι ἐπέστη ἡμῖν ἐν καιρῷ θλίψεως, παρεμυθήσατο, ἀλλ' ὅτι καὶ τοιαύτην τὴν ἀρετὴν ὑμῶν ἀπήγγειλεν, ἐξ ἧς καὶ αὐτὸς παρεκλήθη, τουτέστιν, ἐχάρη ἐφ' ὑμῖν, ἀποδεξάμενος ὑμᾶς διὰ τὰ κατορθώματα ὑμῶν. Οἰκειοῖ δὲ αὐτοῖς τὸν ἄνδρα, ὡς ἐπαινέσαντα αὐτοὺς πρὸς αὐτόν.

« Ἀναγγέλλων ἡμῖν τὴν ὑμῶν ἐπιπόθησιν, τὸν ὑμῶν ὀδυρμὸν, τὸν ὑμῶν ζῆλον ὑπὲρ ἐμοῦ. » Εἰκὸς γὰρ ἦν αὐτοὺς πενθεῖν καὶ ἀλγεῖν· Τί οὕτως ἐδυσχέρανεν ὁ διδάσκαλος, τί τοσοῦτον ἀπέστη χρόνον; Διὸ

C οὐδὲ ἁπλῶς εἶπε, Δάκρυα, ἀλλ' « Ὀδυρμόν· » οὐδὲ, Ἐπιθυμίαν, ἀλλ', « Ἐπιπόθησιν, » τουτέστι, σφοδρὰν ἐπιζήτησιν· οὐδὲ, Ὀργὴν, ἀλλὰ, « Ζῆλον, » κατὰ τοῦ πεπορνευκότος. Ὑπὲρ ἐμοῦ γὰρ ἐπυρώθητε, καὶ διεκάητε, ὥστε τὸ πρόσταγμά μου πληρῶσαι [92]· ἢ καὶ πρὸς τοὺς ψευδαποστόλους ἐζηλοῦτε ὑπὲρ ἐμοῦ. Ταῦτα δὲ λέγει ὁ Ἀπόστολος, οὐ μόνον θεραπεύων τὰς προτέρας ἐπιτιμήσεις [93], ἀλλὰ τῷ ὄντι καὶ ἀποδεχόμενος τοὺς κατωρθωκότας· ἦσαν μὲν γὰρ καὶ κακοήθεις πολλοὶ, καὶ ἀνάξιοι τούτων τῶν ἐπαίνων· ἀλλ' ὅμως αὐτὸς οὐ διαιρεῖ τούτους, ἀλλὰ καὶ τὰ ἐγκώμια καὶ τὰ ἐγκλήματα κοινὰ ἐν τῷ μέσῳ τίθησι, διδοὺς τῷ συνειδότι ἑκάστου ἐπιλέγεσθαι τὰ οἰκεῖα.

D « Ὥστε με μᾶλλον χαρῆναι. » Καὶ ἐκ τῆς παρουσίας αὐτοῦ χαρεὶς, μᾶλλον ἐχάρη, φησὶν, ἐφ' οἷς ἀπήγγειλε τοιαῦτα περὶ ὑμῶν.

« Ὥστε εἰ καὶ ἐλύπησα ὑμᾶς ἐν τῇ Ἐπιστολῇ, οὐ μεταμέλομαι, εἰ καὶ μετεμελόμην. » Εἰ καὶ τοιαῦτα, φησὶν, ἔγραψα ὑμῖν, ὥστε ὑπερβῆναι τὸ μέτρον τῆς ἐπιτιμήσεως, καὶ ποιῆσαί με μεταμεληθῆναι, ὡς ὑπὲρ μέτρον ἐπιπλήξαντα· ὅμως τὸ πολὺ κέρδος τὸ ἐξ αὐτῶν οὐκ ἐᾷ με μεταμελεῖσθαι νῦν. Ταῦτα δὲ ἔλεγεν, οὐχ ὡς ἀμέτρως τῷ ὄντι ἐπιτιμήσας, ἀλλὰ τὰ ἐγκώμια αὐτῶν αὔξων.

Variæ lectiones.

[91] ἐπὶ o. [92] ποιήσαι o. [93] ἐπιπλήξεις o.

« Βλέπω γὰρ ὅτι ἡ Ἐπιστολὴ ἐκείνη, εἰ καὶ πρὸς ὥραν, ἐλύπησεν ὑμᾶς· νῦν χαίρω, οὐχ ὅτι ἐλυπήθητε, ἀλλ' ὅτι ἐλυπήθητε εἰς μετάνοιαν· ἐλυπήθητε γὰρ κατὰ Θεόν. » Πρὸς ὥραν ἡ λύπη· τὸ δὲ κέρδος διηνεκές. « Χαίρω » δὲ, φησὶν, « οὐχ ὅτι ἐλυπήθητε » (τί γάρ μοι κέρδος ἀπὸ τοῦ λυπηθῆναι ὑμᾶς;), « ἀλλ' ὅτι ἐλυπήθητε εἰς [94] μετάνοιαν [95]. » Ὅρα δὲ, πῶς τὸ μὲν λυπῆσαι τῇ Ἐπιστολῇ ἀνατίθησιν· οὐκέτι δὲ λέγει, ὅτι Ὠφέλησεν ὑμᾶς· ὃ καὶ ἦν ἀληθές· ἀλλὰ τῆς ἐκείνων ἀρετῆς τὸ πρᾶγμα ποιεῖ. Ὑμεῖς γὰρ, φησὶν, ἐλυπήθητε· ἐλυπήθητε δὲ κατὰ Θεόν.

« Ἵνα ἐν μηδενὶ ἐξ ἡμῶν ζημιωθῆτε. » Ἐπιτιμηθέντες, φησὶ, παρ' ἡμῶν, ἐλυπήθητε κατὰ Θεὸν, καὶ λοιπὸν οὐκ ἐζημιώθητε παρ' ἡμῶν ἐν οὐδενί. Πάντες γὰρ, καὶ αὐτὸς ὁ τὰ ἔσχατα ἡμαρτηκὼς καὶ πεπορνευκώς, ἐβελτιώθητε [96]. Ὁ γὰρ διδάσκαλος τότε ζημιοῖ τὸν μαθητὴν, ὅταν ἁμαρτάνοντα μὴ ἐπιτιμᾷ. Εἰ γὰρ ἐπετιμήθη, ἔμελλε κερδᾶναι.

« Ἡ γὰρ κατὰ Θεὸν λύπη μετάνοιαν εἰς σωτηρίαν ἀμεταμέλητον κατεργάζεται· ἡ δὲ τοῦ κόσμου λύπη θάνατον κατεργάζεται. » Φιλοσοφεῖ περὶ τῆς λύπης, καὶ δείκνυσιν ὅτι οὐκ ἀεὶ κακὸν ἡ λύπη, ἀλλ' ὅταν κατὰ κόσμου [*f.* κόσμον] γίνηται, τουτέστι, διὰ χρήματα, διὰ δόξαν, διὰ τοὺς τελευτῶντας. Αὕτη γὰρ θάνατον κατεργάζεται, πάντως μὲν τὸν ψυχικὸν, πολλάκις δὲ καὶ τὸν σωματικόν· πολλοὶ γὰρ διὰ ταῦτα ἀπώλοντο. Διὰ μέντοι τὰς ἁμαρτίας λυπεῖσθαί τις θέλων, κατὰ Θεὸν λυπεῖται· τὸ γὰρ φάρμακον τοῦτο πρὸς ταύτην τὴν νόσον ἁρμόζει μόνην, σωτηρίαν ἀμεταμέλητον [97] κατεργαζόμενον (οὐδεὶς γὰρ ἑαυτοῦ καταγινώσκει ἐπὶ ἁμαρτίαις λυπηθέντος), καὶ ἁρπάζει [98] ἐκ τοῦ ψυχικοῦ θανάτου τὸν ἄνθρωπον.

« Ἰδοὺ γὰρ αὐτὸ τὸ κατὰ Θεὸν λυπηθῆναι ὑμᾶς πόσην κατειργάσατο ἐν ὑμῖν σπουδήν. » Οὐκ ἀπ' ἄλλων, φησὶ, δείκνυμι τῆς κατὰ Θεὸν λύπης τὴν ὠφέλειαν, ἀλλ' ἀπὸ τῶν καθ' ὑμᾶς. Οὐ μόνον γὰρ οὐ μετεμελήθητε ὅτι ἐλυπήθητε, ἀλλὰ μᾶλλον καὶ σπουδαιότεροι γεγόνατε.

« Ἀλλ' ἀπολογίαν. » Πρὸς ἐμέ. Ἀπελογήσασθε γάρ μοι [99] διὰ τῆς μετανοίας.

« Ἀλλ' ἀγανάκτησιν. » Πρὸς πεπορνευκότα.

« Ἀλλὰ φόβον. » Πρὸ ἐμέ· φόβου γὰρ ἦν ἡ τοσαύτη καὶ οὕτω ταχεῖα [1] διόρθωσις.

« Ἀλλ' ἐπιπόθησιν. » Πρὸς ἐμέ. Εἰπὼν δὲ φόβον, ἵνα μὴ δόξῃ αὐθεντεῖν, συντόμως διωρθώσατο, ἐπιπόθησιν εἰπών· ὅπερ ἐνδεικτικὸν ἀγάπης, οὐκ ἐξουσίας.

« Ἀλλὰ ζῆλον. » Τὸν ὑπὲρ τοῦ Θεοῦ.

A VERS. 8, 9. « Video enim quod Epistola illa, etiamsi ad tempus, vos contristaverit. Gaudeo nunc, non quod contristati estis, sed quod contristati estis ad pœnitentiam : contristati autem estis secundum Deum. » Tristitia ad horam durat, utilitas autem perpetua est. « Gaudeo » vero, « non quod contristati estis, » (quid enim lucri mihi accedit ex eo quod vos mœreatis?) « sed quia constristati estis ad pœnitentiam. » Observa autem quomodo tristitiam Epistolæ attribuit, et non dicit, quod vobis profuerit (id quod verum erat), sed illorum virtuti rem ascribit. Vos enim, inquit, « contristati estis : contristati autem estis secundum Deum. »

« Ut in nullo detrimentum patiamini a nobis. » Objurgati a nobis, inquit, contristati estis secundum B Deum, ac in nulla porro re a nobis læsi estis, damnumve passi. Omnes enim vos, atque etiam ipse qui extreme deliquerat per fornicationem, mores vestros correxistis. Præceptor enim tum discipulo damnum infert, quando delinquentem non objurgat. Nam si objurgatus esset, ipsi in lucrum cederet.

VERS. 10. « Tristitia namque quæ est secundum Deum, pœnitentiam ad salutem haud pœnitendam operatur : mundi vero tristitia mortem operatur. » Philosophatur de mœrore, ostendens quod non semper sit noxia res mœror, sed quando secundum mundum fiat, hoc est propter pecunias, propter gloriam, propter mortuos. Ista enim mortem efficit, omnino quidem animæ, sæpenumero autem et corporis : haud pauci enim ob has res perierunt. Propter peccata vero si quis libenter tristatur, secundum Deum contristatur. Medicina enim hæc ad hanc ægritudinem solam commodat, haud pœnitendam salutem efficiens (nemo enim **281** seipsum condemnat peccati nomine contristatum), hominemque a morte animæ eripit.

VERS. 11. « Ecce enim quod secundum Deum contristati fuistis, quantam in vobis genuit sollicitudinem. » Non aliunde, inquit, demonstro commoditatem ex tristitia secundum Deum provenientem, sed ex rebus vestris. Non tantum enim non pœnituit vos quod contristati fueritis, verum etiam studiosiores facti estis.

« Sed defensionem. » Erga me. Excusati enim C apud me estis, quia resipuistis.

« Sed indignationem. « Erga eum qui fornicatus erat.

« Sed timorem. Erga me : timoris enim erat tanta adeoque festina correctio.

« Sed desiderium. » Erga me. Cum autem metum dixisset, ne putaretur ista ex auctoritate quadam suiipsius dicere, statim correxit, desiderium inquiens : quod charitatis, non potestatis erat indicium.

« Sed æmulationem. » Pro Deo.

Variæ lectiones.

[94] πρὸς o. [95] μεταμέλειαν m. [96] ἐβελτιώθησαν o. [97] ἀμετανόητον o. [98] ἁρπάζον o. [99] πρὸς ἐμὲ o. [1] τραχεῖα o.

« Sed vindictam. » Legum Dei : istas enim injuriam passas ulciscebantur.

« In omnibus exhibuistis vos incontaminatos esse in negotio. » Non solum, inquit, nihil tale estis ausi, quale fornicator iste, sed neque oblectati estis in illo. Quia enim in priore Epistola dixerat, « Et vos inflati estis » (id quod eos socios constituebat sceleris), talem, inquit, jam nunc suspicionem de vobis detrivistis, demonstrastisque vos esse puros ab hac reprehensione.

VERS. 12. « Igitur etiamsi scripsi vobis, non propter eum qui fecit injuriam, nec propter eum qui passus est, sed ad manifestandam sollicitudinem nostram quam habemus pro vobis erga vos coram Deo. » Ne dicant ei, Quid igitur increpabas nos, si in hoc negotio incontaminati eramus? ait : Tantam habeo gratiam litteris illis, nec pœnitet me objurgationis, ut etiam dicam, quod propter hoc ipsum hæc scripserim, ut dilectio mea et sollicitudo mea pro vobis manifestetur erga vos coram Deo, hoc est inspectante Deo, quod vera sit. Metuabam enim ne in vos quoque perveniret contagium. Quem autem dicit injuriam intulisse, et injuria affectum esse? Eos qui fornicati erant : utrique enim se mutuo injuria affecerunt. Quomodo autem dicit, Non propter hos scripsi? Hoc est, scripsi quidem, idque propter hos, sed non præcipue propter eos, propter vos vero potius, operam dans ne tota civitas læderetur : perinde ac cum dicit, Num Deus curam gerit boum [f] ? non hoc dicit, quod Deus nulla boum cura tangatur : qui enim conditi fuissent? verum quia propter boves præcipue non sancit leges.

282 VERS. 13. « Propterea consolationem accepimus. » Eo quod studium meum apparuit pro vobis, neque spes mea me fefellit, propter hoc, inquit, maximam consolationem accepi.

« Super consolatione autem vestra abundantius magis gavisi sumus super gaudio Titi. » Nunc vero ad consolationem qua consolati estis, me, ut dictum est, longe adhuc vehementius gavisus sum super gaudio Titi. Ista vero lætitia et consolatio ex vobis est, et propter vos. Ait ergo deinceps :

VERS. 13, 14. « Quia refectus est spiritus ejus ab omnibus vobis. Nam si quod gloriatus sum ipsi de vobis, non sum pudefactus. » Eam ob rem exhilaratus sum, inquit, quod invenit vos Titus tales, quales ego ipsi dixi vos esse. Proinde et ipse recreatus est, cum tales vos invenerit, neque quidquam asperum aut injucundum ipsi a vobis occurrit. Quod vero Paulus discipulorum nomine gloriatur, indicat virtutibus eos conspicuos fuisse, ipsumque liberorum amantem. Tales igitur hodieque convenit discipulos esse atque præceptores.

« Sed sicut omnia in veritate locutus sum vobis,

A « Ἀλλ' ἐκδίκησιν. » Τῶν τοῦ Θεοῦ νόμων · ἐξεδίκησαν [2] γὰρ τούτους ὑβρισθέντας.

« Ἐν παντὶ συνεστήσατε ἑαυτοὺς ἁγνοὺς εἶναι ἐν τῷ πράγματι. » Οὐ μόνον, φησὶν, οὐδὲν ἡμῖν τοιοῦτον τετόλμηται, οἷον τῷ πεπορνευκότι, ἀλλ' οὐδὲ συνήσθητε αὐτῷ. Ἐπειδὴ γὰρ ἐν τῇ προτέρᾳ Ἐπιστολῇ εἰρήκει · « Καὶ ὑμεῖς πεφυσιωμένοι ἐστέ · » ὅπερ αὐτοὺς κοινωνοὺς καθίστη [4] [*f.* καθίστη] τοῦ ἐγκλήματος · φησὶν, ὅτι Νῦν καὶ ταύτην τὴν ὑποψίαν ἀπετρίψατε καὶ ἐδείξατε ἑαυτοὺς καθαροὺς τοῦ ἐπὶ τούτῳ μώμου.

« Ἄρα εἰ καὶ ἔγραψα ὑμῖν, οὐχ ἕνεκεν τοῦ ἀδικήσαντος, οὐδὲ ἕνεκεν τοῦ ἀδικηθέντος, ἀλλ' ἕνεκεν τοῦ φανερωθῆναι τὴν σπουδὴν ἡμῶν τὴν ὑπὲρ ὑμῶν πρὸς ὑμᾶς ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ. » Ἵνα μὴ εἴπωσιν B αὐτῷ · Τί οὖν ἐπετίμας [4] ἡμῖν, εἰ ἄγνοι ἦμεν ἐν τῷ πράγματι; φησὶν, ὅτι Τοσαύτην [6] ἔχω χάριν τοῖς γράμμασιν [6] ἐκείνοις, καὶ οὐ μεταμέλομαι ἐπὶ τῇ ἐπιτιμήσει, ὥστε καὶ λέγω, ὅτι δι' αὐτὸ τοῦτο ἔγραψα ταῦτα, ἵνα ἡ ἀγάπη μου, καὶ ἡ σπουδή μου ἡ ὑπὲρ ὑμῶν, φανερωθῇ πρὸς ὑμᾶς ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ, τουτέστιν, ἐφορῶντος τοῦ Θεοῦ ὅτι ἀληθής ἐστιν. Ἐδεδοίκειν γὰρ μὴ καὶ εἰς ὑμᾶς διαβῇ ἡ λύμη. Τίνα δὲ λέγει ἀδικήσαντα καὶ ἀδικηθέντα; Τοὺς πεπορνευκότας · ἀμφότεροι γὰρ ἀλλήλους ἠδίκησαν. Πῶς δέ φησιν, ὅτι Οὐχ ἕνεκα τούτων ἔγραψα; Τουτέστιν, Ἔγραψα μὲν καὶ διὰ τούτους, ἀλλ' οὐ προηγουμένως δι' αὐτούς · δι' ὑμᾶς δέ, σπουδάζων ἵνα μὴ ὅλη ἡ πόλις βλαβῇ · ὥσπερ καὶ ὅταν λέγει · « Μὴ τῶν βοῶν μέλει τῷ Θεῷ; » οὐ τοῦτο λέγει, ὅτι οὐ μέλει · C πῶς γὰρ ἂν συνέστησαν; ἀλλ' ὅτι οὐ προηγουμένως διὰ τοὺς βόας νομοθετεῖ.

« Διὰ τοῦτο παρακεκλήμεθα. » Διότι ἡ σπουδή μου ἐφάνη ὑπὲρ ὑμῶν, καὶ οὐ διεψεύσθησάν μου [7] αἱ ἐλπίδες, διὰ τοῦτο, φησὶ, παραμυθίαν μεγίστην παρεδεξάμην.

« Ἐπὶ δὲ τῇ παρακλήσει ὑμῶν περισσοτέρως μᾶλλον ἐχάρημεν ἐπὶ τῇ χαρᾷ Τίτου. » Νῦν δὲ ἐπὶ τῇ παρακλήσει ὑμῶν ᾗ παρεκλήθην ἀφ' ὑμῶν, ὡς εἴρηται, ἔτι περισσότερον ἐχάρην καὶ ἐπὶ τῇ χαρᾷ Τίτου · καὶ αὕτη δὲ ἡ χαρὰ καὶ ἡ παράκλησις ἐξ ὑμῶν ἐστι, καὶ δι' ὑμᾶς. Φησὶν οὖν ἑξῆς·

« Ὅτι ἀναπέπαυται τὸ πνεῦμα αὐτοῦ ἀπὸ πάντων ὑμῶν. Ὅτι εἴ τι αὐτῷ κεκαύχημαι ὑπὲρ ὑμῶν, D οὐ κατῃσχύνθην. » Διὰ τοῦτο, φησὶν, ἐχάρην, ὅτι εὗρεν ὑμᾶς ὁ Τίτος τοιούτους, οἵους ἐγὼ αὐτῷ [8] ἔλεγον εἶναι ὑμᾶς · καὶ ἀνεπαύθη καὶ αὐτὸς εὑρὼν ὑμᾶς τοιούτους, καὶ οὐδὲν δυσχερὲς αὐτῷ ἢ ἀηδὲς ἀφ' ὑμῶν ἀπήντησε. Τὸ δὲ καυχᾶσθαι τὸν Παῦλον ἐπὶ τοῖς μαθηταῖς, δείκνυσι καὶ αὐτοὺς [9] ἐναρέτους, κἀκεῖνον [10] φιλότεκνον. Τοιούτους δεῖ εἶναι καὶ νῦν τούς τε μαθητὰς καὶ τοὺς διδασκάλους.

« Ἀλλ' ὡς πάντα ἐν ἀληθείᾳ ἐλάλησα ὑμῖν, οὕτω

[f] I Cor. IX, 15.

Variæ lectiones.

[2] ἐξεδικήσατε γὰρ τοὺς ὑϐ. ο. [3] καινοὺς καθιστᾷ ο. [4] ἐπετίμησας ο. [5] τοσοῦτον ο. [6] πράγμασιν ο. [7] μοι ο. [8] αὐτὸς ο. [9] ἐκείνους ο. [10] καὶ αὐτὸν ο.

καὶ ἡ καύχησις ὑμῶν ἡ ἐπὶ Τίτου ἀληθὴς ἐγενήθη. » Ὥσπερ, φησὶν, ὅσα ἐκήρυξα ὑμῖν, ἀληθῆ ἦσαν, ἢ ὅτι εἰκὸς ἦν καὶ περὶ τοῦ Τίτου αὐτοῖς ἐγκώμια εἰπεῖν. Ὥσπερ οὖν ταῦτα πάντα ἀληθῆ, οὕτω καὶ ὅσα περὶ ὑμῶν ἐκαυχησάμην, ἀληθῆ ἐφάνη [11].

« Καὶ τὰ σπλάγχνα αὐτοῦ περισσοτέρως ἐστὶν εἰς ὑμᾶς. » Διὰ τοῦτο τὸν Τίτον αὐτοῖς συνιστᾷ, ἵνα καὶ αὐτοὶ ἀνταγαπῶσιν αὐτὸν, ὡς συνδεδεμένον αὐτοῖς καὶ περικαιόμενον αὐτῶν. Διὰ τοῦτο γὰρ εἶπε, « Τὰ σπλάγχνα αὐτοῦ, ἵνα τὸ ἐνδιάθετον καὶ διάπυρον τῆς γνησίας ἀγάπης δηλώσῃ.

« Ἀναμιμνησκομένου τὴν πάντων ὑμῶν ὑπακοὴν, ὡς μετὰ φόβου καὶ τρόμου ἐδέξασθε αὐτόν. » Τὰς αἰτίας τίθησι δι' ἃς αὐτοὺς ὁ Τίτος οὕτως ἀγαπᾷ, δεικνὺς τὴν ἀρχὴν τῆς ἀγάπης ἐξ αὐτῶν οὖσαν, καὶ ἅμα προτρέπων αὐτοὺς ἔτι εἰς ταύτην. Οὐ γὰρ B ἁπλῶς ἀγάπην ἢ σπουδὴν ἐνεδείξασθε εἰς αὐτὸν, ἀλλ' ὑπακοὴν, ὡς τέκνα πατέρα ὑποδεξάμενοι, ἀλλὰ καὶ ὡς ἄρχοντα. « Μετὰ φόβου » γὰρ, « καὶ » ἔτι « μετὰ τρόμου. » Διπλῆν γὰρ αὐτοῖς ἀρετὴν μαρτυρεῖ· ἀγάπην, ὡς πρὸς πατέρα· καὶ φόβον, ὡς πρὸς ἄρχοντα· ἵνα μήτε ἡ ἀγάπη χωρὶς φόβου οὖσα ἐκλυθῇ, μήτε ὁ φόβος χωρὶς τῆς ἀγάπης ὢν, ἄχαρις ᾖ.

« Χαίρω ὅτι ἐν παντὶ θαῤῥῶ ἐν ὑμῖν. » Οὐ διὰ τὸν Τίτον χαίρω τοσοῦτον, ὅτι ἐτιμήθη παρ' ὑμῶν, ἀλλ' ὅτι τοιούτους ὑμᾶς εὑρίσκω, μὴ καταισχύνοντάς με, ἀλλὰ ποιοῦντάς με θαῤῥεῖν καὶ παῤῥησιάζεσθαι ἐφ' ὑμῖν ἐν παντὶ πράγματι καὶ καιρῷ. Καὶ ἄλλως δὲ, θαῤῥῶ ἐφ' ὑμῖν, ὅτι ὅσα ἂν ἢ πράξω, ἢ λέξω πρὸς C ὑμᾶς, ἡδέως ταῦτα δέχεσθε, καὶ πρὸς τὴν ὑμῶν αὐτῶν βελτίωσιν, κἂν ἐπιπλῆξαι δέῃ, κἂν ἐγκωμιάσαι, κἄν τι βαρὺ ἐπιτάξαι.

ΚΕΦΑΛ. Η'.

« Γνωρίζομεν δὲ ὑμῖν, ἀδελφοὶ, τὴν χάριν τοῦ Θεοῦ τὴν δεδομένην [12] ἐν ταῖς Ἐκκλησίαις τῆς Μακεδονίας. » Οὐ μάτην προλαβὼν τὰ πολλὰ ἐγκώμια τούτοις [13] ἔπλεξεν, ἀλλὰ προλεαίνων αὐτοὺς, ἐπειδὴ ἔμελλεν εἰς φιλοπτωχίαν προτρέψασθαι. Διὰ τοῦτο γάρ τοι καὶ ἀνωτέρω εἶπεν, ὅτι « Θαῤῥῶ ἐφ' ὑμῖν. » τουτέστιν, ὅτι Ὅσα ἂν ὑμῖν λέγω, ποιεῖτε. Οὐκ εἶπεν οὖν εὐθὺς, Δότε ἐλεημοσύνην, ἀλλὰ τὰ ἑτέροις πεπραγμένα εἰς μέσον τιθεὶς, πρὸς τὸν D ὅμοιον ζῆλον καὶ τούτους προτρέπεται. Ὅρα δὲ, πῶς χάριν Θεοῦ τὴν ἐλεήμονα γνώμην καλεῖ, ἅμα μὲν ἀνεπίφθονον τὸν λόγον ἐργαζόμενος, ἅμα δὲ καὶ ἐκκαλούμενος τοὺς Κορινθίους ὥστε ἁρπάσαι καὶ αὐτοὺς τὸ αὐτὸ ὡς χάρισμα τοῦ Θεοῦ. Καὶ οὐκ εἶπε, Τῇδε ἢ τῇδε τῇ πόλει, ἀλλ' ὁλόκληρον τὴν Μακεδονίαν ἐπαινεῖ, ἵνα καὶ αὐτοὶ πάντες πρὸς τὰ ἴσα ἀποβλέψωσιν.

« Ὅτι ἐν πολλῇ δοκιμῇ θλίψεως ἡ περισσεία τῆς χαρᾶς αὐτῶν. » Τουτέστι, πολλὰ θλιβέντες, καὶ οὕτως, ὥστε δόκιμοι γενέσθαι διὰ τῆς ὑπομονῆς·

sic et gloriatio nostra quæ fuit super Tito, vera fuit. » Ut, inquit, quæcunque prædicavi vobis vera fuerunt, vel quia verisimile erat eum de Tito ipsis encomia dixisse. Quemadmodum igitur hæc omnia vera, sic quæcunque de vobis gloriatus sum, vera visa sunt.

Vers. 15. « Et viscera ipsius abundantius sunt erga vos. » Titum ideo ipsis commendat, ut ipsi rursus eum diligant, ceu colligatum ipsis et ipsorum amore flagrantem. Ideo enim dixit, « viscera ejus, » ut affectum et ignem genuinæ charitatis indicet.

« Reminiscentis omnium vestrum obedientiam, quomodo cum tremore et timore excepistis illum. » Causas reddit propter quas Titus eos adeo diligit, ostendens principium dilectionis ex ipsis esse, simulque eos adhuc ad hanc adhortatur. Non enim simpliciter charitatem aut studium vestrum erga ipsum ostendistis, sed obedientiam, tanquam liberi patrem recipientes, imo tanquam principem : nam « cum timore, » atque insuper, « cum tremore. » Duplicem enim ipsis virtutem inesse testatur, dilectionem veluti ad patrem, et metum, tanquam ad principem, ut neque charitas sine timore deficiat, neque timor a dilectione sejunctus injucundus sit et ingratus.

Vers. 16. « Gaudeo quod in omnibus confido in vobis. » Non propter Titum tantum gaudeo, quod honoratus sit a vobis, verum quia tales vos invenio, qui non pudefaciatis me, sed potius confidentem reddatis, ac libere de vobis loquentem, in omni re ac tempore. Quin et aliter, confido etiam ac polliceor mihi de vobis, **283** quod quæcunque vel dixero vel fecero vobis, libenter vos suscipiatis, et ad vestram emendationem, sive increpare sive laudare sive grave quid præcipere opus fuerit.

CAPUT VIII.

Vers. 1. « Notam autem facimus vobis, fratres, gratiam Dei quæ data est in Ecclesiis Macedoniæ. » Non frustra in superioribus multis præconiis eos evexit, verum antea leniit eos, quia ad paupertatis amorem eos adhortaturus erat. Propterea enim et supra dixit; « Confido in vobis, » hoc est, quæcunque vobis dico, facitis. Non dixit autem statim, Date eleemosynam, sed quæ ab aliis acta erant, in medium promens, ad similem zelum et hos adhortatur. Observa autem quomodo gratiam Dei misericordem mentem appellet : partim quidem sermonem invidia vacuum faciens, partim ut Corinthios provocet, ut et ipsi idem tanquam donum Dei arripiant. Non dixit autem, Huic vel illi urbi, verum totam Macedoniam commendat, ut et ipsi omnes ex æquo ad similia respiciant.

Vers. 2. « Quod in multo experimento tribulationis abundantia gaudii ipsorum fuit. » Id est, multum afflicti, et sic ut probati fiant per patien-

Variæ lectiones.

[11] ἐφάνησαν O. [12] δοθεῖσαν O. [13] τούτων ἐπέλεξεν O.

tiam : non succubuerunt tamen, sed magis gavisi sunt : et non simpliciter, verum cum exuberantia.

« Et profunda paupertas eorum abundavit in divitias simplicitatis eorum. » Hoc est, quemadmodum ingens afflictio exuberavit in lætitiam : sic ingens et profunda eorum paupertas eleemosynis non solum non erat impedimento, verum etiam eos potius divitiis abundare persuasit. Non autem dixit, Eorum quæ data sunt, sed « Simplicitatis, » hoc est candidi animi, ad largiendum prompti. Non enim ex multitudine donorum, sed animi promptitudine liberalitas æstimatur. Hoc autem mirandum, quod tanta ex paupertate (direpti enim sunt a propriis contribulibus) tantam liberalitatem ostenderint.

VERS. 3, 4. « Quia pro viribus testimonium illis reddo, et supra vires voluntarii fuerunt, cum multa exhortatione obsecrantes nos. » Interpretatur quod dixit, Pro viribus, inquiens, imo « Et supra vires : » hoc enim appellat exuberantiam simplicitatis, « Supra vires, » inquam. Quin etiam non admoniti a nobis, sed, « Voluntarii. » Et quid hoc dico? illi ipsi multum adhortabantur nos et rogabant. Hæc autem dicit, ut ipsos etiam commonefaciat non tam multa dare, quam cum alacritate. Ideoque in sermone de hac re immoratur.

284 « Gratiam et communicationm ministerii quod fit in sanctos. » Deest, Adhortabantur nos suscipere ministerium hoc. « Gratiam » autem dixit, ut quia Corinthii spiritualium charismatum æmulatores essent, huic quoque ceu charismati accurrant, perinde ac supra commemoratum est. « Communicationem » autem vocavit, ut discant quod non solum dant, verum etiam accipiunt.

VERS. 5. « Et non sicut speravimus. » Non sperassemus, inquit, quod in tanta paupertate et afflictione existentes, nos adeo enixe rogassent, ut susciperemus ministerium eorum.

« Sed seipsos dederunt primun Domino, deinde et nobis per voluntatem Dei. » Alias eorum virtutes hic commemorat. Non enim ideo elati quia eleemosynæ studebant, alia neglexerunt : cæterum seipsos dederunt totos Domino, ad omne opus Deo gratum toto et indiviso animo inclinantes. Quin etiam nobis dederunt seipsos, hoc est, in omnibus subjecti fuerunt, charitatem ostenderunt per voluntatem Dei, hoc est uti Deo placet, et non humanæ rationi.

VERS. 6. « Ut nos adhortaremur Titum, ut quemadmodum jam antea cœpisset, in vobis sic perficeret gratiam hanc. » Adeo, inquit, illi sese ad eleemosynam dederunt, ut ego conspicatus rem, anxie cogitarem pro vobis, ne ipsis inferiores essetis, ac propterea adhortarer Titum ut veniret ad vos : quod et ipse jam antea exorsus erat, id est,

A ὅμως οὐ κατέπεσον, ἀλλὰ μᾶλλον καὶ χαρὰν ἔσχον · καὶ οὐχ ἁπλῶς, ἀλλὰ καὶ μετὰ περισσείας.

« Καὶ ἡ κατὰ βάθους πτωχεία αὐτῶν ἐπερίσσευσεν εἰς τὸν πλοῦτον τῆς ἁπλότητος αὐτῶν. » Τουτέστιν, ὥσπερ ἡ πολλὴ θλῖψις ἐπερίσσευσεν εἰς χαράν, οὕτως ἡ πολλὴ αὐτῶν καὶ βαθεῖα πτωχεία οὐ μόνον οὐκ ἐνεπόδισεν εἰς ἐλεημοσύνην, ἀλλὰ μᾶλλον καὶ περισσεῦσαι αὐτοὺς παρέπεισεν εἰς τὸν πλοῦτον. Οὐκ εἶπε δὲ, Τῶν δοθέντων, ἀλλὰ, « Τῆς ἁπλότητος · » τουτέστι, τῆς ἀφθόνου γνώμης, τῆς εὐμεταδότου. Οὐ γὰρ τῷ πλήθει τῶν διδομένων, ἀλλὰ τῇ προαιρέσει κρίνεται ἡ φιλοτιμία. Τοῦτο οὖν θαυμαστὸν, ὅτι ἐκ τοσαύτης πενίας (διηρπάγησαν γὰρ ὑπὸ τῶν οἰκείων [14] συμφυλετῶν) τοσαύτην ἐπεδείξαντο [15] φι-

B λοτιμίαν.

« Ὅτι κατὰ δύναμιν μαρτυρῶ, καὶ ὑπὲρ δύναμιν αὐθαίρετοι, μετὰ πολλῆς παρακλήσεως δεόμενοι ἡμῶν. » Ἑρμηνεύει ὃ εἶπε, καί φησιν, ὅτι Ὅση δύναμις, μᾶλλον δὲ « καὶ ὑπὲρ δύναμιν · » τοῦτο γὰρ ἡ περισσεία τῆς ἁπλότητος, τὸ, « ὑπὲρ δύναμιν, » φησίν. Ἀλλὰ καὶ μηδὲ [16] προτραπέντες παρ' ἡμῶν, ἀλλ' « αὐθαίρετοι. » Καὶ τί τοῦτο λέγω; Αὐτοὶ μὲν οὖν ἐκεῖνοι πολλὴν παράκλησιν εἰσφέροντες, καὶ δεόμενοι ἡμῶν. Ταῦτα δὲ λέγει, ἵνα καὶ αὐτοὺς προτρέψηται οὐ τοσοῦτον εἰς τὸ πολλὰ δοῦναι, ὅσον εἰς τὸ μετὰ προθυμίας. Διὸ καὶ ἐνδιατρίβει τῷ περὶ τούτου λόγῳ.

C « Τὴν χάριν καὶ τὴν κοινωνίαν τῆς διακονίας τῆς εἰς τοὺς ἁγίους. » Λείπει τὸ, Παρεκάλουν ἡμᾶς ἀναδέξασθαι τὴν διακονίαν ταύτην. « Τὴν χάριν » δὲ, εἶπεν, ἵνα ἐπειδὴ ζηλωταὶ ἦσαν τῶν πνευματικῶν χαρισμάτων οἱ Κορίνθιοι, ἐπιδράμωσι καὶ τούτῳ ὡς χαρίσματι, καθὰ καὶ ἀνωτέρω εἴρηται. Καὶ « κοινωνίαν » δὲ ἐκάλεσεν, ἵνα μάθωσιν ὅτι οὐ μόνον διδόασιν, ἀλλὰ καὶ λαμβάνουσι.

« Καὶ οὐ καθὼς ἠλπίσαμεν. » Οὐκ ἠλπίσαμεν ὅτι καὶ τοσαύτην πενίαν ἔχοντες, καὶ ἐν τοσαύτῃ θλίψει ὄντες, τοσαῦτα δεηθήσονται ἡμῶν, ἵνα δεξώμεθα τὴν διακονίαν αὐτῶν.

« Ἀλλ' ἑαυτοὺς ἔδωκαν πρῶτον τῷ Κυρίῳ, καὶ ἡμῖν διὰ θελήματος Θεοῦ. » Ἐνταῦθα καὶ τὰς ἄλλας ἀρετὰς αὐτοῖς προσμαρτυρεῖ · οὐ γὰρ ἐπειδὴ ἐλεημοσύνης [17] ἐπεμελήθησαν τυφωθέντες, τῶν ἄλλων ἠμέλησαν, ἀλλ' ὅλους ἑαυτοὺς ἔδωκαν τῷ

D Κυρίῳ, πρὸς πᾶν ἔργον θεάρεστον ὁλοψύχως [18], καὶ οὐ μετὰ διψυχίας [19] νεύσαντες. Καὶ ἡμῖν δὲ ἔδωκαν ἑαυτοὺς, τουτέστιν, ἐν πᾶσιν ὑπετάγησαν, ἀγάπην διὰ θελήματος Θεοῦ ἐνεδείξαντο · τουτέστιν, ὡς ἀρέσκει Θεῷ, καὶ οὐκ ἀνθρωπίνῳ λογισμῷ.

« Ὥστε ἡμᾶς παρακαλέσαι Τίτον, ἵνα καθὼς προενήρξατο, ἐν ὑμῖν ἐπιτελέσῃ οὕτω καὶ τὴν χάριν ταύτην. » Τοσοῦτον, φησὶν, ἐκεῖνοι ἔδωκαν ἑαυτοὺς εἰς ἐλεημοσύνην, ὥστε ἐμὲ ἰδόντα τὸ πρᾶγμα μεριμνῆσαι ὑπὲρ ὑμῶν, μήπως ἐλαττωθῆτε αὐτῶν, καὶ διὰ τοῦτο παρακαλέσαι Τίτον ἐλθεῖν πρὸς ὑμᾶς [20] καὶ πρὸ τῆς ἐμῆς προτροπῆς. Οἰκειοῖ δὲ αὐτοῖς

Variæ lectiones.

[14] ἰδίων o. [15] ἐνεδείξ. o. [16] μὴ o. [17] ἐλεημοσύνην o. [18] ὁλοκλήρως o. [19] διχοψυχίας o. [20] Ἴσ. ὃ καὶ προενήρξατο αὐτὸς, τουτέστι, προέθετο ἐλθεῖν πρὸς ὑμᾶς o.

τὸν Τίτον διὰ τούτων, ἵνα ἐλθόντι καὶ συμβουλεύοντι περὶ ἐλεημοσύνης, εὐκολώτερον αὐτῷ πεισθῶσιν, ὡς τὰ ὑπὲρ αὐτῶν φρονοῦντι. Καὶ πάλιν δὲ χάριν ἐκάλεσε τὸ πρᾶγμα. Μέγα γὰρ τῷ ὄντι, καὶ δῶρον Θεοῦ, καὶ ἐξομοιοῦν αὐτῷ δυνατὸν τὸν μετιόντα· ὅθεν καί τις σοφός φησι· « Μέγα ἄνθρωπος, καὶ τίμιον ἀνὴρ ἐλεήμων [21]. »

A proposuerat venire ad vos, priusquam eum commonefacerem. Per hæc autem Titum ipsis conciliat, ut ubi venerit atque de eleemosyna consultet, facilius ei credant, ceu cogitanti quæ ad eorum salutem faciant. Rursus autem gratiam vocavit rem istam : magnum enim revera est ac Dei donum, eumque, qui ejus est particeps, Deo assimilare valet. Unde et sapiens quispiam dixit : « Magnum quiddam est homo, et pretiosum vir misericors. »

« Ἀλλ' ὥσπερ ἐν παντὶ περισσεύετε πίστει, καὶ λόγῳ, καὶ γνώσει, καὶ σπουδῇ πάσῃ, καὶ τῇ ἐξ ὑμῶν ἀγάπῃ ἐν ἡμῖν, ἵνα καὶ ἐν ταύτῃ τῇ χάριτι περισσεύητε. » Μετ' ἐγκωμίων προτρέπεται, καί φησιν, ὅτι Ὥσπερ τὰ ἄλλα πάντα μετὰ [22] περισσείας ἔχετε, οὕτω καὶ ἐνταῦθα, οὐχ ἵνα δῶτε, ἀλλ' ἵνα [23] περισσεύητε, ἢ ὑπὲρ τοὺς Μακεδόνας, ἢ ἵνα δαψιλεύσησθε ἁπλῶς. « Πίστει » δὲ, τῇ τῶν χαρισμάτων, τῇ ἀδιστάκτῳ· « λόγῳ, » τῷ τῆς σοφίας· « γνώσει, » τῇ τῶν δογμάτων· « καὶ σπουδῇ πάσῃ, » τῇ εἰς τὴν ἄλλην ἀρετήν· καὶ τῇ ἐξ ὑμῶν ἐν ἡμῖν ἀγάπῃ. Προεῖπε γὰρ, ὅτι Ἐνεδείξασθε τῷ Τίτῳ τὴν πρὸς ἐμὲ ἀγάπην, ζηλοῦντες ὑπὲρ ἐμοῦ.

« Οὐ κατ' ἐπιταγὴν λέγω. » Τουτέστιν, Οὐκ ἀναγκάζων ὑμᾶς, οὔτε ὡς κατεξουσιάζων.

VERS. 7. « Sed sicut in omnibus abundatis fide et sermone et scientia et omni sollicitudine et charitate vestra in nos, ut et in hac gratia abundetis. » Laudando adhortatur, inquiens : Quemadmodum cætera omnia abunde tenetis, sic et hoc loco, non ut detis, verum ut exuberetis, vel supra Macedones, vel ut largi sitis simpliciter. « Fide » autem, nempe charismatum, indubitata; « sermone, » sapientiæ; scientia, doctrinarum; « et omni sollicitudine, » erga aliam virtutem : « et charitate, » quam vos in nos habetis. Nam supra dixit, Indicastis Tito dilectionem vestram in me, æmulantes pro me.

B

« Ἀλλὰ διὰ τῆς ἑτέρων σπουδῆς, καὶ τὸ τῆς ὑμετέρας ἀγάπης γνήσιον δοκιμάζων. » Τουτέστι, Διὰ τοῦτο ἐπαινῶ τοὺς Μακεδόνας, ἵνα διὰ τῆς ἐκείνων σπουδῆς τὴν ὑμετέραν πρὸς τοὺς πένητας ἁγίους ἀγάπην δοκιμωτέραν ἀποδείξω καὶ λαμπροτέραν.

VERS. 8. « Non quasi imperans dico. » Hoc est, **285** non cogo vos, neque velut aliquam in vos potestatem habens.

« Sed per aliorum sollicitudinem, etiam vestræ charitatis ingenuum bonum comprobans. » Hoc est, propterea laudo Macedones, ut per illorum diligentiam vestram erga pauperes sanctos dilectionem probatiorem et fulgentiorem reddam.

« Γινώσκετε γὰρ τὴν χάριν τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ὅτι δι' ὑμᾶς ἐπτώχευσε πλούσιος ὤν, ἵνα ὑμεῖς τῇ ἐκείνου πτωχείᾳ πλουτήσητε. » Τουτέστιν, Ἐννοήσατε, ἀναλογίσασθε τὸ μέγα μυστήριον, καὶ οὐδενὸς φείσεσθε [24]. Εἰ γὰρ ἀπιστεῖς [24*], φησὶν, ὅτι ἡ πτωχεία πλούτου ἐστὶ ποιητική, ἐννόησόν σου τὸν Δεσπότην, καὶ οὐκέτι ἀπιστήσεις. Εἰ μὴ γὰρ ἐκεῖνος ἐπτώχευσε, τουτέστι, τὴν κάτω κειμένην καὶ ἄτιμον σάρκα ἀνέλαβε, καὶ τἆλλα πάντα τῆς ἀτιμίας ὑπέστη, καὶ ταῦτα δι' ἡμᾶς, τοὺς ἀναξίους, τοὺς ἐχθροὺς, οὐκ ἂν ἡμεῖς ἐπλουτήσαμεν. Ποῖον δὲ πλοῦτόν φησι; Τὸν τῆς εὐσεβείας, τὸν καθαρισμὸν, τὸν ἁγιασμὸν, καὶ τἆλλα ἀγαθὰ, ἃ καὶ ἔδωκε καὶ δώσει.

VERS. 9. « Scitis enim gratiam Domini nostri Jesu Christi, quod propter vos pauper factus est, cum dives esset, ut illius inopia vos divites essetis. » Hoc est, cogitate, expendite vobiscum ingens mysterium, et nulli rei parcetis. Si enim non credis, inquit, quod paupertas divitiarum sit effectrix, considera Dominum tuum, et non amplius dubitabis. Nisi enim ille pauper factus esset, hoc est, infra jacentem et ingloriam carnem suscepisset, aliaque cuncta contumeliosa sustinuisset, idque propter nos indignos, inimicos suos, nos haud essemus ditati. Quales autem opes ait? Pietatem, puritatem, sanctificationem, cæteraque bona, quæ cum dedit tum daturus est.

G

« Καὶ γνώμην ἐν τούτῳ δίδωμι· τοῦτο γὰρ ὑμῖν συμφέρει. » Ὅρα πῶς ἀνεπαχθὴς εἶναι σπουδάζει. « Γνώμην » γὰρ, φησὶ, « δίδωμι· » τουτέστι, Συμβουλὴν, οὐκ ἀνάγκην ἐπιτίθημι· καὶ αὐτὴν δὲ τὴν συμβουλὴν ποιοῦμαι διὰ τὸ συμφέρειν ὑμῖν μᾶλλον ἢ τοῖς λαμβάνουσιν.

VERS. 10. « Et consilium in hac re do : hoc enim vobis utile est. » Animadverte quomodo minime molestus esse contendat. « Consilium » enim, inquit, « do, » id est, consulo, non necessitatem impono. Istud autem consilium do, eo quod vobis magis prosit quam accipientibus.

D

« Οἵτινες οὐ μόνον τὸ ποιῆσαι, ἀλλὰ καὶ τὸ θέλειν προενήρξασθε ἀπὸ πέρυσι· νυνὶ δὲ καὶ τὸ ποιῆσαι ἐπιτελέσατε. » Οὐκέτι ἐκ τῆς τῶν ἑτέρων σπουδῆς αὐτοὺς προτρέπεται, ἀλλ' ἐκ τῆς αὐτῶν προθυμίας· καί φησιν, ὅτι Ἑκόντες ἐπὶ τοῦτο ἤλθετε, καὶ οὐ μόνον ἀρχὴν κατεβάλεσθε πρὸς τὸ ποιεῖν, ἀλλὰ καὶ

VERS. 10, 11. « Qui non solum facere, sed et velle cœpistis ab anno superiore, nunc vero et facto perficite. » Non porro ex aliorum studio eos commonefacit, cæterum ex sua ipsorum promptitudine : Sponte, inquiens, ad hoc venistis, nec solum facienti fundamentum jecistis, verum etiam vo-

Variæ lectiones.

[21] μέγα γὰρ ἄνθρωπος, ἀνὴρ καὶ τίμιος ἐλεήμων O. [22] ἐκ O. [23] ἵνα δὲ O. [24] οὐδὲ νοσφίσεσθε O. [24*] ἀπιστεῖτε O.

lendi, hoc est, ut voluntarii nulloque adhortante, faciatis. Nunc igitur consilium vobis do, ut et opus perficiatis.

« Ut quemadmodum promptus est animus voluntatis, ita sit et perficiendi ex eo quod habetis. » Ut bonum in promptitudine non sistat, sed et opere perficiatur. Nam sicut promptitudinem et deliberationem voluntas facit, sic et opus ex facultate nascitur. Qui igitur habet, impleat opus : nam qui non habet, quod ad voluntatem attinet, opus implevit.

VERS. 12. « Si enim voluntas prompta est, secundum id quod habet accepta est, non secundum id quod non habet. » Vide sapientiam ejus, uti Macedones (Thessalonicenses inquam) commendans, quod supra vires præstiterint, ab his nihil ultra vires poscat. Si igitur animos pronos habueritis, pro virili quæ potestis contribuite, ac suscipit hæc Deus.

VERS. 13. « Non enim ut aliis sit remissio, vobis autem tribulatio. » Non ut alii, **286** inquit, in quiete ac deliciis agant, vos oportet supra vires elargiri, ut ex hoc penuriam et afflictionem sustineatis. Atqui Dominus viduam etiam laudavit, quæ omnes facultates suas impertiit [g]. Verum enim vero Paulus hoc nunc non agit, partim quod imbecilliores erant, partim quod opulenti erant : atque omnino si pro viribus suis dedissent, magna, eximia atque opulenta contributio fuisset. Deinde etiam sperat Thessalonicensium exemplo eos magis excitandos, ideoque illorum arbitratui rem permittit. Denique in sequentibus subobscure ad eamdem rem hortatur.

VERS. 14. « Sed ex æqualitate in præsenti tempore vestra abundantia illorum inopiam suppleat, ut et illorum abundantia vestræ inopiæ sit supplementum. » Hoc est, floretis vos opibus et pecuniis, illi autem florent fiducia et libertate erga Deum. Date igitur ex iis quibus vos abundatis divitiis, illi vero destituuntur, ut accipiatis a fiducia qua illi quidem locupletes sunt, vos autem inopes. Animadverte quomodo clanculum confirmet ac probet, ut supra vires etiam dent. Si enim, inquit, vis ex abundanti accipere, da etiam ex abundanti : sin totam vis omnino compensationem accipere, tu pariter totum exhibe : quod quidem est ex inopia et supra vires : verum id clam agit. Hactenus igitur, ut apparet, pro viribus dare commendat.

VERS. 15. « Ut fiat æqualitas, sicut scriptum est : Qui multum, non exuberavit, et qui modicum, non defecit [h]. » Quanam ratione fit æqualitas? Si et vos et illi exuberantia permutetis, ac defectus repleatis. Quæ autem est æqualitas, spiritualia pro carnalibus dare? Non secundum pretium, nec secundum vilitatem rerum, quæ dantur et redduntur,

πρὸς τὸ θέλειν· τουτέστι, πρὸς τὸ ἑκουσίως ποιεῖν, καὶ μηδενὸς προτρεψαμένου. Νυνὶ οὖν γνώμην ὑμῖν δίδωμι, ἵνα καὶ τὸ ἔργον ἐπιτελέσητε.

« Ὅπως καθάπερ ἡ προθυμία τοῦ θέλειν, οὕτω καὶ τὸ ἐπιτελέσαι ἐκ τοῦ ἔχειν. » Ἵνα μὴ ἄχρι τῆς προθυμίας στῇ τὸ καλὸν, ἀλλὰ καὶ ἐργασθῇ [25] τελειότερον. Ὥσπερ γὰρ τὴν προθυμίαν καὶ προαίρεσιν τὸ θέλειν ποιεῖ· οὕτω καὶ τὸ ἔργον ἐκ τοῦ ἔχειν γίνεται. Ὅστις [26] οὖν ἔχει, πληρωσάτω τὸ ἔργον· ὡς ὅ γε μὴ ἔχων τὸ ἀπὸ τῆς προαιρέσεως ἐπλήρωσεν.

« Εἰ γὰρ ἡ προθυμία πρόκειται, καθὸ ἐὰν ἔχῃ τις, εὐπρόσδεκτος, οὐ καθὸ οὐκ ἔχει. » Ὅρα σοφίαν, πῶς τοὺς Μακεδόνας, τοὺς Θεσσαλονικεῖς φημι, ἐπαινέσας, ὡς ὑπὲρ δύναμιν ποιήσαντας, τούτους οὐδὲν πλέον τῆς δυνάμεως ἀπαιτεῖ. Ἐὰν οὖν τὴν προθυμίαν, φησὶν, ἔχητε, τὰ κατὰ δυναμιν εἰσφέρετε, καὶ προσδέχεται ταῦτα ὁ Θεός.

« Οὐ γὰρ ἵνα ἄλλοις ἄνεσις, ὑμῖν δὲ θλῖψις. » Οὐχ ἵνα, φησὶν, ἄλλοι μετὰ ἀνέσεως τρυφῶσιν [27], χρὴ ὑμᾶς ὑπὲρ δύναμιν δοῦναι, ὥστε καὶ ἔνδειαν καὶ θλῖψιν ὑπομεῖναι ἐκ τούτου. Καίτοι ὁ Κύριος τὴν χήραν ἐπῄνεσεν, ὡς ὅλον τὸν βίον δοῦσαν· ἀλλ' ὁ Παῦλος οὐ ποιεῖ τοῦτο νῦν· ἅμα μὲν διότι ἀσθενέστεροι ἦσαν, ἅμα δὲ ὅτι καὶ πλούσιοι· καὶ πάντως εἰ πρὸς δύναμιν ἔδωκαν, ἁδρὰ ἂν, καὶ ἀξιόλογος, καὶ πλουσία ἐγένετο ἡ δόσις. Ἔτι δὲ καὶ ἐλπίζει ὅτι τῷ τῶν Θεσσαλονικέων ὑποδείγματι μᾶλλον διεγερθήσονται· καὶ διὰ τοῦτο ἐπὶ τῇ ἐξουσίᾳ αὐτῶν ἐᾷ τὸ πρᾶγμα· ἀμέλει ἐν τοῖς ἑξῆς αἰνιγματωδῶς εἰς αὐτὸ προτρέπεται.

« Ἀλλ' ἐξ ἰσότητος ἐν τῷ νῦν καιρῷ τὸ ὑμῶν περίσσευμα εἰς τὸ ἐκείνων ὑστέρημα· ἵνα καὶ τὸ ἐκείνων περίσσευμα γένηται εἰς τὸ ὑμῶν ὑστέρημα. » Τουτέστι, Κομᾶτε χρήμασιν ὑμεῖς· κομῶσιν ἐκεῖνοι τῇ πρὸς Θεὸν παῤῥησίᾳ. Δότε τοίνυν ἀφ' ὧν ὑμεῖς περισσεύετε χρημάτων, ἐκεῖνοι δὲ οὐκ ἔχουσιν, ἵνα λάβητε ἀπὸ τῆς παῤῥησίας, ἐν ᾗ πλουτοῦσι μὲν ἐκεῖνοι, ὑμεῖς δὲ ὑστερεῖσθε. Ὅρα δὲ, πῶς λανθανόντως κατασκευάζει τὸ καὶ ὑπὲρ δύναμιν διδόναι. Εἰ γὰρ βούλει, φησὶν, ἐκ τοῦ περισσεύματος λαβεῖν, δὸς καὶ σὺ ἐκ τοῦ περισσεύματος. Εἰ δὲ βούλει ὁλόκληρον λαβεῖν τὴν ἀντιμισθίαν, πάρασχε καὶ σὺ ὅλον· ὅπερ ἐστὶν ἐκ τοῦ ὑστερήματος, καὶ ὑπὲρ δύναμιν· ἀλλὰ τοῦτο μὲν λεληθότως. Τέως δ' οὖν, κατὰ τὸ φαινόμενον, τὸ κατὰ δύναμιν παραινεῖ.

« Ὅπως γένηται ἰσότης, καθὼς γέγραπται· Ὁ τὸ πολὺ, οὐκ ἐπλεόνασε, καὶ ὁ τὸ ὀλίγον, οὐκ ἠλαττόνησε. » Πῶς γένηται ἰσότης; Ἐὰν καὶ ὑμεῖς καὶ ἐκεῖνοι τὰ περισσεύοντα ἀντιδιδῶτε, καὶ τὰ ὑστερήματα ἀναπληροῦτε. Καὶ ποία ἰσότης πνευματικὰ ἀντὶ σαρκικῶν διδόναι; Οὐ κατὰ τὸ πολυτιμότερον ἢ ἀτιμότερον τῶν διδομένων καὶ

[g] Marc. XII, 43. [h] Exod. XIV, 18.

Variæ lectiones.

[25] ἐξεργασθῇ O. [26] εἴτις O. [27] τρυφῶντες ὦσι O.

ἀντιδιδομένων εἴρηται ἡ ἰσότης, ἀλλὰ καθὸ ὃ περισσεύει ὑμῖν, δίδοτε ὑμεῖς· καὶ πάλιν, ὃ περισσεύει ἐκείνοις, διδόασιν ἐκεῖνοι· καὶ πάλιν, ὃ ὑστερεῖσθε ὑμεῖς, λαμβάνετε· καὶ ὃ ὑστεροῦνται ἐκεῖνοι, λαμβάνουσι· κατὰ τοῦτο ἡ ἰσότης. Ἄλλως τε καὶ κατὰ τὸν παρόντα, φησὶ, καιρὸν ἡ ἰσότης αὕτη· ἐν δὲ τῷ μέλλοντι ὑπεροχὴ πολλὴ ὧν ἐκεῖνοι διδόασιν. Ὥστε συστάλητε; οἱ πλούσιοι, εἴ γε ἐν τοῖς ἑστῶσιν ὑπερέχουσιν ὑμῶν οἱ πένητες. Παράγει δὲ τὸ ἐπὶ τοῦ μάννα γινόμενον, ἅμα μὲν ἵνα δείξῃ πῶς γίνεται ἡ ἰσότης· ὅτι ὅταν ὁ τὸ πολὺ ἔχων πλούσιος, εἰ δῷ τὸ περιττεῦον τῷ ἔχοντι τὰ ὀλίγα, οὔτε αὐτὸς πλεονάζει, καὶ ὁ τὸ ὀλίγον ἔχων οὐκ ἐλαττονεῖται, ἅτε λαβὼν παρ' ἐκείνου. Καὶ πάλιν ἐπὶ τῆς πρὸς Θεὸν παῤῥησίας τὸ αὐτό· ἅμα δὲ καί τι μεῖζον κατορθοῖ, δεικνύων τοῖς πλουσίοις, ὅτι ὥσπερ ἐπὶ τοῦ μάννα, οἵ τε πλέον συνάγοντες, καὶ οἱ ἔλαττον, πάντες τὸ αὐτὸ μέτρον εὑρίσκοντο ἔχοντες, τὴν ἀπληστίαν τοῦ Θεοῦ κολάζοντος· οὕτω καὶ νῦν οὐ δεῖ τοῦ πλείονος ἐφίεσθαι.

A æqualitas dicta est, verum quatenus ex eo quo abundatis, datis vos; ac contra, quo illi exuberant, vobis communicant : ac iterum quo vos indigetis, ab illis accipitis; et illi quo opus habent, a vobis accipiunt : secundum hoc est æqualitas. Præcipue autem in præsenti, inquit, est æqualitas ista : in futuro autem plurimum excellunt ea quæ ipsi donant. Proinde submittite vos, opulenti, siquidem in rebus stabilibus vos pauperes antecellunt. Producit autem id quod de manna factum est, partim ut indicet quomodo fit æqualitas; quando videlicet dives qui multum habet, si dederit quod sibi superfluit, ei cui parum est, neque ipse abundat, atque is cui parum est, non deficit, eo quod ab illo acceperit. Ac rursus idem fit in fiducia erga Deum. B Simul vero majus etiam aliquid perficit, ob oculos ponens opulentis, quod quemadmodum in manna, qui plus collegerant, et qui minus, omnes **287** eamdem habere mensuram inveniebantur, Deo insatiabilitatem eorum puniente, ita etiamnum nimium expetere non oportet.

« Χάρις δὲ τῷ Θεῷ τῷ δόντι τὴν αὐτὴν σπουδὴν ὑπὲρ ὑμῶν ἐν τῇ καρδίᾳ Τίτου. » Διαλεχθεὶς περὶ τῆς ἐλεημοσύνης ὅσα ἔδει, λοιπὸν ἐπαινεῖ τοὺς ἐπὶ τούτῳ σταλέντας· ἵνα ἀνύποπτοι γεγονότες [28], μᾶλλον εἰς προθυμίαν αὐτοὺς τοῦ συνεισενεγκεῖν ἐμβάλωσιν. Ἐπειδὴ δὲ πρῶτος τούτων Τίτος ἦν, τοῦτον ἐπαινεῖ, καὶ Θεοῦ ἔργον λέγει τὸ διεγερθῆναι αὐτὸν εἰς τὸ διακονῆσαι. Τὴν αὐτὴν γὰρ σπουδὴν ἣν κἀγὼ ἔχω ὑπὲρ ὑμῶν, ἐνέθηκεν αὐτῷ. Ἐντεῦθεν δὲ προτρέπεται αὐτοὺς ἵνα ἀξιόλογον ποιήσωνται τὴν δόσιν. Εἰ γὰρ ὁ Θεὸς αὐτὸν διήγειρεν, ὁ Θεὸς λοιπὸν αἰτεῖ, καὶ ὀφείλετε ἀξιόθεον [29] τὴν δόσιν ποιήσασθαι.

Verb. 16. « Gratia autem Deo, qui dedit eamdem sollicitudinem pro vobis in corde Titi. » Cum de eleemosyna, quantum res poscebat, disseruisset, deinceps commendat eos qui eam ob rem missi erant, ut omni suspicione carentes, vehementius eos ad alacritatem et promptitudinem contribuendi impellant. Quia vero inter hos primus erat Titus, laudat eum, Deique opus esse dicit quod ad ministrandum sit excitatus. C Eamdem enim curam et sollicitudinem quam ego habeo pro vobis, menti ejus imposuit. Hinc vero hortatur eos ut contributionem faciant, quæ alicujus momenti sit. Si enim Deus ipsum excitavit, tum Deus petit, largitionemque Deo dignam facere debetis.

« Ὅτι τὴν μὲν παράκλησιν ἐδέξατο, σπουδαιότερος δὲ ὑπάρχων, αὐθαίρετος ἐξῆλθε πρὸς ὑμᾶς. » Πόθεν δῆλον, ὅτι ὁ Θεὸς προετρέψατο τὸν Τίτον; Ὅτι καὶ παρακληθεὶς παρ' ἐμοῦ, προθύμως ἐδέξατο τὴν παράκλησιν, καὶ οὐκ ἐγόγγυσεν, ἀλλὰ μὴν καὶ αὐθαίρετος ἐξῆλθεν, ὥστε κἂν μὴ ἐγὼ παρεκάλεσα, αὐτὸς τὴν οἰκείαν σπουδὴν ἐνεδείξατο.

Verb. 17. « Quoniam adhortationem quidem suscepit, sed cum sollicitior esset, sua voluntate profectus est ad vos. » Unde planum est quod Deus Titum excitaverit? Quoniam commonefactus a me alacriter adhortationem suscepit, neque quidquam murmuravit, sed sua sponte exivit, ut etiamsi ego ipsum non essem adhortatus, proprium tamen studium ipse demonstrasset.

« Συνεπέμψαμεν δὲ μετ' αὐτοῦ τὸν ἀδελφὸν, οὗ ὁ ἔπαινος ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ διὰ πασῶν τῶν Ἐκκλησιῶν. » Τινὲς μὲν τὸν Λουκᾶν φασι, διὰ τὸ Εὐαγγέλιον ὅπερ ἔγραφε· τινὲς δὲ τὸν Βαρνάβαν· καὶ γὰρ καὶ τὸ ἄγραφον κήρυγμα Εὐαγγέλιον καλεῖ. Οὐκ ἐμφιλοχωρεῖ δὲ τοῖς ἐγκωμίοις τούτου, ὥσπερ τοῦ Τίτου, ἴσως διότι ἠγνοεῖτο τοῖς Κορινθίοις, ὁ δὲ Τίτος ἔγνωστο ἱκανῶς. Πλὴν καὶ οὕτως ἱκανὸν αὐτῷ πλέκει ἐγκώμιον. Οὐ γὰρ ἁπλῶς, φησὶν, Εὐαγγέλιον κηρύττει, ἀλλὰ καὶ ἐπαινεῖται· οὐχ ὑπὸ δύο ἢ τριῶν, ἀλλ' ὑπὸ πασῶν τῶν Ἐκκλησιῶν.

D Verb. 18. « Misimus autem una cum ipso fratrem, cujus laus in Evangelio per omnes Ecclesias. » Nonnulli Lucam hic intelligi aiunt, propter Evangelium quod scripsit : non nulli vero Barnabam. Nam et prædicationem non scriptam Evangelium vocat. Non immoratur autem in hujus præconiis, perinde ac in Titi : forsan ideo, quia Corinthiis ignotus erat, Titus autem abunde notus erat. Attamen et sic idoneum illi encomium texit. Non enim simpliciter dicit, Evangelium prædicat, verum etiam laudatur, non a duobus vel tribus, sed ab omnibus Ecclesiis.

« Οὐ μόνον δὲ, ἀλλὰ καὶ χειροτονηθεὶς ὑπὸ τῶν

Verb. 19. « Non solum autem, sed et ordinatus est

Variæ lectiones.

[28] γενόμενοι o. [29] ἀξιόλογον m.

ab Ecclesiis comes peregrinationis nostræ, cum gratia hac quæ a nobis administratur. » Commendat hominem etiam ex eorum judicio, qui ipsum selegerunt. Non enim tantum, inquit, Evangelii verbum prædicando commendatur veluti probatus, verum etiam ab Ecclesiis electus est, ut simul nobiscum proficiscatur : proinde cum tentationum tum periculorum est socius. Hæc autem Barnabæ magis quadrant. Electus est autem ad gratiam hanc, hoc est ad pecuniarum ministerium, ut una nobiscum administret.

A Ἐκκλησιῶν συνέκδημος ἡμῶν, σὺν τῇ χάριτι ταύτῃ τῇ διακονουμένῃ ὑφ' ἡμῶν. » Ἐπαινεῖ τὸν ἄνδρα καὶ ἐκ τῆς κρίσεως τῶν ἐπιλεξαμένων αὐτόν. Οὐ γὰρ μόνον, φησὶν, εὐαγγελιζόμενος ἐπαινεῖται ὡς εὐδόκιμος, ἀλλὰ καὶ συνέκδημος ἡμῶν ἐχειροτονήθη ὑπὸ τῶν Ἐκκλησιῶν. Ὥστε καὶ τῶν πειρασμῶν καὶ τῶν κινδύνων κοινωνός. Ταῦτα δὲ τῷ Βαρνάβᾳ μᾶλλον προσήκει. Ἐχειροτονήθη δὲ καὶ εἰς τὴν χάριν ταύτην, τουτέστιν, εἰς τὴν διακονίαν τῶν χρημάτων, ὡς ἂν σὺν ἡμῖν διακονῇ.

« Ad ipsius Domini gloriam et promptitudinem vestram. » Hoc est, ut et Deus glorificetur, et vos promptiores reddamini, utpote cum pecuniarum istarum **288** receptores probati sint, adeoque spectatæ fidei, ut nemo adversum ipsos suspicionem parere queat.

« Πρὸς τὴν αὐτοῦ τοῦ Κυρίου δόξαν καὶ προθυμίαν ὑμῶν. » Τουτέστιν, Ἵνα καὶ ὁ Θεὸς δοξάζηται, καὶ ὑμεῖς προθυμότεροι γένησθε, ἅτε τῶν ὑποδεχομένων τὰ χρήματα ταῦτα δοκίμων ὄντων, καὶ μηδενὸς B ὑποψίαν κατ' αὐτῶν τεκεῖν δυναμένου.

Vers. 22. « Veriti hoc, ne quis nos carpat in plenitudine hac, quæ administratur a nobis. » Decet hoc sanctam Pauli animam, ingentemque curam et submissionem. Eam enim ob rem, inquit, tales misimus : nec unum, sed plures « Veriti, » id est, suspicantes et metuentes ne quis suspicetur nos quidquam e pecuniis in usum nostrum sublegere. Nec dixit, Ne vos, sed, « Ne quis alius : » ne succenseant tanquam suspecti quod de ipso talia sentiant. Siquidem, inquit, plenitudo ista, id est pecuniarum copia, satis est idonea, ut pravis suspicionem præbeat, nisi securitatem ostenderimus.

« Στελλόμενοι τοῦτο, μή τις ἡμᾶς μωμήσηται ἐν τῇ ἁδρότητι ταύτῃ τῇ διακονουμένῃ ὑφ' ἡμῶν. » Ἄξιον τοῦτο τῆς ἁγίας τοῦ Παύλου ψυχῆς, καὶ τῆς πολλῆς κηδεμονίας καὶ συγκαταβάσεως. Διὰ τοῦτο γὰρ, φησὶ, τοιούτους ἐπέμψαμεν, καὶ οὐχ ἕνα, ἀλλὰ πλείους, « στελλόμενοι, » τουτέστιν, ὑποπτεύοντες καὶ δεδοικότες ἵνα μή τις ἡμᾶς ὑποπτεύσῃ ὡς νοσφιζομένους ἐκ τῶν χρημάτων. Καὶ οὐκ εἶπε, Μὴ ὑμεῖς, ἀλλὰ, « Μή τις ἄλλος· » ὡς ἂν μὴ ἀγανακτήσωσιν ὡς τοιαῦτα φρονεῖν περὶ αὐτοῦ ὑποπτευόμενοι. Καὶ ἡ ἁδρότης γὰρ αὕτη, φησὶ, τουτέστι, τὸ πλῆθος τῶν χρημάτων, ἱκανὸν τοῖς πονηροῖς παρασχεῖν ὑποψίαν, εἰ μὴ ἐπιδειξώμεθα ἀσφάλειαν.

Vers. 21. « Providentes bona, non solum coram Domino, verum etiam coram hominibus. » En Pauli mentem quam sollicitus fuerit, ne scandalum poneret fratribus. Non enim dixit, Ego purus sum, lugeat qui vult : sed quemadmodum, inquit, coram Deo provideo, hoc est curo videri inculpatus, sic et coram hominibus : ac quanto sunt imbecilliores, tanto magis nos demittere oportet, quandoquidem et parvulis pueris condescendamus, si laturi simus eos.

« Προνοούμενοι καλὰ, οὐ μόνον ἐνώπιον Κυρίου, C ἀλλὰ καὶ ἐνώπιον ἀνθρώπων. » Ἴδε τὴν ψυχὴν τοῦ Παύλου, πῶς ἐφρόντιζε τῶν σκανδάλων τῶν ἀδελφῶν. Οὐ γὰρ εἶπεν· Ἐγὼ καθαρός εἰμι, οἰμωζέτω ὁ βουλόμενος· ἀλλ' Ὥσπερ ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ, φησὶ, προνοοῦμαι, τουτέστι, φροντίζω φαίνεσθαι ἀνέγκλητος, οὕτω καὶ ἐνώπιον ἀνθρώπων· καὶ μᾶλλον ὅσῳ ἀσθενέστεροί εἰσι, τοσοῦτον δεῖ συγκαταβαίνειν· ἐπεὶ καὶ τοῖς μικροῖς παιδίοις συγκαταβαίνομεν, εἰ μέλλομεν βαστάσαι αὐτά.

Vers. 22. « Misimus autem cum ipsis fratrem nostrum, quem probavimus in multis sæpe studiosum esse, nunc autem studiosiorem ob multam fiduciam quam habeo erga vos. » Alterum addit, fratrem eum nominans, et commendans ipsum ex hoc quod probarit ipsum, judicaveritque studiosum esse et multis in rebus, et sæpe. Laudis autem exaggeratio est, dictionem ita ingeminare. Nunc autem, inquit, studiosior factus est, utpote confidens quod vos largiorem eleemosynam facturi sitis, quam administraturus est.

« Συνεπέμψαμεν δὲ αὐτοῖς τὸν ἀδελφὸν ἡμῶν, ὃν ἐδοκιμάσαμεν ἐν πολλοῖς πολλάκις σπουδαῖον ὄντα, νυνὶ δὲ πολὺ σπουδαιότερον πεποιθήσει πολλῇ τῇ εἰς ὑμᾶς. » Καὶ ἕτερον προστίθησιν, ἀδελφὸν ὀνομάζων αὐτὸν, καὶ συνιστῶν ἐκ τοῦ δοκιμάσαι αὐτὸν καὶ κρῖναι σπουδαῖον ὄντα, καὶ ἐν πολλοῖς, καὶ πολλάκις· ἐπίτασις δὲ ἐπαίνου, τὸ οὕτω διπλασιάσαι τὴν λέξιν. Νυνὶ δὲ, φησὶ, σπουδαιότερος γέγονεν, ἅτε πεποιθὼς ὅτι ὑμεῖς δαψιλεστέραν τὴν ἐλεημοσύνην ποιήσετε, [εἰς] ἣν μέλλει διακονῆσαι. D

Vers. 23. « Sive pro Tito, qui est socius meus, et ad vos adjutor. » Hoc est, si quid mihi dicendum de Tito, eadem dicenda sunt, quod collega meus sit, adjuvans me in institutionem et utilitatem vestram. Vel, si quid Titi nomine facturi estis, non vulgaris cujuspiam nomine facietis, sed collegæ mei.

« Εἴτε ὑπὲρ Τίτου, κοινωνὸς ἐμὸς, καὶ εἰς ὑμᾶς συνεργός. » Τουτέστιν, Εἰ δεῖ τι εἰπεῖν ὑπὲρ Τίτου, ταῦτα [30] ἔχω λέγειν, ὅτι κοινωνὸς ἐμὸς, συνεργῶν μοι εἰς τὴν ὑμῶν διδασκαλίαν καὶ ὠφέλειαν· ἢ, ὅτι Εἰ ὑπὲρ Τίτου τι ποιήσετε, οὐκ εἰς τὸν τυχόντα ποιήσετε, ἀλλ' εἰς ἐμὸν κοινωνόν.

Variæ lectiones.

[30] τοιαῦτα O.

« Εἴτε ἀδελφοὶ ἡμῶν. » Τουτέστιν, Εἴτε ὑπὲρ τῶν ἄλλων βούλεσθέ τι ἀκοῦσαι, κἀκεῖνοι μεγάλα δίκαια ἔχουσι τοῦ ἀξιόπιστοι κριθῆναι [31]· καὶ γὰρ ἀδελφοὶ ἡμῶν.

« Ἀπόστολοι Ἐκκλησιῶν. » Τουτέστιν, ὑπὸ Ἐκκλησιῶν πεμφθέντες καὶ χειροτονηθέντες.

« Δόξα Χριστοῦ. » Τὸ μεῖζον πάντων ὕστερον τέθεικεν. Εἰς Χριστὸν, φησὶν, ἀναφέρεται τὸ πᾶν, ὅπερ ἂν εἰς ἐκείνους γένηται.

« Τὴν οὖν ἔνδειξιν τῆς ἀγάπης ὑμῶν, καὶ ἡμῶν καυχήσεως ὑπὲρ ὑμῶν εἰς αὐτοὺς ἐνδείξασθε εἰς πρόσωπον τῶν Ἐκκλησιῶν. » Νῦν δείξατε, φησὶ, πῶς μὲν ὑμεῖς ἀγαπᾶτε ἡμᾶς· πῶς δὲ καὶ ἡμεῖς οὐ μάτην καυχώμεθα ἐφ' ὑμῖν. Δείξετε δὲ, ἐὰν ἀγάπην εἰς αὐτοὺς ἐνδείξησθε. Καὶ γὰρ καὶ « εἰς πρόσωπον τῶν Ἐκκλησιῶν » ποιήσετε ὃ ποιήσετε εἰς τούτους, τουτέστιν, εἰς τιμὴν τῶν Ἐκκλησιῶν. Τὸ πρόσωπον γὰρ τῶν Ἐκκλησιῶν ἐπέχουσιν οὗτοι τῶν πεμψασῶν αὐτούς.

A

B

ΚΕΦΑΛ. Θ'.

« Περὶ μὲν γὰρ τῆς διακονίας τῆς εἰς τοὺς ἁγίους περιττόν μοί ἐστι τὸ γράφειν ὑμῖν. » Τοσαῦτα καὶ πρότερον εἰπὼν, καὶ πάλιν μέλλων εἰπεῖν [32], ὅμως περιττὸν αὐτῷ λέγει τὸ [33] περὶ τούτων γράφειν. Σοφῶς δὲ τοῦτο ποιεῖ, ὥστε μᾶλλον αὐτοὺς ἐπισπάσασθαι. Αἰσχυνθήσονται γὰρ, εἴ γε τοιαύτην ὑπόληψιν περὶ αὐτῶν ἔχοντος τοῦ Παύλου, ὅτι οὐ δέονται συμβουλῆς πρὸς τὸ ἐλεεῖν, εἶτα φανῶσιν ἐλάττους τῆς ὑπολήψεως.

« Οἶδα γὰρ τὴν προθυμίαν ὑμῶν, ἣν ὑπὲρ ὑμῶν καυχῶμαι Μακεδόσιν, ὅτι Ἀχαΐα παρεσκεύασται ἀπὸ πέρυσι. » Οἶδα καὶ αὐτὸς, φησὶ, τὴν προθυμίαν ὑμῶν· καὶ οὐ μόνον τοῦτο, ἀλλὰ καὶ ἑτέροις καυχῶμαι, ὅτι ἑτοίμη ἐστὶ πᾶσα ἡ Ἀχαΐα, οὐ μόνη ἡ Κόρινθος· καὶ οὐδὲν λείπει, εἰ μὴ τὸ ἐλθεῖν τοὺς δεξομένους τὰ χρήματα. Ὥστε αἰσχύνη μοί [34] ἐστιν, εἰ φανήσομαι μάτην καὶ ψευδῆ καυχώμενος.

C

« Καὶ ὁ ἐξ ὑμῶν ζῆλος ἠρέθισε τοὺς πλείονας. » Καὶ μὴν ἀνωτέρω ἔλεγεν, ὅτι « Αὐθαίρετοι καὶ δεόμενοι ἡμῶν. » Πῶς οὖν φησι νῦν, ὅτι « Ὁ ἐξ ὑμῶν ζῆλος ἠρέθισε τοὺς πλείονας; » Οὐκ εἶπε δὲ, Τοὺς πάντας ἀλλὰ, « Τοὺς πλείονας. » Οἱ μὲν γὰρ αὐθαίρετοι, καὶ δεόμενοι ἡμῶν· οἱ δὲ ἐκ τοῦ πρὸς ὑμᾶς ζήλου ἠρεθίσθησαν· οἱ γὰρ πλείους κέντρου δέονται. Ἢ καὶ, ὅτι Οὐ συνεβουλεύσαμεν, οὐ παρεκαλέσαμεν, ἀλλὰ μονον ἐπηνέσαμεν ὑμᾶς, καὶ τοῦτο ἤρκεσεν αὐτοῖς εἰς προτροπήν. Ὁρᾷς, πῶς κἀκείνους διὰ τούτων, καὶ τούτους δι' ἐκείνων ἐγείρει; Διδάσκαλοι, φησὶν, ἐκείνοις ἐγίνεσθε· μὴ οὖν φανῆτε τῶν μαθητῶν ὑστεροῦντες οἱ διδάσκαλοι.

D

« Ἔπεμψα δὲ τοὺς ἀδελφοὺς, ἵνα μὴ τὸ καύχημα ἡμῶν τὸ ὑπὲρ ὑμῶν κενωθῇ ἐν τῷ μέρει τούτῳ· ἵνα (καθὼς ἔλεγον) παρεσκευασμένοι ἦτε. » Ὡσανεὶ ἑαυτὸν μέρος τῶν Κορινθίων ποιεῖται, καὶ ἀγωνιᾷ ὑπὲρ αὐτῶν· φησὶ γὰρ, ὅτι Ἐπειδὴ ἐκαυχησάμην, ἐφοβήθην μὴ αἰσχυνθῶμεν· καὶ διὰ τοῦτο « ἔπεμψα

« Sive fratres nostri. » Hoc est, sive pro aliis vultis quidquam audire, et illi multum juris habent cur fide digni censeantur : etenim fratres nostri sunt.

« Apostoli Ecclesiarum. » Hoc est, ab Ecclesiis missi et electi.

« Gloria Christi. » Quod omnibus majus est, posterius posuit. In Christum, inquit, omnia referuntur, quæcunque illis obtingunt.

VERS. 24. « Ostensionem igitur charitatis vestræ et gloriationis nostræ pro vobis erga ipsos ostendite **289** in facie Ecclesiarum. » Nunc ostendite, inquit, quomodo diligitis nos, quomodo etiam non fustra gloriemur de vobis. Monstrabitis autem, si charitatem in ipsos ostendatis. Nam in ipsa Ecclesiarum facie facietis, quod facietis ad hos, hoc est ad honorem Ecclesiarum. Isti enim Ecclesiarum, quæ ipsos miserunt, personam gerunt.

CAPUT IX.

VERS. 1. « Nam de ministerio quod fit in sanctos, superfluum est mihi scribere vobis. » Cum tanta antea dixerat, ac rursum dicturus erat, tamen de istis scribere supervacaneum sibi esse dicit. Sapienter autem hoc facit, ut magis eos attrahat. Pudefient enim, si Paulus talem de ipsis opinionem habeat, quod consilio nihil opus habeat ad id, ut sanctorum misereatur, postea autem deprehendantur opinione inferiores.

VERS. 2. « Novi enim promptitudinem vestram, qua de vobis apud Macedones glorior, quod Achaia parata est ex anno superiore. » Novi, inquit, et ipse animi vestri promptitudinem : nec hoc solum, verum etiam glorior apud alios, quod parata sit tota Achaia, non sola Corinthus : neque quidquam deest, nisi ut veniant qui pecunias accipiant. Quare pudori mihi est, si videar frustra et falso gloriari.

« Et vestra æmulatio provocavit complures. » Atqui supra dixit, « Voluntarii et rogantes nos : » quomodo ergo nunc dicit, « Æmulatio vestra incitavit plures? » Non dixit, Omnes, sed « Plures. » Alii namque sua sponte et rogantes nos contribuerunt, alii autem per vestram æmulationem incitati sunt : siquidem plures et stimulo indigent. Vel quia non consuluimus, non adhortati sumus, sed tantum laudavimus vos, idque satis fuit eis ad adhortationem. Viden' quomodo et illos per hos excitet, hosque per illos? Doctores, inquit, illis facti estis : ne igitur discipulis videamini inferiores, cum doctores estis.

VERS. 3. « Misi autem fratres, ne quod gloriamur de vobis, evacuetur in parte hac, ut (quemadmodum dixi) parati sitis. » Seipsum veluti partem Corinthiorum facit, certatque pro ipsis. Ait enim : Quia postquam vestri nomine gloriatus sum, mutui ne pudefieremus, et propterea « misi fratres, ne eva-

Variæ lectiones.

[31] κληθῆναι O. [32] ἰρεῖν O. [33] τι O. [34] μου O.

cuetur, » id est, inanis et vana arguatur gloriatio mea de vobis. Ego enim, inquit, de vobis superbiens, apud omnes gloriabar, atque etiam apud illos. Itaque si deficiatis, communis est ignominia : sed non in omnibus, verum in hac sola parte, hoc est, ne pudefiam in hoc solo de eleemosyna argumento, **290** sed parati sitis, perinde ac dixi Macedonibus, quod parati sint in tota Achaia omnes, neque quidquam eis deest.

VERS. 4. « Ne quo pacto, si venerint mecum Macedones, et invenerint vos imparatos, pudefiamus nos (ne dicamus, vos) in hac substantia gloriationis. » Rursus in iisdem versatur, ac certamen intendit, ab humanis rationibus ipsos instituens. Majus enim dedecus est, cum quis apud alienas personas pudefiat. Forsitan, inquit, mihi confiditis ceu ignoscenti vobis : atenim Macedonas animo volvite, qui forsan mecum venient : verisimile est enim hoc. Et si invenerint vos, non dixit, Nolentes dare, sed « Imparatos. » Si enim non paratum esse, aut celeriter non contribuere dedecus est, quanto magis nihil omnino contribuere, vel minus quam par sit ? Corrigit autem sermonem, dicens, Nos pudefiemus (ne dicam, vos) in hac substantia gloriationis : hoc est, non alia in re pudefiemus, præterquam in sola de eleemosyna gloriatione, cum cætera vestra reprehensionem non admittant. Hoc autem dicit, non ut eis aduletur, sed potius ut paratiores reddat, ne in aliis probati, in hoc non inveniantur probati, sibique ipsis inferiores. Cum vero ait, ne dicam vos, ostendit quod ipsi majorem ignominiam relaturi eraut. Nam ipsorum erat delictum. Substantiam autem subjectum, vel rem ipsam, vel gloriationis essentiam intellige.

VERS. 5. « Necessarium ergo existimavi rogare fratres, ut præveniant ad vos, et præparent repromissam benedictionem hanc paratum esse sic, quasi benedictionem, non tanquam avaritiam. » Ne contraria dicere videatur, cum supra dixerat, « Supervacaneum est mihi scribere, » nunc autem denuo de iisdem disserit, jam de liberalitate et de opere cum alacritate perficiendo verba facit, atque hacpropter se fratres misisse ait. Duorum autem inter se pugnantium admonens, nempe ut ample et cum alacritate largiantur, utrumque sapientissime aggreditur. Nam prius de alacritate in dando disserit, deinde de altero capite. Ait itaque, Benedictio est id quod datur : nemo autem qui benedictionem dat, contristatur. Porro fructum statim inde germinantem ostendit, eosque qui largiuntur benedictione repletos. Neque hoc illi satis fuit, sed addidit, « Et non tanquam avaritiam. » Nolite enim existimare, inquit, quod ista, ceu vos fraudantes, accipimus;

A τοὺς ἀδελφοὺς, ἵνα μὴ κενωθῇ, » τουτέστι, μάταιον καὶ κενὸν ἐλεγχθῇ « τὸ καύχημά μου τὸ ὑπὲρ ὑμῶν. » Ἐγὼ γὰρ, φησὶ, καλλωπιζόμενος ἐφ' ὑμῖν, παρὰ πᾶσιν ἐκαυχησάμην, καὶ παρ' ἐκείνοις. Ὥστε ἐὰν ὑστερήσητε, κοινὴ ἡ αἰσχύνη· οὐ πανταχοῦ δὲ, ἀλλ' « ἐν τούτῳ τῷ μέρει· » τουτέστιν, Ἵνα μὴ καταισχυνθῶ ἐν τῇ περὶ τῆς ἐλεημοσύνης ὑποθέσει μόνῃ· ἀλλὰ παρασκευασμένοι ἦτε, καθὼς ἔλεγον τοῖς Μακεδόσιν, ὅτι ἕτοιμοί εἰσι τῆς Ἀχαΐας ἅπαντες, καὶ οὐδὲν αὐτοῖς λείπει.

« Μή πως ἐὰν ἔλθωσι σὺν ἐμοὶ Μακεδόνες, καὶ εὕρωσιν ὑμᾶς ἀπαρασκευάστους καταισχυνθῶμεν ἡμεῖς (ἵνα μὴ λέγωμεν, ὑμεῖς) ἐν ταύτῃ τῇ ὑποστάσει τῆς καυχήσεως. » Πάλιν περὶ τὰ αὐτὰ στρέφεται, καὶ ἐπιτείνει τὴν ἀγωνίαν, ἀπὸ ἀνθρωπίνων λογισμῶν B ἀνάγων [*f.* ἐνάγ.] αὐτούς. Μείζων γὰρ ἡ ἐντροπὴ, ὅταν ἐπὶ ἀλλοτρίων προσώπων καταισχύνεταί τις. Ἴσως γὰρ, φησὶν, ἐμοὶ θαρρεῖτε, ὡς συγγινώσκοντι· ἀλλὰ Μακεδόνας ἐννοεῖτε, οἳ τυχὸν ἐλεύσονται σὺν ἐμοὶ (εἰκὸς γάρ ἐστι τοῦτο), « καὶ ἐὰν εὕρωσιν ὑμᾶς, » οὐκ εἶπεν, ὅτι μὴ θέλοντας δοῦναι, ἀλλ', « ἀπαρασκευάστους. » Εἰ γὰρ τὸ μὴ παρασκευάσασθαι, μηδὲ ταχέως εἰσενεγκεῖν, αἰσχύνη· πολλῷ μᾶλλον τὸ μηδὲν ὅλως εἰσενεγκεῖν, ἢ ἔλαττον τοῦ δέοντος. Κολάζει δὲ τὸν λόγον, λέγων, ὅτι Ἡμεῖς καταισχυνθησόμεθα (ἵνα μὴ λέγω, ὅτι ὑμεῖς) « ἐν τῇ ὑποστάσει ταύτῃ τῆς καυχήσεως· » τουτέστιν, Οὐκ ἀλλαχοῦ καταισχυνθησόμεθα, ἀλλ' ἐν μόνῃ [ταύτῃ] τῇ περὶ τῆς ἐλεημοσύνης καυχήσει, ὡς τά γε ἄλλα ὑμῶν ἀνεπίληπτα. Τοῦτο δὲ C λέγει, οὐ κολακεύων αὐτοὺς [35], ἀλλὰ μᾶλλον προθυμοτέρους ποιῶν, ἵνα ἐν τοῖς ἄλλοις εὐδοκιμοῦντες, καὶ ἐν τούτῳ μὴ εὑρεθῶσιν ἀδόκιμοι καὶ ἑαυτῶν ἥττους. Διὰ δὲ τοῦ εἰπεῖν, Ἵνα μὴ λέγω, ὅτι ὑμεῖς, δείκνυσιν ὅτι μᾶλλον αὐτοὶ καταισχυνθήσονται· αὐτῶν γὰρ τὸ ἁμάρτημα. Ὑπόστασιν δὲ τὴν ὑπόθεσιν, καὶ αὐτὸ τὸ πρᾶγμα, ἤτοι τὴν οὐσίαν τῆς καυχήσεως νόει.

« Ἀναγκαῖον οὖν ἡγησάμην παρακαλέσαι [36] τοὺς ἀδελφοὺς, ἵνα προέλθωσιν εἰς ὑμᾶς, καὶ προσκαταρτίσωσι [*vulg.* prox.] τὴν προεπηγγελμένην εὐλογίαν ὑμῶν, ταύτην εἶναι ἑτοίμην οὕτως ὡς εὐλογίαν, καὶ μὴ ὡς πλεονεξίαν. » Ἵνα μὴ δόξῃ ἐναντιολογεῖσθαι, ἄνω μὲν εἰπὼν, ὅτι « Περιττόν μοι γράφειν, » νῦν δὲ πάλιν περὶ τούτων διαλεγόμενος, νῦν περὶ δαψιλείας D διαλέγεται, καὶ τοῦ μετὰ προθυμίας ποιῆσαι τὸ ἔργον· καὶ διὰ ταῦτα πέμψαι φησὶ τοὺς ἀδελφούς. Εἰς δύο δὲ ἐναντία προτρέπων, τό τε φιλοτίμως δοῦναι, καὶ τὸ μετὰ προθυμίας, σοφώτατα ἀμφότερα μεταχειρίζεται. Πρότερον γὰρ περὶ τοῦ μετὰ προθυμίας δοῦναι διαλέγεται, εἶτα καὶ περὶ τοῦ ἑτέρου κεφαλαίου. Φησὶν οὖν, ὅτι εὐλογία ἐστὶ τὸ διδόμενον· οὐδεὶς δὲ εὐλογίαν [37] διδοὺς λυπεῖται. Δείκνυσι δὲ καὶ τὸν καρπὸν εὐθὺς ἐνταῦθα βλαστάνοντα, καὶ εὐλογίας πεπληρωμένους τοὺς παρέχοντας. Καὶ οὐδὲ τούτῳ ἠρκέσθη, ἀλλὰ προσέθηκε· « Καὶ μὴ ὡς πλεονεξίαν. » Μὴ γὰρ νομίσητε, φησὶν, ὅτι ὡς πλεονεκτοῦντες

Variæ lectiones.

[35] ἐκείνους O. [36] προπέμψαι O. [37] εὐλόγως O.

ὑμᾶς ταῦτα λαμβάνομεν, ἀλλ' ὡς θέλοντες ὑμῖν εὐ- A
λογίαν προξενῆσαι. Ὥστε ὁ διδοὺς ἄκων ἐλεημοσύ-
νην ὡσανεὶ πλεονεκτεῖται.

« Τοῦτο δέ, ὁ σπείρων φειδομένως, φειδομένως
καὶ θερίσει· καὶ ὁ σπείρων ἐπ' εὐλογίαις, ἐπ' εὐλο-
γίαις καὶ θερίσει. » Ἐπὶ τὸ ἕτερον κεφάλαιον με-
ταβαίνει, τὸ περὶ τοῦ μετὰ δαψιλείας δοῦναι, καί
φησιν, ὅτι Καὶ τοῦτο λέγω πρὸς οἷς εἶπον, ὅτι οὐ
φειδωλῶς δεῖ διδόναι. Καὶ οὐκ εἶπε, Μικρολόγως,
ἀλλ' εὐφημότερον, τὸ τῆς φειδοῦς ὄνομα τέθεικε. Καὶ
σπόρον τὸ πρᾶγμα ἐκάλεσεν, ἵνα εὐθέως πρὸς τὴν
ἀντίδοσιν βλέψῃς, καὶ μάθῃς ὅτι πλείονα λαμβάνεις
ἢ δίδως. Εἰπὼν δὲ περὶ τοῦ μετὰ δαψιλείας διδόναι,
πάλιν καὶ τοῦ μετὰ προθυμίας δοῦναι ἐπεμνήσθη·
τὸ γὰρ, « Ὁ σπείρων ἐπ' εὐλογίαις, » τοῦτο δηλοῖ,
ὡς ἀνωτέρω εἴρηται. B

« Ἕκαστος καθὼς προαιρεῖται τῇ καρδίᾳ μὴ ἐκ
λύπης, ἢ ἐξ ἀνάγκης· ἱλαρὸν γὰρ δότην ἀγαπᾷ ὁ
Θεός. » Ἐνδιατρίβει τῷ περὶ τοῦ μετὰ προθυμίας
διδόναι λόγῳ, εἰδὼς ὅτι πρὸς τὸ δοῦναι πολλὰ, καὶ
τὸ παράδειγμα τῶν Μακεδόνων ἱκανὸν ἔσται δι-
εγεῖραι αὐτοὺς, καὶ τὸ αἰσχύνεσθαι ἐλάττους φανῆναι
ἐκείνων. Τὴν δὲ γνώμην αὐτῶν ἴσασι, ἵνα εἴη καὶ
ἀρετὴ τὸ παρ' αὐτῶν γινόμενον. Εἰ γὰρ ἀκούσιον,
οὐκ ἀρετή. Ὡς οὖν διδάσκαλος ἀληθὴς, θέλει τοὺς
μαθητὰς κατὰ τὸν λόγον τῆς ἀρετῆς ποιεῖν ὃ ποιοῦ-
σιν, ἅμα δὲ καὶ ἵνα ὁ μισθὸς αὐτοῖς ὁλόκληρος εἴη,
ἑκουσίως ποιοῦσι τὸ καλόν· ὡς τό γε ἀκούσιον ὑπο-
τέμνει τὸν μισθόν· διὰ τοῦτό φησιν· « Ἕκαστος ὡς C
προαιρεῖται, καὶ οὐκ ἐκ λύπης, ἢ ἐξ ἀνάγκης· » καὶ
μαρτυρίαν ἐκ Σολομῶντος παράγει. Καίτοι ὁ λόγος τῷ
σοφῷ [οὐ] περὶ δαψιλείας εἴρηται· ἀλλ' ὅμως αὐτὸς
εἰς τὸ μετὰ προθυμίας διδόναι τοῦτον ἐξελάβετο·
εἰ δὲ βούλει, καὶ πρὸς ἀμφότερα.

« Δυνατὸς δὲ ὁ Θεὸς πᾶσαν χάριν περισσεῦσαι εἰς
ὑμᾶς. » Διὰ τούτων τῶν λόγων ἀνατρέπει τὸν λογι-
σμὸν ὃν οἱ πολλοὶ ἔχομεν λέγοντες· Ἐὰν πολλὰ δῶ,
δέδοικα μήπως πένης γένωμαι. Φησὶν οὖν, ὅτι Ὁ
Θεὸς δύναται τοσοῦτον ὑμᾶς ἀνενδεεῖς ποιῆσαι, ὥστε
καὶ πᾶσαν χάριν, τουτέστι πᾶσαν ἐλεημοσύνην, δύ-
νασθαι ὑμᾶς μετὰ περισσείας ποιεῖν. Δότε τοίνυν
δαψιλῶς, ἵνα ἡ ἐλεημοσύνη ὑμῶν ἀεὶ καὶ ἀεὶ πε- D
ρισσεύῃ.

« Ἵνα ἐν παντὶ πάντοτε πᾶσαν αὐτάρκειαν ἔχοντες,
περισσεύητε εἰς πᾶν ἔργον ἀγαθόν. » Ὁρᾷς; οὐ
πλοῦτον αὐτοῖς, ἀλλ' αὐτάρκειαν ἐπεύχεται. Τοῦτο
δὲ εἰπὼν, δείκνυσιν ὅτι οὐδὲ βιάζεται αὐτοὺς, οὐδὲ
ἀναγκάζει ἐκ τοῦ ὑστερήματος διδόναι· οὐδὲ γὰρ
ἂν αὐτάρκειαν λοιπὸν ἔχοιεν· ἅμα δὲ καὶ διδάσκει
ποῦ δεῖ τοῖς τοῦ Θεοῦ δώροις κεχρῆσθαι. « Ἵνα γὰρ,
φησὶν, εἰς πᾶν ἔργον περισσεύητε ἀγαθόν. » Ἐν
μὲν γὰρ τοῖς σαρκικοῖς, φησὶν, αὐτάρκειαν ὑμῖν
ἐπεύχομαι· ἐν δὲ τοῖς πνευματικοῖς (τοῦτο γάρ ἐστι
τὸ, « Εἰς πᾶν ἔργον ἀγαθὸν »), περισσείαν· ἵνα μὴ μό-
νον ἐλεῆτε περισσῶς, ἀλλὰ καὶ πᾶν ἔργον θεάρεστον
φιλοτίμως ποιῆτε.

« Καθὼς γέγραπται· Ἐσκόρπισεν, ἔδωκε τοῖς

sed benedictionem vobis conciliare volentes. Ille A
itaque qui eleemosynam invite largitur, quodam-
modo expilatur.

291 Vers. 6. « Hoc autem dico, qui parce se-
minat, parce et metet : et qui seminat in bene-
dictionibus, in benedictionibus et metet. » Ad aliud
caput jam transit, quod est de largiter dando, in-
quiens : Hoc etiam adjicio eis quæ dixerim, quod
non parce oporteat dare. Et non dixit, tenuiter,
sed celebrius parcimoniæ vocabulum posuit. Ac
semen opus ipsum vocavit, ut ad retributionem
confestim respicias, ac discas quod plura accipias
quam des. Cum vero dixisset, quod largiter dan-
dum sit, rursus etiam meminit quod cum animi
alacritate dandum sit : quod enim ait, « Qui semi-
nat in benedictionibus, » hoc indicat, perinde ac in B
superioribus dictum est.

Vers. 7. « Unusquisque prout destinat in corde
suo, non ex tristitia aut necessitate. Hilarem enim
datorem diligit Deus. » In sermone de promptitu-
dine in dando immoratur, compertum habens Ma-
cedonum exemplum sufficere ad hoc, ut excitet eos
quo plura dent, utque pudefaciat eos, si inferiores
illis appareant. Ipsorum autem mentem sapat, ut
sit etiam virtus quod ab ipsis fit. Nam si involun-
tarium est, non est virtus. Ideo ceu verus præce-
ptor, discipulos suos omnino vult pro virtutis ra-
tione facere quod faciunt. Simul autem ut et merces
ipsis tota contingat, voluntario faciunt bonum :
nam involuntarium mercedem minuit. Ob eam cau- C
sam, inquit, « Unusquisque ut in corde suo desti-
nat » sive prædeliberat, « et non ex mœrore, aut
necessitate. » Testimonium præterea ex Solomone
producit. Atqui sermo sapientis de largitate dictus
est, ipse vero intellexit eum de promptitudine in
dando : aut si malis, ad utraque retulit.

Vers. 8. « Potens est autem Deus omnem gra-
tiam exuberantem facere erga vos. » Hisce verbis
cogitatione subvertit quam multi habemus dicen-
tes : Si multa dedero, metuo ne ad paupertatem re-
digar. Ait igitur : Deus potest adeo vos rerum co-
pia affluentes facere, ut et omnem gratiam, hoc
est eleemosynam possitis cum exuberantia facere.
Date igitur largiter, ut eleemosyna vestra magis D
magisque exuberet.

« Ut in omni re omnem sufficientiam habentes,
abundetis in omne opus bonum. » Viden'? non
opes ipsis exoptat, sed sufficientiam. Hoc autem
dicens, indicat quod neque adigat, neque compellat
eos ex inopia dare : neque enim sufficiantiem dein-
ceps haberent. Simul autem docet ubinam oporteat
donis Dei uti. « Ut abundetis » enim, inquit, « ad
omne opus bonum. » Siquidem in carnalibus vobis
sufficientiam exopto : in spiritualibus autem (hoc
enim est quod ait, « ad omne opus bonum ») abun-
dantiam etiam vobis **292** imprecor, ut nedum
abunde misericordes sitis, verum etiam omne opus
Deo placens liberaliter faciatis.

Vers. 9. « Sicut scriptum est : Dispersit, dedit

pauperibus, justitia ejus manet in sæculum [1]. » Dixit, « ut exuberetis. » Ad istius itaque confirmationem ex propheta testimonium protulit, videlicet, « Dispersit; » hæc enim dictio liberalitatem et exuberantiam indicat. Pecuniæ igitur et facultates non manent : justitia autem, hoc est humanitas (sic enim eam vocat, tanquam quæ hominem justificet, ac peccata solvat), ista scilicet perdurat in sæculum tum præsens tum futurum. Hinc enim est quod misericors ab omnibus, et progenies ejus a posteris diligitur.

VERS. 10. « Qui autem administrat semen seminanti, et panem ad manducandum præstet, et multiplicet semen vestrum, et crescere faciat germina justitiæ vestræ. » Sub eisdem verbis et corporalia et spiritualia illis exoptat, sermonique suo auctoritatem a sensibili agricultura conciliat. Si enim terræ semina mandantibus Deus impertit semen, ac si corpus alentibus alimoniam præbet : multo magis cœlum colentibus animamque alentibus. Dicens igitur, « Præstet et multiplicet semen vestrum, » de divitiis sensibilibus loquitur, quas vult spirituale semen effici, dum pauperibus erogantur. Hinc enim crescit omne bonum opus in nobis, atque adeo justitiæ manipuli augescunt : proptera infert, « Et crescere faciat germina justitiæ vestræ. » Hic autem nota, quod Deum non delicias, sed alimoniam impertientem introducat : « Panem » enim, inquit, « ad manducandum . » Istud autem ex Isaia desumptum est.

VERS. 11. « In omnibus ditescentes ad omnem simplicitatem, quæ efficit per nos gratiarum actionem Deo. » Indicat hic rursus quomodo nos divitiis uti oporteat. Ait enim quod non sunt defodiendæ, cæterum ad omnem simplicitatem habendæ, hoc est cum liberalitate erogandæ. Quoniam vero haud parum multi in scorta et mimos simplicitatem ostendant, Talem, inquit, simplicitatem dico, quæ multam gratiarum actionem affert Deo : imo vero non solum gratiarum actionem, verum et multa alia quæ in progressu Epistolæ deinceps ponit, ut, sic ostendens multa illa bona ex simplicitate orta proniores eos ad hanc efficiat.

VERS. 12-14. « Quoniam ministerium hujus officii non solum supplet ea quæ desunt sanctis, verum etiam abundat per multas gratiarum actiones Deo, per probationem ministerii hujus, glorificantes Deum in obedientia confessionis vestræ in Evangelium Christi, in simplicitate communicationis in **293** ipsos et in omnes : et ipsorum precatione pro vobis, desiderantium vos propter eminentem gratiam Dei in vobis. » Ministerium, inquit, id est pecuniarum suppeditatio, multa perficit. Etenim non solum repletis indigentiam fratribus,

A πένησιν, ἡ δικαιοσύνη αὐτοῦ μένει εἰς τὸν αἰῶνα. » Εἶπεν, ὅτι « Ἵνα περισσεύητε. » Κατασκευάζων τοίνυν τοῦτο ἀπὸ τοῦ προφήτου παρήνεγκε [38] μαρτυρίαν, τὸ, « Ἐσκόρπισεν. » Ἡ λέξις γὰρ αὕτη τὴν δαψίλειαν καὶ περισσείαν ἐμφαίνει. Τὰ μὲν οὖν χρήματα οὐ μένει· ἡ δὲ δικαιοσύνη, τουτέστιν ἡ φιλανθρωπία (οὕτω γὰρ αὐτὴν καλεῖ, ὡς δικαιοῦσαν τὸν ἄνθρωπον καὶ διαλύουσαν τὰ ἁμαρτήματα), αὕτη γοῦν μένει εἰς τὸν αἰῶνα, καὶ τὸν ἐνταῦθα, καὶ τὸν ἐκεῖ. Κἀντεῦθεν γὰρ ὁ ἐλεήμων ἀγαπητὸς πᾶσι, καὶ τοῖς ὀψιγόνοις οἱ ἀπόγονοι αὐτοῦ.

« Ὁ δὲ ἐπιχορηγῶν σπέρμα τῷ σπείροντι, καὶ ἄρτον εἰς βρῶσιν ἐπιχορηγήσαι, καὶ πληθύναι τὸν σπόρον ὑμῶν, καὶ αὐξήσαι τὰ γεννήματα τῆς δικαιοσύνης ὑμῶν. » Ἐπεύχεται αὐτοῖς ἐν ταὐτῷ καὶ B σωματικὰ καὶ πνευματικά, καὶ ἀξιόπιστον ποιεῖται τὸν λόγον ἀπὸ τῆς αἰσθητῆς γεωργίας [39]. Εἰ γὰρ τοῖς τὴν γῆν σπείρουσι σπέρμα δίδωσιν ὁ Θεὸς, καὶ εἰ τοῖς τὸ σῶμα τρέφουσι παρέχει τροφήν· πολλῷ μᾶλλον τοῖς τὸν οὐρανὸν γεωργοῦσι, καὶ τὴν ψυχὴν τρέφουσιν. Εἰπὼν οὖν, « Χορηγήσαι καὶ πληθύναι τὸν σπόρον ὑμῶν, » περὶ τοῦ αἰσθητοῦ πλούτου λέγει, ὃν βούλεται σπόρον γενέσθαι πνευματικὸν τοῖς πένησι διδόμενον. Ἐκ τούτου γὰρ αὔξεται πᾶν ἔργον ἀγαθὸν ἐν ἡμῖν, καὶ τὰ δράγματα τῆς δικαιοσύνης· διὸ καὶ ἐπάγει· « Καὶ αὐξήσαι τὰ γεννήματα τῆς δικαιοσύνης ὑμῶν. » Σημείωσαι δὲ κἀνταῦθα, ὅτι οὐ τρυφὴν, ἀλλὰ τροφὴν διδόντα ἡμῖν εἰσάγει τὸν Θεόν. « Ἄρτον » γὰρ, φησὶν, « εἰς βρῶσιν. » Τοῦτο δὲ τοῦ Ἱερεμίου ἐστίν.

« Ἐν παντὶ πλουτιζόμενοι εἰς πᾶσαν ἁπλότητα, C ἥτις κατεργάζεται δι' ἡμῶν εὐχαριστίαν τῷ Θεῷ. » Καὶ πάλιν δείκνυσι, πῶς τῷ πλούτῳ δεῖ χρᾶσθαι. Φησὶ γὰρ ὅτι οὐ κατορύττειν χρὴ, ἀλλ' εἰς πᾶσαν ἁπλότητα ἔχειν, τουτέστι, μετὰ δαψιλείας κενοῦν. Ἐπεὶ δὲ πολλοὶ εἰς πόρνας καὶ μίμους ἐνδείκνυνται τὴν ἁπλότητα, φησὶν, ὅτι Τοιαύτην ἁπλότητά φημι, ἥτις εὐχαριστίαν πολλὴν φέρει τῷ Θεῷ· μᾶλλον δὲ οὐκ εὐχαριστίαν μόνον, ἀλλὰ καὶ ἄλλα πολλὰ, ἃ τίθησι προϊών· ἵνα δείξας πολλὰ τὰ ἀγαθὰ ἐκ τῆς ἁπλότητος [39*] τικτόμενα, προθυμοτέρους εἰς ταύτην ἐργάσηται.

« Ὅτι ἡ διακονία τῆς λειτουργίας ταύτης οὐ D μόνον ἐστὶ προσαναπληροῦσα τὰ ὑστερήματα τῶν ἁγίων, ἀλλὰ καὶ περισσεύουσα διὰ πολλῶν εὐχαριστιῶν τῷ Θεῷ (διὰ τῆς δοκιμῆς τῆς διακονίας ταύτης δοξάζοντες τὸν Θεὸν ἐπὶ τῇ ὑποταγῇ τῆς ὁμολογίας ὑμῶν εἰς τὸ Εὐαγγέλιον τοῦ Χριστοῦ, καὶ ἁπλότητι τῆς κοινωνίας εἰς αὐτοὺς καὶ εἰς πάντας)· καὶ αὐτῶν δεήσει ὑπὲρ ὑμῶν ἐπιποθούντων ὑμᾶς διὰ τὴν ὑπερβάλλουσαν χάριν τοῦ Θεοῦ ἐφ' ὑμῖν. » Ἡ διακονία, φησὶ, τουτέστιν, ἡ τῶν χρημάτων ἐπιχορηγία, πολλὰ κατορθοῖ. Καὶ γὰρ οὐ μόνον

[1] Psal. CXI, 9. [38] Isa. LV, 10.

Variæ lectiones.

[38] παρήγαγε O. [39] ἀπὸ τῆς θεωρίας O. [39*] καὶ τῆς χρηστότητος.

πληροῦτε τὴν χρείαν τοῖς ἀδελφοῖς, ἀλλὰ καὶ περισσεύετε· τουτέστι, Πλέον τῆς χρείας αὐτοῖς παρέχετε, καὶ πολλαὶ εὐχαριστίαι γίνονται διὰ τῆς δοκίμου ταύτης καὶ μεμαρτυρημένης ἐπὶ φιλανθρωπίᾳ διακονίας. Δοξάζουσι γὰρ τὸν Θεὸν, ὅτι οὕτως ὑπετάγητε τῷ Εὐαγγελίῳ, ὥστε τὰ προστάγματα αὐτοῦ μετὰ δαψιλείας πληροῦν. Τὴν γὰρ ἐλεημοσύνην τὸ Εὐαγγέλιον διδάσκει. Καὶ δι' ἄλλο δοξάζουσι τὸν Θεὸν, ὅτι ἡ ἁπλότης καὶ ἡ ἀγαθότης ὑμῶν οὐκ εἰς αὐτοὺς μόνον, ἀλλὰ καὶ εἰς πάντας τοὺς πιστοὺς πένητας ἐκχεῖται. Οὐ γὰρ ζηλοτυποῦσιν, ὡς οἱ λοιποὶ πτωχοὶ, ἀλλ' εὐχαριστοῦσι, καὶ ὑπὲρ ὧν ἑτέροις διδόατε. Ὁ μεγάλης ἀρετῆς αὐτῶν σημεῖον. Ὥστε δεῖ τοῖς τοιούτοις δαψιλέστερον διδόναι, τοῖς οὕτως ἀφθόνοις, τοῖς οὕτως ἐναρέτοις. Ἀλλὰ καὶ ὑπὲρ ὑμῶν δέονται, ὡς ἂν ἀξιωθῶσιν ἰδεῖν ὑμᾶς· ἰδεῖν, οὐ διὰ τὰ χρήματα, ἀλλὰ διὰ τὴν δοθεῖσαν ὑμῖν ὑπερβολικῶς χάριν τοῦ Θεοῦ. Πάλιν δὲ χάριν τὸ τῆς ἐλεημοσύνης πρᾶγμα ἐκάλεσε, τὸ πᾶν τῷ Θεῷ ἀνατιθεὶς, ἵνα μὴ ἐπαίρωνται αὐτοί. Ἐν δὲ τῷ εἰπεῖν, « Ὑπερβάλλουσαν χάριν τοῦ Θεοῦ, » διεγείρει αὐτοὺς, ἵνα δαψιλεστέραν τὴν φιλοτιμίαν ποιήσωνται, καὶ μὴ ὑμερβάλωσιν αὐτοὺς καὶ νικήσωσιν ἕτεροι.

« Χάρις δὲ τῷ Θεῷ ἐπὶ τῇ ἀνεκδιηγήτῳ αὐτοῦ δωρεᾷ. » Δωρεὰν λέγει τὰ διὰ τῆς ἐλεημοσύνης γινόμενα ἀγαθὰ καὶ τοῖς διδοῦσι, καὶ τοῖς λαμβάνουσιν· ἢ καὶ τῶν ἀγαθῶν ἀναμιμνήσκει, ὧν ἠξιώθημεν διὰ τῆς σαρκώσεως τοῦ Χριστοῦ, ὡσανεὶ τοιαῦτα λέγων· Μηδὲν μέγα νομίσητε ὑμεῖς ποιεῖν· ἀνεκδιήγητα γάρ εἰσι τὰ ἀγαθὰ ἃ ἐλάβομεν παρὰ Θεοῦ· καὶ εἰ ὀλίγα καὶ φθαρτὰ δῶμεν, τί μέγα;

A verum etiam exuberatis, hoc est, plus quam necessarium sit, ipsis exhibetis, multæque gratiarum actiones fiunt per probum hoc et comprobatum propter humanitatem ministerium. Glorificant enim Deum, quod sic subjecti sitis Evangelio, ut expleatis jussa ejus cum liberalitate. Eleemosynam enim Evangelium docet. Alia etiam ratione glorificant Deum, quia simplicitas et bonitas vestra non in ipsos solos, verum in omnes etiam fideles pauperes effunditur. Non enim invidiæ affectu laborant, reliquorum mendicorum instar, verum gratias agunt quod aliis etiam detis : quod maximæ virtutis eorum argumentum est. Quare hujusmodi hominibus largius dandum est, qui adeo invidia vacant, qui adeo virtutibus sunt præditi. Insuper pro vobis etiam apud Deum interpellant, ut digni judicentur B videre vos; videre, non ob pecuniam, verum ob excellentem Dei gratiam excellenter vobis datam. Rursus autem gratiam eleemosynæ negotium vocavit, omnia ita Deo accepta referens, ne ipsi attollantur. Cum autem dicit, « Excellentem gratiam Dei, » excitat eos, ut largiorem munificentiam faciant, ne exsuperentur aut vincantur ab aliis.

Vers. 15. « Gratia autem Deo super inenarrabili dono ejus. » Donum hic nominat bona ipsa quæ per eleemosynam fiunt tum dantibus tum accipientibus : vel bonorum commonefacit, quibus donati dignatique sumus per incarnationem Christi, perinde ac si dicat : Nihil arduum vos facere existimetis ; inenarrabilia enim sunt bona quæ accepimus C a Deo. Quid igitur præclari est, si pauca eaque corruptibilia demus?

ΚΕΦΑΛ. Ι'.

« Αὐτὸς δὲ ἐγὼ Παῦλος παρακαλῶ ὑμᾶς διὰ τῆς πραότητος καὶ ἐπιεικείας τοῦ Χριστοῦ. » Ἀπαρτίσας τοὺς περὶ ἐλεημοσύνης λόγους, νῦν ἄρχεται τῶν αὐστηροτέρων κατά τε τῶν ψευδαποστόλων καὶ τῶν διαβαλλόντων αὐτὸν ὡς ἰδιώτην καὶ εἰκῇ [40] ἀλαζονευόμενον· καὶ μέλλει [41] συνιστάνειν ἑαυτὸν, ἀναγκασθεὶς, ἵνα μὴ τὸ κήρυγμα ἐξευτελισθῇ. Καταλέγει τοίνυν καὶ τὰ ἑαυτοῦ κατορθώματα, καὶ τὴν δοθεῖσαν χάριν τοῦ Θεοῦ. Ὥστε οὐκ ἄν τις ἁμάρτοι, ἐγκώμιον τοῦ Παύλου ταύτην τὴν Ἐπιστολὴν εἰπών. Τέως δ' οὖν ἀρχομένῳ τοιαύτην τινὰ διάνοιαν ὁ λόγος ἐμφαίνει πρὸς τοὺς ἀδύνατον αὐτὸν ἀποκαλοῦντας καὶ ἀλαζόνα, ὅτι « Παρακαλῶ ὑμᾶς αὐτὸς ἐγὼ ὁ Παῦλος » ὁ διδάσκαλος τῆς οἰκουμένης (ἀξίωμα γὰρ ἐμφαίνει τὸ, « Αὐτὸς ἐγὼ ὁ Παῦλος, » ὥσπερ καὶ τὸ, Ἴδε ἐγὼ ὁ Παῦλος λέγω ὑμῖν καὶ δέομαι ὑμῶν, ἵνα μή με ἀναγκάσωσιν οἱ λοιδοροῦντές με χρήσασθαι τῇ δυνάμει μου κατ' αὐτῶν. Μέγα μὲν οὖν καὶ τὸ αὐτὸν παρακαλεῖν. Ὁ δὲ καὶ τὴν πραότητα τοῦ Χριστοῦ εἰς μεσιτείαν ἄγει, ὡσανεὶ λέγων· Αἰδέσθητε τὴν ἐπιείκειαν τοῦ Χριστοῦ, δι' ἧς ὑμᾶς παρακαλῶ· ὁμοῦ δὲ ἐμφαίνει διὰ τί φείδεται αὐτῶν·

CAPUT X.

Vers. 1. « Ipse autem ego Paulus obsecro vos per mansuetudinem et clementiam Christi. » Confectis de eleemosyna sermonibus, austeriora nunc orditur adversum pseudapostolos, et eos qui calumniabantur ipsum ceu rudem et indoctum et temere sese jactantem. Atque seipsum commendare coactus est, ne ipsius prædicatio vilipendatur. Recenset igitur quæ a se gesta sunt, gratiamque Dei sibi datam. Itaque non aberraverit, qui hanc Epistolam Pauli encomium dixerit. Hactenus igitur ab exordio talem quem- D dam sensum præ se fert oratio contra eos qui illum impotentem et arrogantem vocabant; nempe, Obsecro vos ipse ego Paulus, **294** terrarum orbis doctor (dignitatem enim et auctoritatem indicant hæc verba, « Ipse ego Paulus : » perinde ac illa, Ecce ego Paulus dico vobis et precor vos, ne me cogant conviciantes mihi uti potentia mea adversum ipsos). Magna autem res est Apostolum obsecrare. Ille vero mansuetudinem etiam Christi ad interpellationem adducit, perinde ac si dicat, Reveremini clementiam Christi, per quam vos obsecro : simul ostendens cur eis pareat, nimirum ut imitetur man-

Variæ lectiones.

[40] εἰκουσιν O [41] μέλλειν O.

suetudinem Servatoris Christi, non quia infirmus est. Ne igitur cogatis me deficere a mansuetudine hac, quam adeo cupio, ut et intercessionis loco eam vobis objiciam.

« Qui in facie quidem abjectus sum inter vos, absens autem confido vobis. » Vel per ironiam hæc dicit, calumniantium eum verbis usus. Dicebant enim illi, Cum adest, nullius est momenti, sed vilis atque contemptibilis : sin abfuerit, tumet et superbit, audetque adversum nos et interminatur. Vel vere hæc de seipso dicit : Ego, qui cum apud vos sim, humilis et mansuetus sum erga vos; etiamsi nunc magna proloquar, non ex arrogantia istud ago, sed quia confidam vobis.

VERS. 2. « Rogo autem vos, ne præsens audeam per eam confidentiam, qua existimor audere in quosdam qui arbitrantur nos veluti secundum carnem ambulare. » Precor, inquit, ne me adigatis confidenter uti potentia mea (confidentiam enim potentiam suam vocat) quam cogito audere, hoc est in animum induco, ratiocinor, aut conjicio, eo quod illi me compellant, adversum calumniantes nos, quasi hypocritæ et ostentatores simus : hoc enim est, « secundum carnem ambulare. » Observa autem quomodo audaciam appellat, quod omnino se de quibusdam ulcisci velit, etiamsi non propter seipsum, sed ob verbum a se prædicatum hoc facturus erat. Attamen magis interest præceptoris, in suppliciis cunctari, nec protenus ad illa insilire.

VERS. 3. « In carne enim ambulantes, non secundum carnem militamus. » Hoc est, carne amicti, carnalibus armis haud utimur. De prædicatione enim disputat, ostendens quod non sit humana, neque humanæ opis indiga. Cum autem dicit, « Militamus, » prælium et pugnam nos suscepisse indicat.

VERS. 4. « Nam arma militiæ nostræ non sunt carnalia. » Hoc est, non opes, non gloria, non eloquentia, non adulationes, non hypocrisis : talia enim carnalia sunt arma.

« Sed potentia Deo, ad destructionem munitionum. » Non dixit, sed Spiritualia (hoc enim omnino debuisset dicere, ut carnali opponeretur), sed « potentia, » subindicans ita eorum res esse imbecilles **295** et impotentes. Considera autem demissum in eo spiritum : non dixit enim, Nos potentes sumus, sed, « Arma potentia Deo, » hoc est, Deus ipsa potentia effecit. Quia enim agebantur et flagris cædebantur, infirmitatis autem hæc esse videbantur : Deo (inquit) potentia sunt hæc. Dei namque robur per hæc maxime apparet, ac ille est qui operatur et bellum gerit, etiamsi nos illis amiciamur. Ubi autem sunt potentia? Ad demolitionem munitionum. Quænam autem sint istæ munitiones, subinfert.

« Ratiocinationes destruentes. » Græcorum syllogismos, inquit, et fastum eorum demolimur hisce

A ὅτι διὰ τὸ μιμεῖσθαι τὴν πραότητα τοῦ Σωτῆρος Χριστοῦ, καὶ οὐ διὰ τὸ ἀσθενὴς εἶναι. Μὴ τοίνυν με ἀναγκάσητε ἐκστῆναι ταύτης· ἣν οὕτω ποθῶ, ὥστε καὶ μεσίτην ταύτην ὑμῖν προβάλλομαι.

« Ὁς κατὰ πρόσωπον μὲν ταπεινὸς ἐν ὑμῖν, ἀπὼν δὲ θαρρῶ εἰς ὑμᾶς. » Ἡ κατ' εἰρωνείαν τοῦτό φησι, τοῖς τῶν διαβαλλόντων αὐτὸν λόγοις χρησάμενος· ἔλεγον δὲ ἐκεῖνοι, ὅτι ὅταν μὲν παρῇ, οὐδενός ἐστιν ἄξιος λόγου, ἀλλὰ ταπεινὸς, εὐκαταφρόνητος· ὅταν δὲ ἀπῇ, φυσᾷ τε καὶ κομπάζει, καὶ καταθαρρεῖ ἡμῶν καὶ ἀπειλεῖ. Ἢ ἀληθῶς ταῦτά φησι περὶ ἑαυτοῦ, ὅτι Ἐγὼ ὁ ἐν τῷ παρεῖναι ταπεινὸς καὶ πρᾶος εἰς ὑμᾶς, νῦν εἰ καὶ μεγάλα φθέγγομαι, οὐκ ἐξ ἀπονοίας τοῦτο ποιῶ, ἀλλ' ἐκ τοῦ θαρρεῖν ὑμῖν.

« Δέομαι δὲ τὸ μὴ παρὼν θαρρῆσαι τῇ πεποιθήσει, ᾗ λογίζομαι τολμῆσαι ἐπί τινας τοὺς λογιζομένους B ἡμᾶς ὡς κατὰ σάρκα περιπατοῦντας. » —« Δέομαι, » φησὶν, ἵνα μή με ἀναγκάσητε θαρρούντως [42] χρήσασθαι τῇ δυνάμει (πεποίθησιν γὰρ τὴν δύναμιν αὐτοῦ καλεῖ) « ᾗ λογίζομαι τολμῆσαι, » τουτέστιν, ὑπολαμβάνω καὶ λογίζομαι, ᾗ στοχάζομαι ἀφ' ὧν ἐκεῖνοί [43] με ἀναγκάζουσι κατὰ τῶν διαβαλλόντων ἡμᾶς ὡς ὑποκριτὰς καὶ ἀλαζόνας· τοῦτο γὰρ τὸ, « Κατὰ σάρκα περιπατοῦντας. » Ὅρα δὲ, πῶς τόλμαν καλεῖ τὸ ὅλως ἀμύνασθαί τινας, καίτοι γε οὐχ ὑπὲρ ἑαυτοῦ, ἀλλ' ὑπὲρ τοῦ κηρύγματος τοῦτο ἔμελλε ποιῆσαι. Ἀλλ' ὅμως τῷ διδασκάλῳ οἰκειότερον τὸ ἐν ταῖς τιμωρίαις μέλλειν ἀεὶ, καὶ μὴ ταχέως ταύταις ἐπιπηδᾷν.

« Ἐν σαρκὶ γὰρ περιπατοῦντες, οὐ κατὰ σάρκα στρατευόμεθα. » Τουτέστι, σάρκα περικείμενοι, οὐ C σαρκικοῖς ὅπλοις χρώμεθα. Περὶ γὰρ τοῦ κηρύγματος διαλέγεται, δεικνὺς ὅτι οὐκ ἔστιν ἀνθρώπινον, οὐδὲ τῆς κάτωθεν δεόμενον βοηθείας. « Στρατευόμεθα » δὲ, εἰπὼν, ἔδειξεν ὅτι πόλεμον καὶ μάχην ἀνεδεξάμεθα.

« Τὰ γὰρ ὅπλα τῆς στρατείας ἡμῶν οὐ σαρκικά. » Τουτέστιν, οὐ πλοῦτος, οὐ δόξα, οὐκ εὐγλωττία, οὐ κολακεῖαι, οὐχ ὑποκρίσεις· τοιαῦτα γὰρ τὰ σαρκικὰ ὅπλα.

« Ἀλλὰ δυνατὰ τῷ Θεῷ, πρὸς καθαίρεσιν ὀχυρωμάτων. » Οὐκ εἶπεν, ὅτι Ἀλλὰ πνευματικὰ (τοῦτο γὰρ πάντως ὤφειλεν εἰπεῖν πρὸς ἀντιδιαστολὴν τοῦ σαρκικοῦ), ἀλλὰ, « Δυνατά· » αἰνιττόμενος ὅτι τὰ ἐκείνων ἀσθενῆ καὶ ἀδύνατα. Καὶ σκόπει τὸ ἄτυφον· οὐκ εἶπεν, ὅτι Ἡμεῖς δυνατοὶ, ἀλλὰ, « Τὰ D ὅπλα δυνατὰ τῷ Θεῷ, » τουτέστιν, ὁ Θεὸς αὐτὰ δυνατὰ κατεσκεύασεν. Ἐπειδὴ γὰρ ἠλαύνοντο καὶ ἐμαστίζοντο, ἀσθενείας δὲ ταῦτα ἐδόκουν, φησὶν ὅτι δυνατά εἰσι ταῦτα τῷ Θεῷ. Ἡ γὰρ τοῦ Θεοῦ ἰσχὺς διὰ τούτων μάλιστα φαίνεται, κἀκεῖνός ἐστιν ὁ ἐνεργῶν καὶ πολεμῶν, εἰ καὶ ἡμεῖς αὐτὰ περικείμεθα. Ποῦ δέ εἰσι δυνατά; « Εἰς καθαίρεσιν ὀχυρωμάτων· » καὶ τίνα τὰ ὀχυρώματα, ἐπιφέρει.

« Λογισμοὺς καθαιροῦντες. » Τοὺς τῶν Ἑλλήνων συλλογισμοὺς, φησὶ, καὶ τὸν τῦφον αὐτῶν καθαιρῶ-

Variæ lectiones.

[42] θαρροῦντος O. [43] κἀκεῖνοι O.

μεν διὰ τούτων τῶν ὅπλων ἤ, ὅτι Αὐτοὺς τοὺς λογισμοὺς αὐτῶν καὶ τὰς ψυχὰς καταβάλλομεν ἐκ τῆς πλάνης, ᾗ κεκράτηνται, καὶ ὑποτάσσομεν[44] τῇ ἀληθείᾳ. Ὁ γὰρ τοῦ Ἀρειοπαγίτου λογισμὸς, καὶ ἡ μεγαλόνοια, καθῃρέθη μὲν ἀπὸ τῆς ἀσεβείας, ὑπεκλίθη δὲ τῇ εὐσεβείᾳ. Ὅρα δὲ, οὐκ εἶπεν, ὅτι Μηχανήματα προσάγομεν, ἀλλ', Εὐθὺς καθαιροῦμεν· τὸ εὔκολον τῆς νίκης καὶ τὸ δυνατὸν τῶν βελῶν[45] δηλῶν.

« Καὶ πᾶν ὕψωμα ἐπαιρόμενον κατὰ τῆς γνώσεως τοῦ Θεοῦ. » Ἐπιμένει τῇ τροπῇ, ἵνα ἐναργέστερον[46] δηλώσῃ ὃ βούλεται. Φησὶν οὖν, ὅτι Κἂν ὕψωμα εἴπῃς, τουτέστι πύργωμα, ἢ φρούριον ἀνθιστάμενον τῇ γνώσει τοῦ Θεοῦ, ἤτοι τῷ Εὐαγγελίῳ, καὶ τοῦτο καθαιροῦμεν.

« Καὶ αἰχμαλωτίζοντες πᾶν νόημα εἰς τὴν ὑπακοὴν τοῦ Χριστοῦ. » Τὸ τῆς αἰχμαλωσίας ὄνομα δύο δηλοῖ· καὶ τὴν ἔκπτωσιν τῆς ἐλευθερίας, καὶ τὴν τελείαν ἅλωσιν, ὥστε μὴ ἀντιστῆναι πάλιν. Κατὰ γοῦν τὸ δεύτερον σημαινόμενον εἶπεν ὁ Παῦλος νῦν τὸ, « Αἰχμαλωτίζοντες. » Οὐ γὰρ περιγινόμεθα, φησὶ, μόνον, καὶ νικῶμεν πᾶσαν ἀνθρωπίνην διάνοιαν, ἀλλὰ καὶ αἰχμαλωτίζομεν· ὅπερ ἐστὶν ἡ τελειοτέρα νίκη. Εἶτα ἐπεὶ τὸ τῆς αἰχμαλωσίας ὄνομα βαρὺ, φησίν· « Εἰς τὴν ὑπακοὴν τοῦ Χριστοῦ· τουτέστιν, Εἰς δουλείαν αὐτοῦ ὑπάγομεν, πάσης ἐλευθερίας τιμιωτέραν· ἀπὸ γὰρ ἀπωλείας εἰς σωτηρίαν, καὶ ἀπὸ θανάτου εἰς ζωὴν, ὑποτάττοντες αὐτοὺς τῷ Χριστῷ. Ἔννόησον οὖν τοὺς ἐν Ἐφέσῳ τὰς μαγικὰς αὐτῶν βίβλους καταχαύσαντας, καὶ νοήσεις πῶς ᾐχμαλώτευσε Παῦλος.

« Καὶ ἐν ἑτοίμῳ ἔχοντες ἐκδικῆσαι πᾶσαν παρακοὴν, ὅταν πληρωθῇ ὑμῶν ἡ ὑπακοή. » Ἐνταῦθα καὶ τούτους ἐφόβησεν. Ὑμᾶς γὰρ, φησὶν, ἀναμένομεν, ἵν' ὅταν διὰ τῆς παραινέσεως διορθώσωμεν ὑμᾶς καὶ ἀποστήσωμεν ἐκείνων, τότε ἐκείνοις μόνοις, ἀπολειφθεῖσιν ἀνιάτοις[47], τὴν τομὴν ἐπενέγκωμεν. » Ἐν ἑτοίμῳ » οὖν ἔχομεν τὴν τιμωρίαν, ἀλλ' ἀναμὶξ ὄντων ὑμῶν, κωλυόμεθα, ἵνα μὴ καὶ ὑμῶν ἅψηται ἡ πληγή. Διὰ δὲ τοῦ εἰπεῖν, « Ὅταν πληρωθῇ ὑμῶν ἡ ὑπακοὴ, » αἰνίττεται ὑπακούοντας μὲν καὶ νῦν, ἀλλ' οὐ τελείως. Ταῦτα δὲ ἀπειλεῖ, ἵνα καὶ οὗτοι κἀκεῖνοι διορθωθῶσι, καὶ μηδένα πλήξῃ. Πρότερον δὲ ἐν ἡμῖν λογισμοὶ συνίστανται, παλαιόντων τῶν χειρόνων πρὸς τοὺς κρείττονας· εἶτα γίνονται ὑψώματα, νικώντων δηλαδὴ, ὅτε καὶ ἐπαίρωνται κατὰ τῆς θείας γνώσεως, καὶ τοσοῦτον, ὥστε καὶ εἰς τὴν τοῦ νοήματος[48] τάξιν ἀνατρέχειν, οἷον λεγόμενοι ἐνθουσιασμοί. Ἔστι γὰρ νόησις, ἁπλῆ καὶ ἀσυλλόγιστος ἐπιβολὴ[49] τοῦ νοῦ, αὐτὰ δεικνῦσα τὰ πράγματα κρείττονος ἢ ἡ ἀπόδειξις. Εἰσὶν οὖν καὶ ἐν τοῖς ὑπὸ δαιμόνων ἀπατωμένοις τοιαῦται δοκοῦσαι νοήσεις, ἃς ὁ Παῦλος, καὶ εἴ τις κατὰ τοῦτον, αἰχμαλωτίζει εἰς τὴν ὑπακοὴν τοῦ Χριστοῦ.

armis, vel quia ratiocinationes sive cogitationes eorum et animas dejicimus ex errore quo detentæ fuere ac veritati subjicimus. Areopagitæ enim ratio et magna mens sublata est ab impietate et pietati subdita. Animadverte autem quod dixerit, Machinas admovemus, sed, Statim demolimur, cum victoriæ facilitatem, tum armorum potentiam indicans.

VERS. 5. « Et omnem altitudinem extollentem se adversus scientiam Dei. « Perseverat in tropo, ut quod velit clarius explicet. Si, inquit, altitudo fuerit, hoc est, turrita munitio vel propugnaculum resistens scientiæ Dei, adeoque Evangelio, id quoque demolimur.

« Et in captivitatem redigentes omnem intellectum in obsequium Christi. « Captivitatis vocabulum duo significat : et ex libertate lapsum, et perfectam captionem, qua quis ita capitur, ut ne resistere quidem possit. Juxta secundam igitur significationem nunc Paulus dixit, « captivantes. » Non enim tantum, inquit, superiores sumus, et victoriam obtinemus de omni humana cogitatione et intellectu, sed in captivitatem etiam redigimus, quæ est consummatior victoria. Deinde, quia captivitatis vocabulum grave est, addit, « ad obsequium Christi, » hoc est, ad servitutem ejus redigimus omni libertate pretiosiorem : ab interitu nimirum ad salutem, a morte ad vitam subjiciendo eos Christo. Animo igitur revolve eos qui magicæ artis libros Ephesi combusserunt [k.1], et videbis quomodo Paulus captivos duxerit.

VERS. 6. « Et in promptu habentes ulcisci omnem inobedientiam, cum impleta fuerit vestra obedientia. « Hic illos etiam terruit. Vos, inquit, etiam exspectamus, ut postquam per admonitionem nostram correxerimus vos et ab illis deficere feceri. mus, tum illis solis incurabilibus relictis sectionem afferamus. In promptu igitur habemus pœnam et ultionem, cæterum cum vos illis misti sitis, prohibemur adhuc, ne et vos plaga contingat. Per hoc autem quod ait, « Cum completa fuerit obedientia vestra, » tacite indicat **296** eos quidem etiamnum obedire, sed imperfecte. Hæc autem interminatur, ut et hi et illi meliorem vitam induant, et ut neminem feriat. Prius autem in nobis conficiuntur ratiocinationes, pejoribus adversum potiores luctantibus; deinde fiunt exaltationes vel altitudines, victoriam videlicet obtinentibus, quando contra divinam cognitionem eriguntur, adeoque ut vel intellectus locum occupent, quales sunt qui dicuntur furores sive numinis afflatus. Est enim intellectus simplex et ratiocinatione vacans mentis actio impetusve ipsa opera melius ostendens quam demonstratio. Sunt igitur et iis in quibus a dæmonibus imponitur, tales, ut videtur, intellectus, quos Paulus, et si quis alius Pauli spiritu ductus, captivos ducit ad obedientiam Christi.

[k.1] Act. XIX, 19.

Variæ lectiones.

[44] ὑποταπεινοῦμεν O. [45] ὅπλων O. [46] μὲν ἀργέστερον O. [47] ἀνιάτως O. [48] νοσήματος O. [49] μεταβολὴ O.

VERS. 7. « Quæ ad faciem sunt videte. » Non solos deceptores perterrefacit, verum etiam deceptos increpat. Propterea dicit, Ex iis quæ apparent judicate, si quis superbit, si quis locuples est, si quis virtutis imagine vestitus est.

« Si quis confidit sibi Christi se esse, hoc rursum apud sese cogitet, quod sicut ipse Christi est, ita et nos. » Pseudapostoli enim gloriabantur et superbiebant, quod Christi essent et quod Christum ipsi viderint forsan. « Apud seipsum » autem dixit, pro, Non exspectet nostram adversus ipsum objurgationem, sed intelligat quod secundum hoc ipsum quod Christi est, nihil nobis sit superior. Non enim ille quidem Christi, ego vero alterius cujuspiam sum. Verum hoc se submittendo dixit, quandoquidem deinceps in sequentibus ostendit quantum ipse excellat.

VERS. 8. « Nam si amplius aliquid gloriatus fuero de potestate quam dedit mihi Dominus ad ædificationem, et non ad destructionem, non erubescam. » Non dixit, Est mihi potestas puniendi et occidendi, quæ illis non est, sed longe submissius, « amplius quiddam. » Nec dixit, Si glorier, verum, « Si gloriatus fuero, » hoc est, si gloriari voluero de potestate quam dedit mihi Dominus, rursus ipsi totum ascribens. Accepi autem hanc potestatem a Deo, ut ad fidem ædificem, beneficia impertiens, non ut puniam. Quare igitur dixisti, « cogitationes destruentes? « Quoniam hoc ipsum maxime est ædificatio, marcida demoliri, obstaculaque dejicere. Quomodo igitur ipsis interminaris, si non in destructionem accepisti potestatem? Præcipue quidem ad ædificationem accepi : sin quisquam fuerit incurabilis, demolitione utemur. Si igitur voluero, inquit, gloriari quod Deus aliquid amplius mihi dederit, ut potestatem habeam benefaciendi imprimis, et quando cogar, etiam puniendi, « non erubescam, » hoc est, non monstrabor esse mendax aut arrogans.

297 VERS. 9-11. « Ut non existimer tanquam terrere vos per epistolas. Quoniam quidem epistolæ, inquit graves sunt et fortes, præsentia autem corporis infirma, et sermo contemptibilis. Hoc autem cogitet qui ejusmodi est, quod quales sumus sermone per epistolas absentes, tales etiam sumus præsentes opere. » Quod ait est hujusmodi : Potuissem equidem gloriari, sed ne videar terrere vos per litteras, quemadmodum dicunt qui me calumniantur : In epistolis grandis est, et horrenda scribit : ubi autem advenerit, despicabilis et contemptibilis est, arguiturque non esse talis qualis est in scriptis suis. Verum agnoscat quisquis est qui talia dicit, quod non solum grandia interminamur, verum etiam cum præsentes fuerimus, minas ad effectum perducere possumus.

VERS. 12. « Non enim audemus inserere aut com-

A « Τὰ κατὰ πρόσωπον βλέπετε. » Οὐ μόνους τοὺς ἀπατῶντας ἐκφοβεῖ, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἀπατωμένοις ἐπιτιμᾷ· διό φησιν· Ἀπὸ τῶν φαινομένων κρίνετε [50], εἴ τις μεγαλαυχεῖ, εἴ τις πλουτεῖ, εἴ τις ἀρετῆς προσωπεῖον περίκειται.

« Εἴτις πέποιθεν ἑαυτῷ Χριστοῦ εἶναι, τοῦτο λογιζέσθω πάλιν ἀφ' ἑαυτοῦ, ὅτι καθὼς αὐτὸς Χριστοῦ, οὕτω καὶ ἡμεῖς. » Οἱ γὰρ ψευδαπόστολοι ἐμεγαλαύχουν ὡς Χριστοῦ ὄντες, καὶ τάχα αὐτόπται. Τὸ δὲ, « Ἀφ' ἑαυτοῦ, » εἶπεν, ἀντὶ τοῦ, Μὴ ἀναμενέτω [51] τὴν ἡμετέραν κατ' αὐτοῦ ἐπιτίμησιν, ἀλλ' ἐννοείτω, ὅτι κατ' αὐτὸ τοῦτο τὸ εἶναι Χριστοῦ, οὐδὲν πλέον ἔχει ἡμῶν, Οὐ γὰρ ἐκεῖνος μὲν Χριστοῦ, ἐγὼ δὲ ἄλλου τινός. Ἀλλὰ τοῦτο μὲν συγκαταβατικῶς εἶπεν, ἐπεὶ προϊὼν δείκνυσι πόσον αὐτὸς ὑπερέχει.

B

« Ἐὰν γὰρ καὶ περισσόν τι καυχήσομαι [*vulg.* καυχήσωμ.] περὶ τῆς ἐξουσίας ἧς ἔδωκέ μοι ὁ Κύριος εἰς οἰκοδομὴν, καὶ οὐκ εἰς καθαίρεσιν, οὐκ αἰσχυνθήσομαι. » Οὐκ εἶπε, Κολάζειν ἔχω ἐξουσίαν καὶ ἀποκτιννύναι ἐγὼ, ἐκεῖνοι δὲ οὐκ ἔχουσιν· ἀλλ' ὑπεσταλμένως « Περισσόν τι. » Καὶ οὐκ εἶπεν, Ἐὰν καυχῶμαι, ἀλλ', « Ἐὰν καυχήσωμαι, » τουτέστιν, Ἐὰν βουληθῶ « περὶ τῆς ἐξουσίας, φησὶν, ἧς δέδωκέ μοι ὁ Κύριος· » πάλιν τὸ πᾶν αὐτῷ ἀνατιθείς. Ἔλαβον [52] δὲ ταύτην παρὰ Θεοῦ, ἵνα εἰς τὴν πίστιν οἰκοδομῶ εὐεργετῶν, οὐχ ἵνα κολάζω [53]. Πῶς οὖν εἶπες, « Λογισμοὺς καθαιροῦντες; Ὅτι αὐτὸ τοῦτο μάλιστα οἰκοδομεῖ, C τὸ [πάντα] τὰ σαθρὰ καθαιρεῖν, καὶ τὰ κωλύματα καταβάλλειν. Πῶς οὖν αὐτοῖς ἀπειλεῖς, εἰ οὐκ ἔλαβε, εἰς καθαίρεσιν τὴν ἐξουσίαν; Προηγουμένως μὲν εἰς οἰκοδομὴν ἔλαβον· ἐὰν δέ τις ἀνίατος ᾖ, καὶ τῇ καθαιρέσει χρησόμεθα. Ἐὰν οὖν θελήσω, φησὶ, καυχήσασθαι ὅτι ὁ Θεὸς πλέον τι δέδωκέ μοι, ὥστε ἐξουσίαν ἔχειν με καὶ εὐεργετεῖν προηγουμένως, καὶ ὅταν ἐκβιασθῶ, κολάζειν, « οὐκ αἰσχυνθήσομαι· » τουτέστιν, Οὐ δειχθήσομαι ψεύστης ἢ ἀλαζών.

« Ἵνα μὴ δόξω ὡς ἂν ἐκφοβεῖν ὑμᾶς διὰ τῶν ἐπιστολῶν. Ὅτι αἱ μὲν ἐπιστολαὶ, φησὶ, βαρεῖαι καὶ ἰσχυραί· ἡ δὲ παρουσία τοῦ σώματος ἀσθενὴς, καὶ ὁ λόγος ἐξουθενημένος. Τοῦτο δὲ λογιζέσθω ὁ τοιοῦτος, ὅτι οἷοί ἐσμεν τῷ λόγῳ δι' ἐπιστολῶν ἀπόντες, D τοιοῦτοι καὶ παρόντες τῷ ἔργῳ. » Ὃ λέγει, τοιοῦτόν ἐστιν· Ἠδυνάμην καυχήσασθαι, ἀλλ' ἵνα μὴ δόξω ὅτι ἐκφοβῶ ὑμᾶς διὰ τῶν γραμμάτων, οἷα δὴ λέγουσιν οἱ διαβάλλοντές με, ὅτι Κομπάζει ἐν ταῖς ἐπιστολαῖς, καὶ φοβερὰ ἐπιστέλλει· παραγενόμενος δὲ, εὐκαταφρόνητός ἐστι, καὶ ἐλέγχεται μὴ ὢν οἷος γράφει, ἀλλὰ γινωσκέτω, φησὶν, ὅστις [54] ἂν ᾖ ὁ ταῦτα λέγων, ὅτι οὐ μένον ἀπειλοῦμεν βαρέα, ἀλλὰ καὶ δυνάμεθα παρόντες εἰς ἔργον τὰς ἀπειλὰς ἐξενεγκεῖν.

« Οὐ γὰρ τολμῶμεν ἐγκρῖναι ἢ συγκρῖναι ἑαυ-

Variæ lectiones.

[50] αἰνίττεται O. [51] λαμβανέτω O. [52] ἐλάβομεν O. [53] οἰκοδομῶμεν εὐεργετοῦντες, οὐχ ἵνα κολάζωμεν. [54] οἷος O.

τούς τισι τῶν ἑαυτοὺς συνιστανόντων. » Ἐνταῦθα ἀλαζόνας δείκνυσιν ὄντας ἐκείνους, καὶ μεγάλα περὶ ἑαυτῶν καυχωμένους. Φησὶν οὖν, ὅτι « Οὐ τολμῶμεν ἡμεῖς ἐγκρῖναι ἑαυτοὺς, » τουτέστι, συναριθμῆσαι· « ἢ συγκρῖναι, » τουτέστιν [55], ἀντιπαραθεῖναι ἑαυτοὺς τισὶ τούτων τῶν ἑαυτοὺς ἐπαινούντων.

« Ἀλλ' αὐτοὶ ἐν ἑαυτοῖς ἑαυτοὺς μετροῦντες, καὶ συγκρίνοντες ἑαυτοὺς ἑαυτοῖς, οὐ συνιοῦσιν. » Ἐκεῖνοι, φησὶν, οὐκ ἀξιοῦσι πρός τινας ἄλλων ἀνθρώπων συγκριθῆναι, ἀλλ' αὐτοὶ ἑαυτοῖς συγκρίνονται καὶ ἀμιλλῶνται πρὸς ἀλλήλους, καὶ οὐκ αἰσθάνονται πῶς εἰσι καταγέλαστοι τοιαῦτα ἀλαζονευόμενοι. Ἕκαστος γὰρ ἑαυτὸν κρείττω λέγων, τὸν ἕτερον καταβάλλει· καὶ οὕτω πάντες δι' ἀλλήλων εὐδόκιμοι φαίνονται· ὅπερ γελοῖον ὂν οὐ συνιοῦσιν αὐτοί.

« Ἡμεῖς δὲ οὐκ εἰς τὰ ἄμετρα καυχησόμεθα. » Ἐκεῖνοι γὰρ τυχὸν κομπάζοντες ἔλεγον, ὅτι Πρὸς τὰ πέρατα τῆς γῆς ἀφικόμεθα, καὶ τὴν οἰκουμένην ἐπεστρέψαμεν. Ἀλλ' ἡμεῖς οὐχ οὕτω, φησίν.

« Ἀλλὰ κατὰ τὸ μέτρον τοῦ κανόνος, οὗ ἐμέρισεν [56] ἡμῖν ὁ Θεὸς μέτρου, ἐφικέσθαι ἄχρι καὶ ὑμῶν. » Ὥσπερ γεωργοῖς ἀμπελῶνα διαιρῶν ὁ Θεὸς, οὕτω καὶ ἡμῖν τοῖς ἀποστόλοις τὴν οἰκουμένην ἀφώρισεν. Κατὰ οὖν τὸ μέτρον τοῦ κανόνος, οὗ ἐμέρισεν ἡμῖν ὁ Θεὸς, καυχησόμεθα. Ποῖον δέ ἐστι τὸ μέτρον; Τὸ, « Ἄχρις ὑμῶν ἀφικέσθαι. Ἐπεὶ οὖν τοῦτό ἐστιν ἡμῶν τὸ μέτρον, ἄχρι καὶ ὑμῶν καυχώμεθα.

« Οὐ γὰρ ὡς μὴ ἀφικνούμενοι εἰς ὑμᾶς ὑπερεκτείνομεν ἑαυτούς· μέχρι γὰρ καὶ ὑμῶν ἐφθάσαμεν ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ τοῦ Χριστοῦ. » Εἰκὸς ἦν τοὺς ψευδαποστόλους καὶ ἄνευ κηρύξαι [57] παραγενομένους ὁπουδήποτε, ἐκ τῆς ψιλῆς ἐπιδημίας κομπάζειν, καὶ τὸ πᾶν ἑαυτοῖς λογίζεσθαι. Φησὶν οὖν ὁ Ἀπόστολος, ὅτι Οὐχ ὡς μὴ φθάσαντες εἰς ὑμᾶς, ὑπερεκτείνομεν ἑαυτούς. « Ἐφθάσαμεν γὰρ, » οὐχ ἁπλῶς, ἀλλ', « ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ τοῦ Χριστοῦ· » τουτέστιν, οὐχὶ ψιλῶς ἐπιδημήσαντες, ὡς ἐκεῖνοι, ἀλλὰ καὶ μετὰ τοῦ τὸ Εὐαγγέλιον κηρύττειν.

« Οὐκ εἰς τὰ ἄμετρα καυχώμενοι ἐν ἀλλοτρίοις κόποις, ἐλπίδα δὲ ἔχοντες, αὐξανομένης τῆς πίστεως ὑμῶν, ἐν ὑμῖν μεγαλυνθῆναι κατὰ τὸν κανόνα ἡμῶν εἰς περισσείαν· εἰς τὰ ὑπερεπέκεινα ὑμῶν Εὐαγγελίζεσθαι, οὐκ ἐν ἀλλοτρίῳ κανόνι, εἰς τὰ ἕτοιμα καυχήσασθαι. » Ἐμφαίνει ἐκείνους καλλωπιζομένους τοῖς τῶν ἀποστόλων κόποις, καὶ εἰς τὰ ἄμετρα καυχωμένους· τουτέστιν, ὑπερβολικῶς καὶ ἐν ἀλλοτρίοις κόποις. Ἀλλ' οὐχ ἡμεῖς οὕτως· ἀλλ' ἕως ὑμῶν φθάσαντες, μέχρις ὑμῶν παῤῥησιαζόμεθα. Ἐλπίζομεν δὲ, εἰς τὸν Θεὸν δηλαδὴ (οὐ γὰρ ἀποφαίνεσθαι εἰωθεν ὁ Παῦλος), ὅτι ἱκανῶς ὑμᾶς διδάξαντες, καὶ αὐξήσαντες τὴν πίστιν ὑμῶν, ὥστε μεγαλυνθῆναί με ἐν ὑμῖν. Τότε γὰρ μεγαλύνεται ὁ διδάσκαλος, ὅταν αὐξάνῃ τὰ τῶν μαθητῶν, καὶ ὁ κανὼν αὐτοῦ εἰς περισσείαν [58] προβαίνῃ·

A parare nos quibusdam qui seipsos commendant. » Hic illos arrogantes esse ostendit, ac multa adeoque magna de seipsis jactantes. Dicit igitur : « Nos non audemus inserere nosipsos, » hoc est connumerare, « vel comparare, » hoc est, opponere nos quibusdam eorum qui seipsos prædicant.

« Sed ipsi in seipsis seipsos metientes, et comparantes seipsos sibiipsis, non intelligunt. » Illi, inquit, ad quempiam aliorum conferri non dignantur, sed ipsi sibiipsis conferuntur, secumque ipsi certant erga se mutuo, nec sentiunt quam sint ridiculi ita sese ostentantes. Unusquisque enim seipsum meliorem dicens, alterum dejicit, sicque omnes inter se mutuo insignes videntur. Quod quam ridiculum B sit, ipsi non intelligunt.

Vers. 13. « Nos autem non in immensum gloriabimur. » Illi enim fortasse gloriantes dicebant, Ad fines terræ accessimus, orbemque terrarum convertimus. At nos non sic, inquit.

« Sed juxta mensuram regulæ qua nobis Deus partitus est mensuram, pertingendi usque ad vos. » Quemadmodum colonis vineam Deus dividit, hunc ad modum nobis apostolis suis terrarum orbem segregavit. Secundum igitur mensuram regulæ quam partitus est nobis Deus, gloriabimur. Qualis est autem mensura? « Ut perveniam adusque vos. » Postquam igitur hæc nostra pars est, ad vos etiam usque gloriamur.

C Vers. 14. « Non enim quasi non pertingentes ad vos, superextendimus nos : usque ad vos enim pervenimus in Evangelio Christi. » Verisimile erat pseudapostolos vel sine prædicatione aliquo usque profectos, ex nuda et simplici profectione elatos esse, ac totum sibi imputare. Ait ergo Apostolus : Non tanquam ad vos non pervenerimus, nosipsos extendimus : **298** « Pervenimus » enim, non simpliciter sed « in Evangelio Christi : » hoc est non nude et simpliciter peregrinantes, ut illi, verum etiam cum Evangelii prædicatione.

Vers. 15, 16. « Non in immensum gloriantes in alienis laboribus, spem autem habentes crescente fide vestra, in vobis magni fieri secundum regulam nostram ad abundantiam : ut etiam in illa quæ ultra vos sunt Evangelium prædicemus, non in aliena D regula, ut de his quæ parata sunt gloriemur. » Indicat illos apostolorum laboribus extolli, et supra modum et mensuram gloriari, hoc est ad excessum usque et in alienis laboribus. At nos non sic, sed ad vos usque pervenientes, ad vos usque libertate nostra utimur. Speramus autem, in Deum videlicet (non solet enim explicare Paulus), quod abunde vos docentes et augentes fidem vestram inveniamur, ut adeo magni fiam ego in vobis. Tunc enim magni fit præceptor, cum res discipulorum creverint, ac regula ejus « ad abundantiam » processerit : hoc est,

Variæ lectiones.

[55] ἤγουν o. [56] ἐμέτρησεν o. [57] τοῦ κηρύξαι m. [58] μεσιτείαν o.

mensuram quam accepit, abunde promoverit. Quid igitur speramus? quod et ultra vos Evangelium prædicabimus, ac forsan etiam propterea gloriabimur, siquidem ipsis profuerimus. Canonem autem ubique et mensuram vocat, tanquam orbis terrarum fabricator et architectus : et ut indicet, quod Dei sit universum hoc, qui canonem dedit et mensuram, propterea infert :

« Qui autem gloriatur, in Domino glorietur. » Habentes enim talia tantaque opera, non superbimus, neque nobisipsis quidquam imputamus : sed Deo universum, etiam ipsam ad quam pervenimus mensuram, tribuimus. Oportebat igitur et illos in hoc gloriari.

« Non enim qui seipsum commendat ille probatus est, sed quem Dominus commendat. » Non dixit, Nos sumus probati : sed, « Quem Dominus commendat, » hoc est, quem veritas laboris et operis cum Dei gratia probatum ostendit.

CAPUT XI.

Vers. 1. « Utinam sustineretis modicum me in insipientia mea, sed et sustinetis me. » Proprias laudes aggressurus, multis usus est præcorrectionibus, defugiens id quod onerosum et molestum videtur in suiipsius commendatione. Huc autem eum necessitas perpulit, et metus, ne in discipulorum damnum vergeret, si ipse vilipenderetur, pseudapostoli vero in pretio haberentur. Quod enim ex multa necessitate, et ob discipulorum suorum commodum huc pervenerit, vel admodum insensatis planum esse queat. Qui enim priorum peccatorum meminit, a quibus per baptisma liberatus erat, atque **299** se apostoli nomine indignum censet, quomodo citra necessitatem de se magna prædicaret! Ait ergo, Utinam sustineretis me in paucis quibusdam ineptientem : imo vero et sustinetis. Confido enim quod diligatis me, et omnia mea sustineatis.

Vers. 2. « Æmulor enim vos Dei æmulatione. » Non dixit, Diligo, sed quod multo vehementius erat, « Æmulor. » Zelotypia enim inter ardenter amantes nascitur. Deinde ne existiment quod humani cujusquam, veluti pecuniarum aut gloriæ causa, eos æmuletur, infert, « Dei zelo. » Nam et Deus æmulari dicitur, eo quod nimia nos dilectione prosequatur, non quod aliquid inde commodi lucretur, sed ut nos servet, ad seipsum colligendo, sibique agglutinando. Hujusmodi igitur et meus erga vos zelus est, non ut inde quid mihi lucri accedat, verum ut vos non corrumpamini.

« Despondi enim vos uni viro virginem castam exhibere Christo. » Despondi vos, inquit, Christo : pro illo igitur æmulor, non pro meipso. Non enim ego sponsus, sed paranymphus. Observa autem quomodo non dixerit, Præceptor vester sum, propterea debetis me sustinere : verum illos sponsæ loco posuit, seipsum autem pronubæ vice collocat,

A τουτέστι, τὸ μέτρον ὃ ἔλαχε, περισσῶς προκόπτῃ. Τί οὖν ἐλπίζομεν; Ὅτι καὶ εἰς τὰ ὑπερεπέκεινα ὑμῶν εὐαγγελισόμεθα, καὶ τυχὸν καὶ ἐπ' ἐκείνοις καυχησόμεθα, εἴ γε ὠφελήσομεν αὐτούς. Κανόνα δὲ πανταχοῦ καλεῖ καὶ μέτρον, ὡς οἰκοδόμος τῆς οἰκουμένης καὶ ἀρχιτέκτων, καὶ ἵνα δείξῃ ὅτι τοῦ Θεοῦ τὸ πᾶν, τοῦ τὸν κανόνα δόντος καὶ τὸ μέτρον· διὸ ἐπάγει·

« Ὁ δὲ καυχώμενος, ἐν Κυρίῳ καυχάσθω. » Ἔχοντες γὰρ τοιαῦτα ἔργα, οὐ κομπάζομεν, οὐδὲ ἑαυτοῖς τι λογιζόμεθα· ἀλλὰ τῷ Θεῷ τὸ πᾶν, καὶ αὐτὸ ὃ ἐφθάσαμεν μέτρον. Ἔδει οὖν κἀκείνους ἐν τούτῳ καυχᾶσθαι.

« Οὐ γὰρ ὁ ἑαυτὸν συνιστῶν ἐκεῖνός ἐστι δόκιμος, B ἀλλ' ὃν ὁ Κύριος συνίστησιν. » Οὐκ εἶπεν, Ἡμεῖς ἐσμεν δόκιμοι, ἀλλ' « Ὃν ὁ Κύριος συνίστησι· » τουτέστιν, ὃν ἡ ἀλήθεια τοῦ ἔργου καὶ τοῦ κόπου μετὰ τῆς χάριτος τοῦ Θεοῦ ἀποδεικνύει δόκιμον.

ΚΕΦΑΛ. ΙΑ'.

« Ὤφελον ἠνείχεσθέ μου μικρόν τι τῆς ἀφροσύνης· ἀλλὰ καὶ ἀνέχεσθέ μου. » Μέλλων ἐμβαίνειν εἰς τοὺς οἰκείους ἐπαίνους, πολλαῖς κέχρηται ταῖς προδιορθώσεσι, τὸ φορτικὸν τοῦ δοκεῖν ἑαυτὸν ἐπαινεῖν ἀποφεύγων. Εἰς τοῦτο δὲ ἤνεγκεν [59] αὐτὸν ἡ ἀνάγκη, καὶ τὸ δεδιέναι μὴ εἰς βλάβην τῶν μαθητῶν γένηται τὸ αὐτὸν μὲν ἐξευτελίζεσθαι, τοὺς δὲ ψευδαποστόλους δοκεῖν εἶναί τι. Ὅτι γὰρ ὑπὸ πολλῆς ἀνάγκης, καὶ διὰ τὴν ὠφέλειαν τῶν μαθητῶν εἰς τοῦτο ἦλθε, δῆλον καὶ τοῖς σφόδρα ἀνοήτοις. Ὁ γὰρ τῶν προτέρων ἁμαρτημάτων μεμνημένος, ὧν διὰ τοῦ βαπτίC σματος ἠλευθέρωται, καὶ ἀνάξιον ἑαυτὸν ἀποκαλῶν τῆς τοῦ ἀποστόλου προσηγορίας, πῶς ἂν χωρὶς ἀνάγκης ἐμεγαληγόρει περὶ ἑαυτοῦ; Φησὶν οὖν· Εἴθε ἠνείχεσθέ μου μικρά τινα ἀνοηταίνοντος· μᾶλλον δὲ καὶ ἀνέχεσθε. Θαῤῥῶ γὰρ ὅτι ἀγαπᾶτέ με, καὶ πάντα μου ἀνέχεσθε.

« Ζηλῶ γὰρ ὑμᾶς Θεοῦ ζήλῳ. » Οὐκ εἶπεν, Ἀγαπῶ, ἀλλ' ὃ πολλῷ σφοδρότερον ἦν, « Ζηλῶ. » ἡ γὰρ ζηλοτυπία ἐπὶ τῶν διακαῶς ἐρώντων τίκτεται. Εἶτα ἵνα μὴ νομίσωσιν ὅτι διά τι ἀνθρώπινον, οἷον χρήματα, ἢ δόξαν, αὐτοὺς ζηλοῖ, φησί [60], « Θεοῦ ζήλῳ· » καὶ γὰρ καὶ ὁ Θεὸς ζηλοῦν λέγεται, διὰ τὸ ἄγαν ἡμᾶς ἀγαπᾷν, οὐχ ἵνα αὐτός τι κερδάνῃ, ἀλλ' D ἵνα ἡμᾶς σώσῃ, πρὸς ἑαυτὸν συνάγων, καὶ ἑαυτῷ συγκολλῶν. Τοιοῦτος οὖν, φησὶ, καὶ ὁ ἐμὸς πρὸς ὑμᾶς ζῆλος, οὐχ ἵνα ἐγὼ κερδάνω, ἀλλ' ἵνα ὑμεῖς μὴ διαφθαρῆτε.

« Ἡρμοσάμην γὰρ ὑμᾶς ἑνὶ ἀνδρὶ παρθένον ἁγνὴν παραστῆσαι τῷ Χριστῷ. » Προεμνηστευσάμην ὑμᾶς, φησὶ, τῷ Χριστῷ. Οὐκοῦν ὑπὲρ ἐκείνου ζηλῶ, οὐχ ὑπὲρ ἐμαυτοῦ. Οὐ γὰρ ἐγὼ ἀνὴρ, ἀλλὰ νυμφαγωγός. Ὅρα δὲ, πῶς οὐκ εἶπεν, ὅτι Διδάσκαλος ὑμῶν εἰμι, καὶ διὰ τοῦτο ὀφείλετέ μου ἀνέχεσθαι, ἀλλ' ἐκείνους μὲν ἐν τάξει νύμφης, ἑαυτὸν δὲ ἐν

Variæ lectiones.

[59] ἤγαγε ο. [60] ἐπάγει ο.

χώρα προμνηστρίας τάττει, σεμνύνων αὐτούς. Ξένον δὲ τὸ ἐπὶ τῆς Ἐκκλησίας συμβαῖνον· ἐπὶ γὰρ τοῦ κόσμου μετὰ τὸν γάμον οὐκέτι παρθένοι μένουσιν· ἐνταῦθα δὲ καὶ οἱ μὴ ὄντες παρθένοι πρὸ τούτου μετὰ τὸν γάμον τοῦτον [61] παρθένοι γίνονται. Οὕτω πᾶσα ἡ Ἐκκλησία παρθένος ἐστί. Πρὸς γὰρ πάντας ταῦτα λέγει Παῦλος, καὶ τοὺς γεγαμηκότας, καὶ τὰς γεγαμημένας. Ποῖα δὲ ἕδνα φέρων ἡρμόσατο; Τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν. Τούτου τύπος ἦν τὰ ἐπὶ τοῦ Ἀβραὰμ, ὅτε τὸν οἰκέτην ἔπεμψε μνηστευσόμενον κόρην ἐθνικήν. Καὶ ἐνταῦθα γὰρ ὁ Θεὸς ἔπεμψε τοὺς δούλους αὐτοῦ τοὺς προφήτας, μνηστευσομένους τῷ παιδὶ αὐτοῦ Χριστῷ τὴν Ἐκκλησίαν· ὡς τὸν Δαυὶδ λέγοντα· « Ἄκουσον, θύγατερ, καὶ ἴδε, καὶ ἐπιλάθου τοῦ λαοῦ σου, [καὶ τοῦ οἴκου τοῦ πατρός σου· » καὶ τοὺς ἀποστόλους, ὡς τὸν Παῦλον λέγοντα· « Ὑπὲρ Χριστοῦ πρεσβεύομεν. » Ὁ μὲν οὖν παρὼν καιρὸς μνηστείας ἐστίν· ὁ δὲ μέλλων τῶν γάμων, ὅτε κραυγὴ γίνεται· « Ἰδοὺ ὁ νυμφίος. »

A honore ipso afficiens. Mirum autem hic quiddam in Ecclesia contingit. In mundo enim post nuptias non porro virgines manent : hic autem qui ante virgines non fuerunt, post nuptias hasce efficiuntur virgines. Hac ratione universa Ecclesia virgo est ; ad omnes enim Paulus hæc loquitur, et maritos et uxores. Quales autem dotes afferens despondit? Regnum cœlorum. Hujus figura erant quæ sub Abrahamo contigerunt, quando servum misit ut ethnicam puellam filio desponderet [m]. Hic etiam Deus misit servos suos prophetas desponsaturos Filio suo Christo Ecclesiam, veluti Davidem, cum dicit : « Audi, filia, et vide, et obliviscere populi tui, et domus patris tui . « Tum apostolos, ut Paulum, ubi ait : « Christi nomine legatione fungimur [o]. » Præsens itaque tempus desponsationis est, futurum autem nuptiarum erit, cum clamor factus fuerit, « Ecce sponsus [p] »

« Φοβοῦμαι δὲ μήπως ὡς ὁ ὄφις Εὔαν ἐξηπάτησεν ἐν τῇ πανουργίᾳ αὐτοῦ, οὕτω φθαρῇ τὰ νοήματα ὑμῶν ἀπὸ τῆς ἁπλότητος τῆς εἰς Χριστόν. » Εἰ γὰρ καὶ ἡ ἀπώλεια ὑμετέρα, ἀλλ' ὁ φόβος [62] ἐμός. Οὐκ ἀποφαίνεται δὲ, ὅτι Διεφθάρητε, καίτοι ἦσαν διεφθαρμένοι, ἀλλ' ἀμφιβόλως αὐτὸ τέθεικε· « Μήπως ὡς ὁ ὄφις Εὔαν ἐξηπάτησε. » Καὶ γὰρ κἀκεῖνος μείζονα ἐπαγγειλάμενος, ἠπάτησε· καὶ οἱ ψευδαπόστολοι δὲ κομπάζοντες, καὶ μεγάλα τινὰ ὑμῖν λέγοντες, ἐξαπατῶσιν ἐν τῇ πανουργίᾳ αὐτῶν. Ἀλλ' ὥσπερ οὔτε ἡ πανουργία [63] τοῦ ὄφεως, οὔτε ἡ ἁπλότης τῆς Εὔας ἤρκεσεν αὐτῇ εἰς συγγνώμην, οὕτως οὐδὲ ὑμῖν ταῦτα προσέσεται [64]. Οὐκ εἶπε δὲ, ὅτι ὁ Ἀδὰμ ἠπατήθη, ἵνα δείξῃ γυναικῶδες τὸ ἀπατᾶσθαι. Καὶ οὐκ εἶπε, Μὴ ἀπατηθῆτε, ἀλλὰ, « Μὴ φθαρῇ τὰ νοήματα ὑμῶν, » ἐπιμένων τῇ τροπῇ. ἡ γὰρ φθορὰ ἐπὶ τῶν παρθένων λέγεται. Μήπως φθαρῇ ἀπὸ τῆς ἁφελείας ὑμῶν ἣν ἔχετε εἰς Χριστόν. Τουτέστι, Μὴ ἀπατηθῆτε ἀπὸ τῆς ἁφελείας ὑμῶν. Τινὲς δὲ οὕτω· Μὴ μετενεχθῆτε ἀπὸ τῆς ἁπλῆς πίστεως εἰς τὴν τῶν ἔξω δεινότητα· αὕτη γὰρ ἡ μεγίστη φθορά.

Vers. 3. « Timeo autem, ne sicut serpens Evam seduxit astutia sua, ita corrumpantur sensus vestri a simplicitate quæ est in Christum, » Etsi enim interitus vester est, metus tamen meus est. Non autem palam pronuntiat, Corrupti estis, etiamsi corrupti fuerunt; verum ambigue hoc posuit, « Ne quo modo ut serpens Evam decepit. » Nam et ille majora promittendo, decepit. Hanc ad rationem pseudapostoli sese jactantes, ac magna quædam **300** vobis narrantes, calliditate sua vobis imponunt. At perinde ut neque astutia serpentis, neque simplicitas Evæ satis fuit ipsi ad veniam, sic neque vobis hæc proderunt. Non dixit autem quod Adam deceptus sit : ut ostendat, quod decipi, muliebre sit. Neque dixit, Ne decipiamini, verum, « Ne corrumpantur sensus vestri, » incœpto tropo seu metaphora perseverans : corruptio enim de virginibus dicitur. Ne corrumpantur a simplicitate vestra, quam habetis in Christo, hoc est, Ne a simplicitate vestra decipiamini. Quidam autem sic : Ne transferamini a simplici fide ad infidelium in dicendo potestatem : hæc enim est maxima corruptio.

« Εἰ μὲν γὰρ ὁ ἐρχόμενος ἄλλον Ἰησοῦν κηρύσσει, ὃν οὐκ ἐκηρύξαμεν, ἢ Πνεῦμα ἕτερον λαμβάνετε, ὃ οὐκ ἐλάβετε, ἢ Εὐαγγέλιον ἕτερον ὃ οὐκ ἐδέξασθε, καλῶς ἠνείχεσθε. » Τί λέγεις, ὦ Παῦλε; ὁ Γαλάταις γράφων· « Ἐάν τις εὐαγγελίζηται ὑμῖν παρ' ὃ παρελάβετε, ἀνάθεμα ἔστω· » νῦν λέγεις, ὅτι Ἐὰν ἄλλον Ἰησοῦν ἐκήρυττον ἐκεῖνοι, καλῶς ἠνείχεσθε; Ἄκουε τοίνυν· Ἐκόμπαζον οἱ ψευδαπόστολοι, ὡς πλέον τι τῶν ἀποστόλων εἰσφέροντες. Ἐπεὶ οὖν πολλὰ [65] ἐφλυάρουν ἀνόητα, τῇ ἔξωθεν σοφίᾳ χρώμενοι, φησὶν, ὅτι Εἰ μὲν ἐκήρυττον ἕτερον Χριστὸν, ὃν κηρυχθῆναι ἔδει, ἡμεῖς δὲ παρελείπομεν, καλῶς ἠνείχεσθε. Διὰ γὰρ τοῦτο προσέθηκεν·

Vers. 4. « Nam si is qui venit, alium Jesum prædicaverit, quem non prædicavimus : aut Spiritum alium accipitis, quem non accepistis, aut Evangelium aliud quod non recepistis, recte sustineretis. » Quid ais, Paule ? Galatis scribens, « Si quis evangelizaverit, inquis, præterquam quod accepistis, anathema sit [q] : » nunc vero dicis, « Si alium Jesum prædicarent illi, recte sustineretis? » Audi igitur : Pseudapostoli fastu inturgescebant, quasi plus quam veri apostoli afferrent. Quia igitur stulta quamplurima nugabantur, externa sapientia utentes : Si, inquit, alium prædicarent Christum, prætermissum a nobis, quem prædicari conveniebat, recte susti-

[m] Gen. XXIV, 4. [n] Psal. XLIV, 11. [o] I Cor. V, 20. [p] Matth. XXV, 6. [q] Galat. t. I, 8.

Variæ lectiones.

[61] τότε O. [62] ἀλλ' ὅμως ὁ φόβος Π. [63] κακουργία O. [64] προσθήσεται, καὶ, προστήσεται O. [65] πολλοὶ O.

nuissetis; propter hoc enim adjecit, « Quem non prædicavimus. » Sin vero eadem fidei capita sunt, in quo nobis illi superiores sunt? Observa porro, non dixit, Si is, qui venit, quiddam amplius prædicaverit (nam quiddam amplius magna cum auctoritate, multaque verborum elegantia dicebant), sed, « Alium Jesum prædicaverit, quem non prædicavimus, » ad quod non est necessaria sermonis elegantia. « Aut Spiritum alium accipitis, » hoc est, si opulentiores vos faceret in spiritualibus donis, quod ipsum orationis venustate non indiget. « Vel Evangelium aliud : » neque ad hoc opus habebat orationis cultu. Ubique autem indicat, quod non simpliciter, si quid excellentius dicant, attendere oporteat, sed si quid dicant quod dicendum esset, et a nobis prætermissum fuerit. Observa enim : « Alium, » inquit, « Jesum, quem non prædicavimus : Spiritum alium, quem non accepistis : Evangelium aliud, quod non accepistis. » Cum itaque eadem dicant, quid in eos inhiatis? Postquam ergo eadem prædicant, o Paule, quid eos prohibes? Quia hypocrisi utentes, alia dogmata introducunt.

A « Ὃν οὐκ ἐκηρύξαμεν. » Εἰ δὲ τὰ αὐτὰ κεφάλαια τῆς πίστεως, τί τὸ πλέον ἐκείνοις [66]; Καὶ ὅρα, οὐκ εἶπεν, ὅτι Εἰ ὁ ἐρχόμενος πλέον τι κηρύσσει· καὶ γὰρ πλέον τι ἔλεγον μετὰ πλείονος αὐθεντείας καὶ πολλοῦ τοῦ κάλλους τῶν ῥημάτων· ἀλλ', « Ἄλλον Ἰησοῦν κηρύσσει, ὃν οὐκ ἐκηρύξαμεν· » ὅπερ οὐ χρείαν ἔχει καλλιεπείας. « Ἢ πνεῦμα ἕτερον λαμβάνετε· » τουτέστιν, Εἰ πλουσιωτέρους ὑμᾶς ἐποίει ἐν τοῖς πνευματικοῖς χαρίσμασιν· ὅπερ οὐδὲ τοῦτο δεῖται κομψείας λόγων. « Ἢ Εὐαγγέλιον ἕτερον· » B ὃ οὐδὲ τοῦτο λόγων δεῖται. Πανταχοῦ δὲ δηλοῖ, ὅτι οὐχ ἁπλῶς εἴ τι πλέον λέγουσι, προσέχειν δεῖ, ἀλλ' εἴ τι λέγουσιν ὃ λεχθῆναι [67] ἔδει, καὶ παρ' ἡμῶν παρελείφθη. « Ὅρα γάρ· « Ἄλλον Ἰησοῦν ὃν οὐκ ἐκηρύξαμεν· Πνεῦμα ἕτερον, ὃ οὐκ ἐλάβετε· Εὐαγγέλιον ἕτερον, ὃ οὐκ ἐδέξασθε. » Ὥστε ἐπεὶ τὰ αὐτὰ λέγουσι, τί πρὸς αὐτοὺς κεχήνατε; Καὶ ἐπειδὴ τὰ αὐτὰ λέγουσιν, ὦ Παῦλε, τί αὐτοὺς κωλύεις; Ὅτι τῇ ὑποκρίσει χρώμενοι ἕτερα εἰσάγουσι δόγματα.

Vers. 5. « Existimo enim me nihil esse inferiorem iis qui magni admodum sunt apostoli. « Deinceps Petri sectatoribus sese confert, hoc indicare volens : Si me plura norunt, etiam et illis; ad absurdum **301** ducens. Observa autem ejus humilitatem. « Existimo, » inquit, id est puto, arbitror : et nihil enuntiat et decernit. Non simpliciter autem dicit, Reliquis apostolis, sed, « Iis qui sunt C eximii apostoli, » Petrum, Jacobum, Joannem innuens. Atque hoc dicit, quia jam necesssitas istud postulabat, cum tamen alibi dicat : « Qui non sum dignus vocari apostolus [r]. »

« Λογίζομαι γὰρ μηδὲν ὑστερηκέναι τῶν ὑπὲρ λίαν ἀποστόλων. » Λοιπὸν τοῖς περὶ Πέτρον συγκρίνει ἑαυτὸν, τοῦτο δεῖξαι θέλων, ὅτι Εἰ ἐμοῦ τι πλέον ἴσασι, καὶ ἐκείνων· εἰς ἄτοπον· ἀπάγων τὸν λόγον. Ὅρα δὲ ταπεινοφροσύνην· « Λογίζομαι, » φησὶν, οἷον, Ἡγοῦμαι, νομίζω, καὶ οὐδὲν ἀποφαντικόν. Οὐχ ἁπλῶς δὲ λέγει, Τῶν ἀποστόλων, ἀλλὰ, « Τῶν ὑπὲρ λίαν, » Πέτρον, καὶ Ἰωάννην, καὶ Ἰάκωβον αἰνιττόμενος. Τοῦτο δέ φησιν, ἐπειδὴ τούτου νῦν χρεία ἦν, ἐπεὶ ἀλλαχοῦ φησιν· « Ὃς οὐκ εἰμὶ ἱκανὸς καλεῖσθαι ἀπόστολος.

Vers. 6. « Nam etsi imperitus sermone, sed non scientia. » Quandoquidem in hoc sibi placebant pseudapostoli, quod non essent indocti, ostendit, quod non inficietur sese imperitum esse, atque hoc sibi gloriæ ducit. Nec dicit, Etiamsi indoctus ac rudis sim, commune hoc mihi cum cæteris est apostolis, ne videatur una criminari ipsos : sed exterioris sapientiæ ipsum nogotium tollit, æque atque in priori Epistola monstravit eam non solum esse inutilem, verum gloriam potius crucis subruere ac devastare. Sermone igitur indoctus sum, scientia haudquaquam. Per hoc autem illos innuit, quod quo magis illi eloquentia gloriantur, eo cognitione Dei ipsos magis esse orbatos, et quatenus ad ipsam attinet, eos esse idiotas et indoctos.

« Εἰ δὲ καὶ ἰδιώτης τῷ λόγῳ, ἀλλ' οὐ τῇ γνώσει. » Ἐπειδὴ ἐν τούτῳ ἐκαλλωπίζοντο οἱ ψευδαπόστολοι, τῷ μὴ εἶναι ἰδιῶται, δείκνυσιν αὐτὸς, ὅτι οὐ φεύγει τὴν ἰδιωτείαν, ἀλλὰ καὶ σεμνύεται ἐπ' αὐτῇ. Καὶ οὐ λέγει, ὅτι Εἰ καὶ ἰδιώτης εἰμὶ, ἀλλὰ καὶ οἱ ἀπόστολοι, ἵνα μὴ δόξῃ συνδιαβάλλειν αὐτούς· ἀλλ' αὐτὸ τὸ πρᾶγμα τῆς ἔξωθεν σοφίας καθαιρεῖ, ὡς καὶ ἐν προτέρᾳ ἔδειξεν αὐτὸ οὐ μόνον ἀνόνητον, ἀλλὰ μᾶλλον καὶ λυμαινόμενον τῇ δόξῃ τοῦ σταυροῦ. Τῷ λόγῳ οὖν εἰμι ἰδιώτης, οὐ τῇ γνώσει. Διὰ τούτου D δὲ αἰνίττεται ἐκείνους, ὅτι ὅσον τῇ εὐγλωττίᾳ κομπάζουσι, τοσοῦτον ἐστερημένους τῆς τοῦ Θεοῦ γνώσεως, καὶ ἰδιώτας ὄντας κατ' αὐτήν.

« Sed in quavis re manifesti sumus in omnibus erga vos. » Non quemadmodum pseudapostoli, aliud sumus, et aliud apparemus : verum in omnibus quæ facimus et dicimus, manifesti sumus erga vos; neque ulla est in nobis duplicitas vel hypocrisis,

« Ἀλλ' ἐν παντὶ φανερωθέντες ἐν πᾶσιν εἰς ὑμᾶς. » Οὐχ ὥσπερ οἱ ψευδαπόστολοι ἄλλο ὄντες ἄλλο φαινόμεθα, ἀλλ' ἐν πᾶσιν, οἷς ποιοῦμεν καὶ λέγομεν, φανεροί ἐσμεν εἰς ὑμᾶς· οὐδεμία διπλόη, ἢ ὑπόκρισις ἐν ἡμῖν, ὥσπερ ἐκείνοις, εὐλαβείας προσ-

[r] I Cor. xv, 9.

Variæ lectiones.

[66] ἐνίκων o. [67] δεχθῆναι o.

ωπεῖον μόνον περικειμένοις, καὶ πάντα τὰ χείριστα ποιοῦσιν.

« Ἢ ἁμαρτίαν ἐποίησα, ἐμαυτὸν ταπεινῶν ἵνα ὑμεῖς ὑψωθῆτε, ὅτι δωρεὰν τὸ τοῦ Θεοῦ Εὐαγγέλιον εὐηγγελισάμην ὑμῖν; » Τοῦτο, φησὶν, ἥμαρτον, καὶ διὰ τοῦτό μοι ἐγκαλεῖν ἔχετε καὶ κατεπαίρεσθαί μου, ὅτι ἐταπείνωσα ἐμαυτὸν, προσαιτῶν καὶ λιμώττων, « ἵνα ὑμεῖς ὑψωθῆτε, » τουτέστιν, οἰκοδομηθῆτε πρὸς τὴν πίστιν; Οὐκ ἐσκανδαλίζοντο γὰρ λοιπὸν (ὃ καὶ μεγίστη αὐτῶν κατηγορία), ὅτι οὐκ ᾠκοδομοῦντο ἄλλως, εἰ μὴ αὐτὸς ἐλιμαγχονεῖτο. Ἐπειδὴ δὲ διέβαλλον αὐτὸν, ὅτι παρὼν μὲν, ταπεινὸς, ἀπὼν δὲ, κομπάζει· ὡς ὑπὲρ τούτου ἀπολογούμενος νῦν, πλήττει αὐτοὺς, ὅτι Ταπεινὸς γέγονα, ἀλλ' ὑμεῖς[68] ὑψώθητε ἐκ τούτου.

A ut in illis qui sola pietatis persona sunt amicti, deterrima quæque patrantes.

VERS. 7. « Num peccatum feci, meipsum humilians ut vos exaltaremini, quod gratis Evangelium Dei prædicavi vobis? » In hoc, inquit, peccavi, et propterea est cur me accusetis, et adversum me efferamini, quoniam dejeci meipsum, mendicans et famem patiens? « Ut vos exaltaremini, » hoc est, a fidem ædificaremini. Non enim offendebantur deinceps (quæ maxima est eorum accusatio), quod non aliter ædificabantur, nisi ipse fame premeretur. Quia vero calumniabantur eum, quod præsens humilis esset, absens vero gloriabatur, hac de re veluti apologiam texens, ferit eos : Vilis quidem factus sum et abjectus, cæterum vos inde exaltati estis.

« Ἄλλας Ἐκκλησίας ἐσύλησα, λαβὼν ὀψώνιον πρὸς τὴν ὑμῶν διακονίαν. » Καίτοι ἠδύνατο εἰπεῖν, ὅτι Ἐκ τῶν χειρῶν μου ἤσθιον· ἀλλὰ πληκτικώτερον τὸν λόγον ποιῶν, Παρ' ἄλλων, φησὶν, ἔλαβον, καὶ ταῦτα, ὑμῖν διακονούμενος. Τὸ δὲ, « Ἐσύλησα, » ἀντὶ τοῦ, Ἐγύμνωσα, καὶ πένητας αὐτοὺς ἐποίησα. Αἰνίττεται δὲ καὶ τοὺς Μακεδόνας, οἳ πενέστατοι ὄντες, ἔτι καὶ ἐμὲ εἶχον προσεπιτρίβοντα αὐτοὺς, καίτοι οὐ περιττῶν ἔχρῃζον, ἀλλὰ τῶν ἀναγκαίων ὀαπανημάτων. Ὀψώνιον γὰρ ἔλαβον· ἀλλ' ὅμως οὐδὲ ταῦτά μοί ἐδώκατε· ὃ μεγίστη κατηγορία, καὶ τὸ χεῖρον, ὅτι πρὸς τὴν ὑμῶν διακονίαν· ὑμῖν γὰρ κηρύσσων, καὶ τὰ ὑμῶν ἐργαζόμενος, παρ' ἄλλων ἐτρεφόμην.

B

VERS. 8. « Alias Ecclesias exspoliavi, accipiens stipendia ad ministerium vestrum. » Etsi dicere potuisset, Ex manuum mearum labore manducavi, attamen asperiorem orationem faciens, Ab allis, inquit, accepi, idque cum in vestri essem ministerio. Exspoliavi, » autem dixit, pro Nudavi, et pauperes eos feci. Macedones intelligit, qui tametsi pauperrimi essent, me tamen habebant se atterentem. Atqui superfluis non indigebam, verum necessariis duntaxat sumptibus. **302** Stipendium enim accepi : at vos ne ista quidem mihi suppeditatis : quæ maxima sane est accusatio, et quod pejus est, « ad ministerium vestrum : » vobis enim prædicans, et vestra agens, ab aliis alebar.

C

« Καὶ παρὼν πρὸς ὑμᾶς καὶ ὑστερηθεὶς, οὐ κατενάρκησα οὐδενός. » Τριπλοῦν τὸ ἔγκλημα· ὅτι Καὶ παρ' ὑμῖν ὢν, καὶ ὑμῖν διακονούμενος, καὶ ὑστερούμενος, οὐκ ἠξιώθην λόγου. Οὐ μόνον οὐκ ἐπέμψατε, ὅπερ οἱ Μακεδόνες ἐποίουν, ἀλλ' οὐδὲ παρόντα ἐτρέφετε. Τὸ δὲ, « Οὐ κατενάρκησα οὐδενός, » τοῦτο[69] δηλοῖ, Οὐκ ἐπεβάρησά τινι. Δηλοῖ δὲ αὐτοὺς ὡς ὀκνηρῶς καὶ ναρκωδῶς εἰσφέροντας. Τινὲς δὲ τὸ, « Οὐ κατενάρκησα, » ἀντὶ τοῦ, Οὐκ ἠμέλησα, ἢ ῥᾳθυμότερος πρὸς τὸ κήρυγμα γέγονα· ἀλλὰ παρ' ἐμοῦ μὲν ὅσα ἔδει, ἐγένετο εἰς τὴν ὑμετέραν σωτηρίαν· ἐν ἐνδείᾳ δὲ[70] διέτριβον, καὶ οὐκ ἤτησα οὐδὲ ἐξέλυσα τὴν ὑπομονὴν ἀπονάρκησας.

VERS. 9. « Et cum essem apud vos et egerem, nulli onerosus fui. » Triplex est accusatio : prior, quod cum apud vos præsens fuerim : altera, quod vobis inserviens : tertia, quod rebus necessariis destitutus, non fui in aliquo habitus numero. Non solum enim mihi alibi agenti non misistis quidquam, id quod Macedones faciebant, sed ne præsentem quidem alebatis. Istud autem, « Nulli onerosus fui, » est pro, Non gravavi quemquam. Indicat autem eos segniter ac cum torpore contribuere. Nonnulli verbum, Οὐ κατενάρκησα, pro, Non posthabui, vel segnior ad prædicationem fui, accipiunt : sed a me quidem, quæcunque ad salutem vestram necessaria erant, perficiebantur. Porro rerum necessariarum indignus apud vos vixi, et non petii quidquam, neque patientiam meam dissolvi torpentior redditus.

« Τὸ γὰρ ὑστέρημά μου προσανεπλήρωσαν οἱ ἀδελφοὶ ἐλθόντες ἀπὸ Μακεδονίας. » Εἰς ζηλοτυπίαν αὐτοὺς ἐμβάλλει, ἵνα καὶ μᾶλλον διεγείρῃ πρὸς τὴν ἐλεημοσύνην, ὡς ἂν μὴ ἡττηθέντες ὑπὸ τῶν Μακεδόνων ἐν τῷ θρέψαι αὐτὸν, ἡττηθῶσι καὶ ἐν τῇ ἐλεημοσύνῃ. Εἰπὼν δὲ, « Ὑστέρημα, » δείκνυσιν ὅτι οὐδὲν ὑπὲρ τὴν ἀναγκαίαν χρείαν ἔλαβεν· οἱ Φιλιππήσιοι δὲ ἦσαν οἱ θρέψαντες αὐτόν.

D « Nam quod mihi deerat, suppleverunt fratres qui venerunt a Macedonia. » Ad æmulationem eos invitat, quo magis ad eleemosynam excitet : ne a Macedonibus victi in alendo eum, in eleemosyna quoque vincerentur. Cum vero ait, « Quod mihi deerat, » indicat sese nihil accepisse ultra necessarium usum. Philippenses autem fuerunt qui aluerunt ipsum.

« Καὶ ἐν παντὶ ἀβαρῆ ὑμῖν ἐμαυτὸν ἐτήρησα, καὶ τηρήσω· » Δείκνυσιν ὅτι καὶ βάρος ἡγοῦντο τὰς τρο-

« Et in omnibus sine onere me vobis servavi et servabo. » Indicat quod gravamen arbitrabantur,

Variæ lectiones.

[68] ἵνα ὑμ. ὑψωθῆτε o. [69] τουτέστιν o. [70] ἐγὼ δὲ ἐν ἐνδείᾳ o.

alimenta et suppeditare. Pulchre autem addidit, « Servabo. » Ne enim existimetis, inquit, quod hæc dixerim ut in posterum accipiam a vobis : Servavi enim me, ac servabo deinceps citra gravamen : quod ingens eorum vulnus est, siquidem non ultra eis confidat, sed omnino aliquid ab eis accipere desperet.

VERS. 10. « Est veritas Christi in me, quoniam gloriatio hæc non infringetur in me in regionibus Achaiæ. » Ne existiment quod propterea dixerit, « Servabo meipsum, » ut magis eos ad impertiendum attraheret, ait : Secundum veritatem, quæ est in Christo Jesu, dico, quod non sim quidquam accepturus. Ne autem quispiam arbitretur eum ex dolore vel iracundia hæc dicere, gloriationem rem ipsam appellat. Gratis enim prædicare Evangelium, gloriatio ei magna erat, ceu ultra Christi terminos propter Christum prosilienti. Et quod ait, « Non infringetur, » sive obstruetur, metaphora est a fluminibus desumpta. Tanquam enim hæc ei fama per omnes terrarum fines flueret, dicit : Non obturabitur bonus et celebris iste rumor, per hoc quod **303** aliquid posthac accipiam. Quod ait, « In climatibus Achaiæ, » ferientis est : Si enim hæc est gloria, hæc ubique custodienda erat : sin in ipsis solis conservat, perspicuum est quod ipsi non sint sana mente præditi, reliquorum instar.

VERS. 11. « Quare? Quia non diligo vos? Deus novit. » Prolaturus causam cur non acceperit ab ipsis, propter pseudapostolos nimirum, prius tollit quod suspicabantur Corinthii : Quia, ut videtur, quod nos non diligis, non accipis. Imo potius, inquit, quia vos diligo, et nolo vos lædi, utpote qui facile scandalum patiamini. Verum adeo perspicue non dicit, ne imbecillitatem eorum arguat : sed ad aliam causam sermonem convertit.

VERS. 12. « Quod autem facio, et faciam, ut amputem occasionem eorum, qui volunt occasionem, ut in quo glorientur, inveniantur sicut et nos. » Hic manifestissime causam explicat, cur non acceperit. Quoniam enim novit diabolus, quod homines hujus sæculi studiosi, per hoc maxime captantur, quod doctores nihil accipiant, docuit pseudapostolos istud quoque simulare. Hoc enim revera non faciebant, etiamsi divites essent; verum etiamsi viderentur nihil accipere, accipiebant tamen. Propterea non dixit, Ut in quo gnaviter agunt, sed, « In quo gloriantur : » quod et arrogantiæ est indicium. Quocirca Apostolus, hisce conspectis, decrevit apud sese, ne quidquam accipere a quoquam, idque eum paupertate gravaretur : ut resecet ansam et occasionem illorum, nec locum habeant carpendi eum. Atqui hæc non erat reprehensio : siquidem lex Christi erat. Attamen quia Corinthii, ceu infirmi, facile scandalo succumbebant, seipsum custodivit. Ac deinceps in aliis inferiores inventi

φὰς αὐτῷ χορηγεῖν. Καλῶς δὲ τὸ, « Τηρήσω. » Μὴ γὰρ νομίσητε, φησὶν, ὅτι ταῦτα εἶπον, ἵνα τοῦ λοιποῦ λάβω παρ' ὑμῶν· ἀλλὰ καὶ « ἐτήρησα ἐμαυτὸν ἀβαρῆ, καὶ τηρήσω. » ὃ μεγάλη αὐτῶν πληγὴ, εἰ μηδὲ ἔτι θαῤῥεῖ αὐτοῖς[71], ἀλλὰ καθάπαξ ἀπέγνω λαβεῖν τι παρ' αὐτῶν.

« Καὶ εἰρήνη τοῦ Θεοῦ ἡ ὑπερέχουσα πάντα νοῦν, φρουρήσει τὰς καρδίας ὑμῶν, καὶ τὰ νοήματα ὑμῶν ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ. » Τουτέστιν, ἡ καταλλαγὴ, ἣν πρὸς ἀνθρώπους ἐποιήσατο, ἥτις ὑπερέχει πάντα νοῦν, οὐχ ἀνθρώπινον μόνον, ἀλλὰ καὶ ἀγγελικόν· ὡς ἂν εἰ ἔλεγεν· Ὁ ῥυσάμενος ἡμᾶς οὕτως, ὡς οὐδὲ ὁ νοῦς καταλαβεῖν δύναται. Τίς γὰρ προσεδόκησεν, ὅτι τοσαῦτα ἡμῖν ἔσεται ἀγαθὰ καὶ ὅτι [34] καταλλαγησόμεθα τῷ Θεῷ; αὐτὸς ὑμᾶς φυλάξει καὶ ἀσφαλίσαιτο, ὥστε μηδὲ ἐννοῆσαί τι πονηρόν. Ἣν εἰρήνην φησὶν, ἣν ὁ Κύριος εἶπεν· « Εἰρήνην ἀφίημι ὑμῖν· » αὕτη φρουρήσει ὑμᾶς. Καὶ γὰρ ἡ εἰρήνη αὕτη ὑπερέχει πάντα νοῦν, ὅταν κελεύῃ πρὸς τοὺς ἐχθροὺς εἰρηνεύειν, πρὸς τοὺς ἀδικοῦντας. Εἰ δὲ ἡ εἰρήνη ὑπερέχει πάντα νοῦν, πόσῳ μᾶλλον ἡ οὐσία; Τὸ δὲ, « Ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, » τοῦτ' ἔστιν, Ἐν αὐτῷ φυλάξει [35], ὥστε μὴ ἐκπεσεῖν αὐτοῦ, ἀλλὰ μᾶλλον μένειν ἐν αὐτῷ.

« Τὸ λοιπὸν, ἀδελφοί. » Ὡς ἐπειγόμενος, καὶ οὐδὲν κοινὸν ἔτι ἔχων πρὸς τὰ παρόντα [36], οὕτω φησίν.

A igitur Dominus dixit, *Beati qui lugent*[r]? Quia hoc ipsum sic lugere, est gaudere. Non enim simpliciter dixit, Gaudete, sed, *In Domino*. Qui autem in Domino est, semper gaudet, etiam torqueatur, vel dilaceretur. *Revertebantur*, inquit, *a concilio gaudentes, quoniam digni habiti essent pro Christo contumelia affici*[s].

Iterum dico, gaudete. Quia rerum natura mœrorem pariebat, per duplicationem verbi ostendit, omnino esse gaudendum.

VERS. 5. *Modestia vestra nota sit omnibus hominibus.* Quia supra accusabat quosdam Paulus, ceu inimicos crucis, adhortatur jam ut non infense, sed clementer istos tractent, etiamsi hostes sint.

B

VERS. 5, 6. *Dominus prope est, nihil solliciti sitis.* At vero æmulamini, quod isti in voluptatibus vivant, vosque injuria afficiant, cum vos in afflictione laboretis. *Dominus prope est*, jam judicium **455** instat : nihil vobis sit curæ, neque illorum injuria, neque vestra afflictio : isti enim Deo rationem reddent, et vos quiete fruemini.

Sed in omni oratione et obsecratione cum gratiarum actione petitiones vestræ innotescant apud Deum. En aliam consolationem, nempe, orare in omni re, idque cum gratiarum actione. Quomodo enim quisquam futura rogaverit, qui sese pro prioribus beneficiis non exhibuit gratum? Itaque pro omnibus, etiam iis quæ adversa videntur, gratiæ sunt agendæ. C Nam pro bonis nos gratos esse vel ipsa rerum natura postulat : illud autem est animæ vere gratæ. Hujusmodi orationes patefaciunt petitiones nostras coram Deo : aliter enim factas ne agnoscit quidem.

VERS. 7. *Et pax Dei, quæ exsuperat omnem intellectum, custodiet corda vestra, et intelligentias vestras in Christo Jesu.* Hoc est, reconciliatio quam cum hominibus fecit, quæ excedit omnem intellectum, nedum humanum, verum etiam angelicum, perinde ac si dicat : Qui sic nos liberavit, ut ne intellectus quidem comprehendere possit. Quis enim exspectasset tanta nobis obventura esse bona, nosque Deo reconciliandos? Ipse vos custodiat et muniat, ne aliquid mali intelligatis, aut cogitetis. Vel pacem D dicit, de qua Dominus loquitur, *Pacem relinquo vobis*[t], ista custodiet vos. Etenim pax ista exsuperat omnem intellectum, quando jubet ut pacem cum inimicis habeamus, et cum his qui nos injuria afficiunt. Si autem hæc pax exsuperat omnem intellectum, quanto magis substantia? Quod vero ait, *In Christo Jesu*, hoc est : In ipso vos custodiet, ut ab eo non excidatis, sed potius ut perseveretis in eo.

VERS. 8. *Quod reliquum est, fratres.* Tanquam festinans, et nihil commune habens cum eis quæ præsentia sunt, sic inquit.

[r] Matth. v, 4. [s] Act. v, 22. [t] Joan. XIV, 17.

Variæ lectiones.

[33] αἰτήσηται O. [34] οὕτω O. [35] φυλάξειν O. [36] πρὸς ταῦτα δὴ τὰ παρόντα O.

Quæcunque vera sunt. Hoc est, virtutibus prædita. Vitium enim mendacium est, et voluptas ejus.

Quæcunque severa sunt. Ad eos qui terrena sapiunt.

Quæcunque casta. Ad eos quorum deus venter est.

Quæcunque amabilia. Id est, Deo et hominibus grata. Hoc vero, ne offendant aliquos.

Quæcunque boni nominis : si qua virtus, et si qua laus. Viden' quod et eorum quæ attinent ad hominos rationem habere eos velit? sed non simpliciter, verum cum appendice hac, *Si qua virtus.*

Hæc cogitate. Quia e cogitationibus prava opera nascuntur, *Hæc cogitate,* inquit, quæ sunt prædicta.

456 VERS. 9. *Quæ et didicistis, et accepistis et audivistis, et vidistis in me.* Quia non licebat de omnibus exacte dicere, de ingressibus, exitibus, verbo, habitu, in summa inquit : Quæcunque didicistis et audivistis per doctrinam, et accepistis in scriptis, et vidistis in me per ipsa opera. Hæc enim, ut sæpe commemoratum est, optima est doctrina, seipsum exemplar exhibere.

Hæc agite. Non solum cogitate, ut paulo ante dictum, neque dicite solummodo, verum etiam facite.

Et Deus pacis erit vobiscum. Hoc est, In tranquillitate vivetis, si hæc egeritis. Si enim pacem habeamus, et apud Deum, videlicet per virtutem, et apud homines (*Cum odientibus enim pacem eram,* inquit, *pacificus* [a]), erit ipse Deus nobiscum. Qui enim fugientes sectatur, qui accedentibus non aderit?

VERS. 10. *Gavisus sum in Domino vehementer, quod tandem aliquando refloruistis pro me sentire.* Non mundano more gavisus sum, inquit, neque pro hujus sæculi ratione, sed, *In Domino,* non quod ego refocillationem habuerim, verum quod vos progressi estis. Propterea et vehementer dicit, quia pro ipsorum utilitate. Cum autem ob præteritum tempus clanculum eos objurgasset, ut continuo et semper impertire doceat, idem rursus adumbravit. Nam istud, *Tandem aliquando*, longi temporis lapsum demonstrat. *Refloruistis* autem dixit, veluti de plantis, postquam germinassent, arefactis, ac denuo repullulascentibus. Et vos, inquit, cum essetis floridi, emarcuistis, deinde refloruistis. Itaque hoc pariter objurgatio est et laus : non enim parum est, eum, qui exaruit, repullulascere. Ne vero existimet aliquis quod et in reliquis exaruerint, intulit, *Pro me sentire :* in hoc solum, ut

« Ὅσα ἀληθῆ. » Τουτέστιν, ἐνάρετα. Ἡ γὰρ κακία ψεῦδος, καὶ ἡ ἡδονὴ αὐτῆς.

« Ὅσα σεμνά. » Πρὸς τοὺς τὰ ἐπίγεια φρονοῦντας (2).

« Ὅσα ἁγνά. » Πρὸς τοὺς, ὧν ὁ θεὸς ἡ κοιλία.

« Ὅσα προσφιλῆ. » Τουτέστι, καὶ Θεῷ καὶ ἀνθρώποις. Τοῦτο δέ, διὰ τὸ μὴ προσκρούειν τισί.

« Ὅσα εὔφημα· εἴ τις ἀρετὴ, καὶ εἴ τις ἔπαινος. » Ὁρᾷς, ὅτι καὶ τῶν πρὸς ἀνθρώπους προνοεῖν αὐτοὺς βούλεται; ἀλλ' οὐχ ἁπλῶς, ἀλλὰ μετὰ τὸ εἰπεῖν· « Εἴ τις ἀρετή. »

« Ταῦτα λογίζεσθε. » Ἐπειδὴ ἀπὸ ἐννοιῶν αἱ πονηραὶ πράξεις γίνονται, « Ταῦτα λογίζεσθε, » φησὶ, τὰ προειρημένα.

« Ἃ καὶ ἐμάθετε, καὶ παρελάβετε, καὶ ἠκούσατε, καὶ εἴδετε ἐν ἐμοί. » Ἐπειδὴ οὐκ ἐνῆν περὶ πάντων ἀκριβολογεῖσθαι, περὶ εἰσόδων, περὶ ἐξόδων, ῥήματος, σχήματος [37], ἐν κεφαλαίῳ φησίν· Ὅσα ἐμάθετε καὶ ἠκούσατε διὰ διδασκαλίας, καὶ παρελάβετε ἐγγράφως [38], καὶ εἴδετε ἐν ἐμοὶ δι' ἔργων αὐτῶν. Τοῦτο γὰρ, ὡς πολλάκις εἴρηται, διδασκαλία ἀρίστη, τὸ ἑαυτὸν τύπον παρέχειν.

« Ταῦτα πράσσετε. » Μὴ μόνον λογίζεσθε, ὡς ἀνωτέρω εἴρηται, μηδὲ λέγετε μόνον ἀλλὰ καὶ πράττετε.

« Καὶ ὁ Θεὸς τῆς εἰρήνης ἔσται μεθ' ὑμῶν. » Τουτέστιν, Ἐν γαλήνῃ ἔσεσθε, ἐὰν ταῦτα πράσσητε. Ἐὰν γὰρ εἰρηνεύωμεν, καὶ πρὸς τὸν Θεὸν, δι' ἀρετῆς δηλαδὴ, καὶ πρὸς τοὺς ἀνθρώπους « (Μετὰ τῶν μισούντων γὰρ, φησὶ, τὴν εἰρήνην ἤμην εἰρηνικὸς), » ἔσται αὐτὸς μεθ' ὑμῶν. Ὃς γὰρ καὶ φεύγοντας διώκει, πῶς οὐ προσιοῦσι συνέσται [39];

« Ἐχάρην δὲ ἐν Κυρίῳ μεγάλως, ὅτι ἤδη ποτὲ ἀνεθάλετε εἰς τὸ ὑπὲρ ἐμοῦ φρονεῖν. » Οὐ κοσμικῶς ἐχάρην, φησὶν, οὐδὲ βιωτικῶς, ἀλλ', « ἐν Κυρίῳ· » οὐχ ὅτι ἀνάπαυσιν ἔσχον ἐγὼ, ἀλλ' ὅτι ὑμεῖς προεκόψατε. Διὰ τοῦτο καὶ μεγάλως, ὅτι ὑπὲρ τῆς ἐκείνων ὠφελείας. Ἠρέμα δὲ ἐπιτιμήσας ὑπὲρ τοῦ παρελθόντος [40] χρόνου, ὡς ἂν διδάξῃ συνεχῶς καὶ διαπαντὸς μεταδιδόναι, πάλιν αὐτὸ συνεσκίασε. Τὸ γὰρ, « Ἤδη ποτὲ, » χρόνον δηλοῖ μακρόν. Καὶ τὸ, « Ἀνεθάλετε » δέ, ὡς ἐπὶ φυτῶν βλαστησάντων [41], εἶτα ξηρανθέντων καὶ αὖθις ἀναθαλλόντων. Καὶ ὑμεῖς, φησίν, ὄντες ἀνθηροὶ ἐμαράνθητε, εἶτα ἀνεθάλετε. Ὥστε καὶ ἐπιτίμησίς ἐστι καὶ ἔπαινος τοῦτο [42]. Οὐ γὰρ μικρὸν τὸ μαρανθέντα ἀναθῆλαι πάλιν. Ἵνα δὲ μὴ νομίσῃ τις ὅτι [43] καὶ ἐν τοῖς λοιποῖς ἐμαράνθησαν, ἐπήγαγεν· « Εἰς τὸ ὑπὲρ ἐμοῦ φρονεῖν· εἰς τοῦτο μόνον τὸ φροντίζειν μου τῆς ἀναγκαίας χρείας. Ζητητέον δὲ, πῶς ὁ λίγων, « Μακάριόν ἐστι διδόναι μᾶλλον ἢ λαμβά-

[a] Psal. CXIX, 7.

Variæ lectiones.

[37] ῥήματα, σχήματα O. [38] ἀγράφως O. [39] -σεται O. [40] παρόντος O. [41] τῶν βλαστησ. O. [42] οὗτος O. [43] νομίσῃς ὅτι O.

(2) Vix dubitari potest, mutilum hic esse textum. Adde ex cod. S. Marci Veneti : Ὅσα δίκαια. Πρὸς τοὺς ἀδικοῦντας. « *Quæcunque justa.* Ad injuste facientes. »

νειν· » καὶ πάλιν πρὸς Κορινθίους, « Καλόν μοι μᾶλλον ἀποθανεῖν, ἢ τὸ καύχημά μου ἵνα τις κενώσῃ, » νῦν εὑρίσκεται λαμβάνων; Ἐκεῖ εἰκότως οὐκ ἐλάμβανε, διὰ τοὺς ψευδαποστόλους ὑποκρινομένους τὸ μὴ λαμβάνειν, « Ἵνα ἐν ᾧ, » φησὶ, » καυχῶνται, εὑρεθῶσι ὡς κἀγώ. » Καὶ γὰρ οὐχ ἁπλῶς εἶπεν· Οὐ φραγήσεται τὸ καύχημά μου, ἀλλ', « Ἐν τοῖς κλίμασι τῆς Ἀχαΐας· » ἐκεῖ, « Ἄλλας, » φησὶν, « Ἐκκλησίας ἐσύλησα· » Ὥστε ἐκεῖ οἰκονομικῶς οὐκ ἐλάμβανεν· ἐνταῦθα δὲ ἀγαπητοὶ οἱ διδόντες καὶ ἐπιπόθητοι, οὓς, εἰ μὴ ἐλάμβανεν [44], ἔκλαυσεν ἄν. Ἄλλως τε, καὶ τὸ λαμβάνειν ὑπὲρ τῶν διδόντων μᾶλλόν ἐστιν· αὐτοὶ γὰρ [45] ὠφελοῦνται μᾶλλον ἢ οἱ λαμβάνοντες. Τὸ δὲ λέγειν, « Μακάριόν ἐστι διδόναι μᾶλλον ἢ λαμβάνειν, » οὐκ ἀπαγόρευσις ἁπλῶς ἐστι τοῦ λαμβάνειν, ἀλλὰ σύγκρισίς ἐστι, τὸ κρεῖττον ὑποδεικνύουσα. Οὐδὲ γὰρ ἐπειδὴ καλλίων ὁ χρυσὸς, ἤδη ἀπαγορεύει τις τὸ ἔχειν ἀργύριον. Ἄλλως δὲ καὶ ἐκεῖνο [46] περὶ τοῦ ἐργάζεσθαι, καὶ ἐκ τοῦ ἔργου διδόναι λέγει, καὶ δεῖ οὕτω ποιεῖν. Ἐὰν δὲ μὴ ᾖ καιρὸς τοῦ ἐργάζεσθαι, δεσμῶν [47] περιτεθειμένων ἢ ἀῤῥωστίας, τί δεῖ] ποιητέον; οὐ δεῖ λαμβάνειν; Ἐγὼ μὲν οἶμαι.

A solliciti sitis in subministratione eorum quæ mihi sunt necessaria. Quærendum autem est, Quomodo is qui dicit, *Beatius est dare quam accipere* [v] : et rursus ad Corinthios, *Satius est mihi emori, quam ut gloriationem meam quisquam evacuet* [z] : nunc invenitur accipere? At illic non injuria nihil accipiebat, propter pseudapostolos, qui se nihil accipere simulabant, *Ut in quo gloriantur,* inquit, *inveniantur sicut et ego* [y]. Etenim non simpliciter dixi, Non infringetur gloriatio mea, sed, *In finibus Achaiæ* [b]. Nam, *Alias,* inquit, *Ecclesias depræda tus sum* [a]. Consulto itaque illic non accipiebat : hic vero dilecti sunt dantes ac desiderabiles, a quibus nisi accepisset, perturbasset eos. Insuper, accipere pro dantibus magis est : etenim majori commoditate afficiuntur ii qui dant quam qui accipiunt. Quod vero ait, *Beatius* **457** *est dare quam accipere,* non est simpliciter interdictio accipiendi, verum comparatio est, quæ id quod melius est submonstrat. Non enim quia potius est aurum, vetat quisquam ne argentum habeas. Præterea, illud de labore, et de eleemosyna ex opere nostro danda dicit, atque ita sane faciendum est. Sin vero tempus operandi non fuerit, vinculis nimirum impositis, vel ægritudine, quid tum faciendum? nonne accipiendum est? Equidem opinor.

« Ἐφ' ᾧ καὶ ἐφρονεῖτε. » Τουτέστιν, Εἴχετε μὲν ἐν τῇ καρδίᾳ τὴν περὶ ἐμοῦ φροντίδα, καὶ ἐμεριμνᾶτε ὑπὲρ ἐμοῦ· καὶ γὰρ καὶ ἔθος ὑμῖν φροντίζειν [ὑπέρ] μου.

Sicut et sentiebatis. Hoc est, Gerebatis quidem in corde pro me sollicitudinem, et pro me solliciti eratis : nam et in more vobis est, ut pro me solliciti sitis.

« Ἠκαιρεῖσθε δέ. » Οὐ τῆς ῥᾳθυμίας ὑμῶν, φησὶν, ἀλλὰ τῆς ἀνάγκης τοῦτο· τουτέστιν, Οὐκ εἴχετε ἐν χερσὶν, οὐδὲ ἐν ἀφθονίᾳ ἦτε· ἀπὸ τῆς κοινῆς συνηθείας τοῦτο λαβών. Ὡς λέγομεν· Στενοχωρία μοι ἐπῆλθε, κακὸς καιρὸς νῦν ἐστιν.

Non habebatis autem opportunitatem. Hoc non socordiæ vestræ fuit, inquit, sed necessitatis : hoc est, Non habebatis in manibus vestris, neque abundabatis : a communi loquendi consuetudine hoc desumens. Solemus enim dicere, Angustia me invasit, malum tempus nunc est.

« Οὐχ ὅτι καθ' ὑστέρησιν λέγω· » Οὐ διὰ τοῦτο μέμφομαι ὑμῖν, ὡς ἐν ἐνδείᾳ ὢν, καὶ τὸ ἐμαυτοῦ σκοπῶν.

VERS. 11. *Non quod per penuriam hæc dicam.* Non propterea de vobis conqueror, quod penuria angar, atque meam ipsius rem spectem.

« Ἐγὼ γὰρ ἔμαθον, ἐν οἷς εἰμι, αὐτάρκης εἶναι. » Ὁρᾷς, ὅτι δυσκατόρθωτόν ἐστι τὸ ἐν αὐταρκείᾳ χαίρειν, καὶ γυμνασίας δεῖται καὶ μελέτης; « Ἔμαθον γὰρ, » φησὶν.

Ego enim didici, in quibus sum, iis contentus esse. Observas hic difficile esse ut aliquis sua sufficientia gaudeat, et quod exercitio et meditatione opus habeat? *Didici enim,* inquit.

« Οἶδα καὶ ταπεινοῦσθαι, οἶδα καὶ περισσεύειν. » Τουτέστι, Καὶ ὀλίγοις κεχρῆσθαι οἶδα, καὶ λιμὸν ὑποφέρειν καὶ ἔνδειαν, καὶ αὖ περισσεύειν. Καὶ ποία τοῦτο ⌊ἀρετὴ, τὸ εἰδέναι περισσεύειν; Καὶ σφόδρα μὲν οὖν μεγάλη. Πλείους γὰρ ἡ περισσεία ἐκτραχηλίζει, ἢ ἡ ἔνδεια, εἰς πλείους ἐπιθυμίας καὶ ἀτόπους ἐκκαίουσα. Πῶς δὲ ᾔδει ὁ Παῦλος περισσεύειν; Ὅτι εἰς ἄλλους ἀνήλισκε, καὶ οὐκ ἔχαιρεν ἐπὶ τῇ περισσείᾳ [48], ἀλλ' ἴσος ἦν ἔν τε πλησμονῇ καὶ ἐν ἐνδείᾳ, οὔτε ἐπὶ ταύτῃ χαυνούμενος, οὔτε ἐπὶ τῇ ἐνδείᾳ πιεζόμενος.

VERS. 12. *Scio et humiliari, scio et abundare.* Id est, et paucis uti novi, et famem perferre, et penuriam, et rursus exuberare. Qualis autem virtus est istud, novisse exuberare? Omnino certe magna : plures enim abundantia subvertit quam penuria, ad plurimas et absurdas cupiditates accendens. Quomodo autem novit Paulus abundare? Quoniam in alios impendebat, nec gaudebat in superabundantia, sed æqualis erat in saturitate et indigentia; neque enim ob hanc laxabatur, neque ob inopiam premebatur.

« Ἐν παντὶ καὶ ἐν πᾶσι μεμύημαι. » Ἐν παντὶ τῷ μακρῷ χρόνῳ, καὶ ἐν παντὶ πράγματι, καὶ ἐν πᾶσι τοῖς παρεμπίπτουσι πεῖραν ἔλαβον.

In omni et in omnibus institutus sum. In omni longo tempore, et in omni re, et in omnibus quæ obiter incidunt, experientiam accepi.

[v] Act. XX, 35. [z] I Cor. IX, 15. [y] II Cor. XI, 12. [b] ibid. 40. [a] ibid. 8.

Variæ lectiones.

[44] Πλαθεν o. [45] καὶ γὰρ o. [46] ἄλλως τε ἐκεῖ o. [47] πολέμων καὶ ταραχῶν o. [48] παῤῥησίᾳ o.

Et satiari, et esurire, et abundare, et penuriam pati. Israelitæ neque esurire noverunt : oblocuti sunt enim Deo, dicentes : *Numquid poterit Deus parare mensam*[b] ? Sed neque satiari. Manducaverunt enim, et impleti sunt, et recalcitrarunt. Verum Paulus, et Christiani sese aliter gerunt. Monstrat autem per hæc, quod neque antea, cum non conferrent, tristaretur, neque nunc, cum darent, gavisus sit humana ratione, sed eorum nomine lætatum se indicat, ceu ipsi per hæc adjutarentur.

A « Καὶ χορτάζεσθαι, καὶ πεινᾷν, καὶ περισσεύειν, καὶ ὑστερεῖσθαι. » Οἱ Ἰσραηλῖται οὔτε πεινᾷν ἤδεσαν· κατελάλησαν γὰρ τοῦ Θεοῦ, καὶ εἶπον· « Μὴ δυνήσεται ὁ Θεὸς ἑτοιμάσαι τράπεζαν; » ἀλλ' οὐδὲ χορτάζεσθαι· ἔφαγον γὰρ, καὶ ἐνεπλήσθησαν, καὶ ἀπελάκτισαν. Ἀλλ' ὁ Παῦλος, καὶ οἱ κατὰ Χριστὸν, οὐχ οὕτω. Δείκνυσι δὲ διὰ τούτων, ὅτι οὔτε πρότερον, μὴ διδόντων, ἐλυπεῖτο, οὔτε νῦν, δόντων, ἐχάρη ἀνθρωπίνῳ λογισμῷ, ἀλλ' ὑπὲρ αὐτῶν, ὡς ὠφελουμένων.

Verse 13. *Omnia possum in eo qui me confortat, Christo.* Quia sentiebat quod magna **458** de se locutus esset, ait : Non meum opus est, sed Christi, qui mihi robur dedit.

« Πάντα ἰσχύω ἐν τῷ ἐνδυναμοῦντί με Χριστῷ. Ἐπειδὴ ἤσθετο μεγάλα εἰπὼν περὶ ἑαυτοῦ, φησίν· Οὐκ ἐμὸν τὸ κατόρθωμα, ἀλλὰ τοῦ τὴν ἰσχὺν δεδωκότος Χριστοῦ.

Verse 14. *Verumtamen bene fecistis, communicantes tribulationi meæ.* Dixerat, Novi esse contentus. Ne igitur propter hoc Philippenses offenderentur, ceu non libenter accepisset, quæ illi obtulissent, sed inutilia hæc reputasset (solent enim dantes offendi, quando accipientes asserunt se non indigere), huic rei medetur, inquiens : *Verumtamen recte fecistis :* hoc est, Etsi opus non habeam, attamen gratiam et munus vestrum accepi. Expende hic sapientiam, quomodo rem extollit. *Communicantes afflictione meæ,* inquiens, pares ipsos sibi constituit. Ego quidem, inquit, hæc patior; quia vero mei curam gessistis, Deus etiam vos pro colluctatoribus meis reputat. Per ea igitur quæ supra dicta sunt, fastum eorum dissipavit : per ea vero quæ nunc dicuntur, promptitudinem eorum corroborat.

B « Πλὴν καλῶς ἐποιήσατε, συγκοινωνήσαντές μου τῇ θλίψει. » Εἶπεν, ὅτι Οἶδα αὐτάρκης εἶναι. Ἵνα οὖν μὴ σκανδαλισθῶσιν οἱ Φιλιππήσιοι ἐπ' αὐτῷ, ὡς μὴ ἡδέως δεξαμένῳ τὰ παρ' αὐτῶν, ἀλλ' ἄχρηστα αὐτὰ ἡγησαμένῳ (εἰώθασι γὰρ οἱ διδόντες σκανδαλίζεσθαι, ἐπειδὰν οἱ λαμβάνοντες λέγωσιν, ὅτι Οὐ δεόμεθα)· θεραπεύει τοῦτο, λέγων· « Πλὴν καλῶς ἐποιήσατε· » τουτέστιν, Εἰ καὶ μὴ δέομαι, ἀλλ' ὅμως τὴν ὑμετέραν χάριν ἀπεδεξάμην. Καὶ ὅρα σοφίαν, πῶς ἐπαίρει τὸ πρᾶγμα· « Συγκοινωνήσαντές μου τῇ θλίψει· » ἴσους ἑαυτῷ αὐτοὺς κατέστησεν. Ἐγὼ μὲν γὰρ, φησὶ, ταῦτα πάσχω· ἐπεὶ δὲ ἐφροντίσατέ μου, ὁ Θεὸς καὶ ὑμᾶς συναθλητάς μου λογίζεται. Διὰ μὲν οὖν τῶν ἄνω ῥηθέντων, τὸ φρόνημα αὐτῶν κατέσπασε [49]· διὰ δὲ τῶν νῦν λεγομένων τὴν προθυμίαν αὐτῶν ἀναῤῥώννυσιν.

C

Verse 15. *Scitis autem et vos, Philippenses, quod in principio Evangelii, quando profectus sum a Macedonia, nulla mihi Ecclesia communicavit in ratione dati et accepti, nisi vos soli.* Quia supra videbatur eos carpsisse, cum diceret, *Tandem aliquando refloruistis :* sapienter jam nunc hoc excusat. Hoc ipsum, inquit, quod visus sum vos carpere, non feci tanquam voluerim quidquam accipere, sed quod plurimum sim vobis confisus, tum quod vos mihi ejus rei causa estis : primi enim vos inter cæteros conati estis rationem habere necessitatis meæ. Atque hinc accepta fiducia, vos objurgare visum est, ut eos qui, quod consueverant facere, prætermiserint. Ingens igitur encomium est, et quod in principio Evangelii, et quod non solum cum apud vos agerem, sumptum mihi suppeditastis, verum etiam quando exivi e Macedonia, hoc est, quando ex vestra regione ac finibus discessi. Non dixit autem, Nulla mihi Ecclesia dedit, cæterum, *Nulla Ecclesia communicavit mecum in ratione dati et accepti.* Etenim communicatio est res ipsa. Das carnalia, et accipis spiritualia, perinde ac alibi dictum est : *Si nos vobis spiritualia seminavimus, magnum est si nos vestra carnalia metamus* [c] ? Aliæ igitur Ecclesiæ non communicarunt in ratione dationis carnalium, et acceptionis spiritualium.

« Οἴδατε δὲ καὶ ὑμεῖς, Φιλιππήσιοι, ὅτι ἐν ἀρχῇ τοῦ Εὐαγγελίου, ὅτε ἐξῆλθον ἀπὸ Μακεδονίας, οὐδεμία μοι Ἐκκλησία ἐκοινώνησεν εἰς λόγον δόσεως καὶ λήψεως, εἰ μὴ ὑμεῖς μόνοι. » Ἐπειδὴ ἐδόκει ἐπιπλῆξαι αὐτοῖς ἀνωτέρω, εἰπών· « Ἤδη ποτὲ ἀνεθάλετε· » νῦν ἀπολογεῖται σοφῶς, ὅτι Τοῦτο αὐτὸ ὃ ἔδοξα ἐπιπλῆξαι, οὐχ ὡς θέλων λαμβάνειν, ἀλλ' ἐκ τοῦ σφόδρα θαῤῥεῖν ὑμῖν, καὶ ὑμεῖς αἴτιοι. Πρῶτοι γὰρ τῶν ἄλλων ὑμεῖς ἐπεχειρήσατε φροντίζειν τῆς χρείας μου. Καὶ ἐκ τούτου λαβὼν παῤῥησίαν, ἐπιτιμῆσαι ἔδοξα ὑμῖν, ὡς τὸ εἰωθὸς ἐλλείψασι. Μέγα οὖν τὸ ἐγκώμιον, καὶ ὅτι [50] ἐν ἀρχῇ τοῦ Εὐαγγελίου, καὶ ὅτι οὐ μόνον μένοντι παρ' ὑμῖν ἐχορηγήσατε, ἀλλὰ καὶ ὅτε ἐξῆλθον ἀπὸ Μακεδονίας, τουτέστι, καὶ ὅτε τῆς ὑμετέρας ἐνορίας ἀπέβην. Οὐκ εἶπε δὲ, Οὐδεμία μοι Ἐκκλησία δέδωκεν, ἀλλ', « Οὐδεμία μοι Ἐκκλησία κεκοινώνηκεν εἰς λόγον δόσεως καὶ λήψεως. » Καὶ γὰρ κοινωνία [51] ἐστὶ τὸ πρᾶγμα. Δίδως σαρκικὰ, καὶ λαμβάνεις πνευματικὰ, ὡς καὶ ἀλλαχοῦ. « Εἰ ἡμεῖς ὑμῖν τὰ πνευματικὰ ἐσπείραμεν, μέγα εἰ ἡμεῖς ὑμῶν τὰ σαρκικὰ θερίσομεν; » Αἱ ἄλλαι τοίνυν Ἐκκλησίαι οὐκ ἐκοινώνησαν εἰς λόγον δόσεως τῶν σαρκικῶν, καὶ λήψεως τῶν πνευματικῶν.

D

[b] Psal. LXXVII, 19. [c] I Cor. IX, 11.

Variæ lectiones.

[49] κατέπαυσε O. [50] ὅτι τε O. [51] κοινωνίας O.

« Ὅτι καὶ ἐν Θεσσαλονίκῃ καὶ ἅπαξ καὶ δὶς εἰς A τὴν χρείαν μου ἐπέμψατε. » Μέγα καὶ τοῦτο αὐτῶν ἐγκώμιον, ὅτι καὶ ἐν τῇ μητροπόλει καθήμενος, παρὰ τῆς μικρᾶς ἐτρέφετο πόλεως. « Χρείαν » γὰρ τὰ χρειώδη δαπανήματά φησι· χρείαν δὲ, οὐ [52] τρυφὴν, οὐδὲ σπατάλην.

« Οὐχ ὅτι ἐπιζητῶ τὸ δόμα, ἀλλ' ἐπιζητῶ τὸν καρπὸν τὸν πλεονάζοντα εἰς λόγον ὑμῶν. » Ἐπειδὴ ταπεινόν τι ἐφθέγξατο, εἰπών· « Εἰς τὴν χρείαν μου· ἵνα μὴ ἐκ τούτου ἐπαρθῶσιν ἐκεῖνοι, φησίν· Οὐ λέγω ταῦτα, ὅτι ἐπιζητῶ τὰς ὑμῶν δόσεις, ἀλλὰ διὰ τὸ ὑμῖν συμφέρον, ἵνα ὑμεῖς καρπὸν ἐνέγκητε· ὃς καρπὸς εἰς λόγον ὑμῶν ἐστι· τουτέστιν, ὑμᾶς ὠφελεῖ. Ὁρᾷς, ὅτι αὐτοὶ ὠφελοῦντο [53] ἐκ τοῦ παρέχειν;

« Ἀπέχω δὲ πάντα καὶ περισσεύω. » Ἐπειδὴ εἶπεν, « Οὐ ζητῶ· » ἵνα μὴ πάλιν ῥᾳθυμοτέρους ποιήσῃ (ὅσῳ B γὰρ ἂν ὦσι φιλοσοφώτεροι, τοσούτῳ καὶ τὰς παρὰ τῶν εὖ παθόντων εὐχαριστίας ἐπιζητοῦσιν οἱ εὖ ποιοῦντες), φησίν· « Ἀπέχω δὲ πάντα καὶ περισσεύω· » τουτέστι, Διὰ ταύτης τῆς δόσεως οὐ μόνον τὰ ἐλλειφθέντα ἐπληρώσατε, ἀλλὰ καὶ ὑπερεβάλετε. Εἰπὼν δὲ τὸ [54], « Ἀπέχω, » ὡς ἐπὶ ὀφειλῆς, ἵνα μὴ ἐπαίρωνται, πάλιν ἱλαρύνων δείκνυσιν, ὅτι καὶ ὑπὲρ ὀφειλὴν ἔπραξαν, περισσὰ πέμψαντες.

« Πεπλήρωμαι, δεξάμενος παρὰ Ἐπαφροδίτου τὰ παρ' ὑμῶν, ὀσμὴν εὐωδίας, θυσίαν δεκτὴν, εὐάρεστον τῷ Θεῷ. » Βαβαί! ποῦ τὸ δῶρον αὐτῶν ἀνήγαγεν! Οὐκ ἐγὼ, φησὶν, ἔλαβον, ἀλλ' ὁ Θεὸς δι' ἐμοῦ. Ὥστε κἂν ἐγὼ μὴ χρῄζω, μὴ μελέτω ὑμῖν· C ἐπεὶ οὐδὲ ὁ Θεὸς ἐχρῄζεν· ἀλλ' ὅμως οὕτως ἀπεδέξατο, ὡς καὶ τὴν Γραφὴν εἰπεῖν· [ὡς] « Ὠσφράνθη Κύριος ὀσμὴν εὐωδίας· » ἵνα μὴ ἀκούσαντες ἀνενδεῆ εἶναι τὸν Θεὸν, ῥᾳθυμότεροι περὶ τὸ διδόναι γενώμεθα.

« Ὁ δὲ Θεός μου πληρώσαι πᾶσαν χρείαν ὑμῶν, κατὰ τὸν πλοῦτον αὐτοῦ, ἐν δόξῃ, ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ. » Ἐπειδὴ εἶπεν ἄνω, ὅτι « Ἠκαιρεῖσθε· » τουτέστιν, Ἐστενοχωρεῖσθε· ἐπεύχεται νῦν αὐτοῖς, ὥστε ἐν αὐταρκείᾳ εἶναι. Εἰ μὲν γὰρ φιλόσοφοι ἦσαν, οὐκ ἂν αὐτοῖς τὰ σωματικὰ ἐπηύξατο· ἐπεὶ δὲ βιωτικοὶ ἄνθρωποι, καί τινα ἐπιθυμίαν καὶ τῶν παρόντων ἔχοντες, ἐπεύχεται αὐτοῖς συγκαταβατι- D κῶς οὐ περισσείαν ἢ τρυφὴν, ἀλλὰ τῶν χρειωδῶν εὐπορίαν. « Πληρώσαι » γὰρ, φησὶ, « πᾶσαν χρείαν ὑμῶν, ὥστε μὴ εἶναι ἐν ἐνδείᾳ. » Εἶτα, ἵνα μὴ νομίσωσιν ὅτι στενοχωρήσει αὐτοὺς, « Κατὰ τὸν πλοῦτον αὐτοῦ, » φησὶ· τουτέστι, Πλουσίως καὶ ἀστενοχωρήτως τὰ χρειώδη ὑμῖν δύναται δοῦναι. Ὥστε εἰς δόξαν αὐτοῦ χρᾶσθε τῇ περιουσίᾳ. Τὸ δὲ, « Ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, » δύναται μὲν καὶ οὕτω νοηθῆναι, ὅτι Ταῦτα ποιήσει ὁ Πατὴρ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, τουτέστι, μεσιτεύοντος τοῦ Χριστοῦ· δύναται δὲ καὶ οὕτως·

VERS. 19. *Quia et Thessalonicam semel et bis in usum mihi misistis.* Magnum et hoc ipsorum præconium est, quod in metropoli agens, a parva alebatur civitate. *Usum* enim necessarios sumptus appellat: necessitatem, inquam, non delicias neque luxum.

VERS. 17. *Non quod quæro datum, sed requiro fructum abundantem in rationem* **459** *vestram.* Quia humile quiddam prolocutus erat, dicens, *In usum meum*: ne ex hoc efferantur illi, Non hæc, inquit, dico, quod inquiram vestra dona, sed vestri commodi causa, ut vos fructum referatis, qui fructus in rationem vestram est, hoc est, vobis commodat. Viden, quod ipsi dando utilitatem perceperunt?

VERS. 18. *Habeo autem omnia, et abundo.* Quia dixit, *Non quæro*: ne rursus eos socordes magis reddat (quanto enim fuerint sapientiæ studiosiores ii qui beneficiunt, tanto majorem quærunt gratiarum actionem ab iis quibus beneficia impertiuntur); *Habeo*, inquit, *omnia, et exubero*: id est, Hoc vestro dono nedum quæ nobis defuerant replestis, verum et super adjecistis. Dicens autem, *Habeo*, tanquam de debito, ne cristas erigant, rursum exhilarans ostendit, quod ultra etiam debitum fecerint, superflua mittendo.

Repletus sum, posteaquam accepi ab Epaphrodito quæ misistis, odorem suavitatis, hostiam acceptam, beneplacentem Deo. Papæ! Quonam donum ipsorum evexit! Non ego, inquit, accepi, sed Deus per me. Proinde etiamsi ego non indigeam, ne sit curæ vobis: quandoquidem neque Deus indigebat, sic tamen accepit, ut et Scriptura dicat, *Odoratus est Dominus odorem suavitatis* [q]: ne, si audiamus Deum hisce non egere, segniores in dando efficiamur.

VERS. 19. *Deus autem meus impleat omnem necessitatem vestram, secundum divitias suas, in gloria, in Christo Jesu.* Cum in superioribus dixerat, *Non habebatis opportunitatem*, hoc est, eratis in angustia, precatur nunc ut et ipsi satis habeant. Nam si philosophi fuissent, non comprecatus esset eis corporalia. Quia vero erant homines hujus vitæ negotiis occupati, atque aliquam etiam rerum præsentium cupiditatem habentes, comprecatur eis, acquiescendo illis, non abundantiam aut delicias, sed necessariarum rerum copiam. *Impleat* enim, inquit, *Omnem necessitatem vestram, ne sitis in indigentia.* Præterea, ne arbitrentur quod ad angustiam eos velit conjicere, subdit, *Juxta divitias suas*: hoc est, Abunde et large necessaria vobis dare potest: quare ad gloriam ipsius utimini abundantia. Quod autem ait, *In Christo Jesu*, sic potest intelligi, quod Pater faciet hæc in Jesu Christo,

[q] Gen. VIII, 21.

Variæ lectiones.

[52] οὐχὶ O. [53] -λοῦνται O. [54] ὅτι O.

hoc est, mediante Christo. Potest etiam hac ratione intelligi : in gloria quæ ad Christum Jesum refertur. Infert igitur :

A Ἐν δόξῃ τῇ εἰς Χριστὸν Ἰησοῦν ἀναφερομένῃ. Ἐπάγει οὖν ·

Vers. 20. *Deo vero et Patri nostro gloria in sæcula sæculorum. Amen.* Quia dixerat, In gloriam Filii, subintulit, quod gloria ista Christisit etiam gloria Patris.

« Τῷ δὲ Θεῷ καὶ Πατρὶ ἡμῶν δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν. » Ἐπειδὴ γὰρ εἶπεν, Εἰς δόξαν τοῦ Υἱοῦ, ἐπήγαγεν, ὅτι αὕτη ἡ δόξα τοῦ Χριστοῦ τοῦ Πατρός ἐστιν.

460 Vers .21. *Salutate omnem sanctum in Christo Jesu.* Haud parum benevolentiæ est, per litteras eos salutare.

« Ἀσπάσασθε πάντα ἅγιον ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ. » Οὐ μικρᾶς εὐνοίας τὸ διὰ γραμμάτων ἀσπάζεσθαι αὐτούς.

Salutant vos qui mecum sunt fratres. Fuerunt enim plures cum ipso, fortasse qui etiam ex ipsa Roma erant, qui tamen tales non erant, ut apostolicam reciperent functionem. Solus enim Timotheus erat hujusmodi, quem et supra ejusdem secum animi nominavit. Haud refugit tamen hos etiam B fratres appellare.

« Ἀσπάζονται ὑμᾶς οἱ σὺν ἐμοὶ ἀδελφοί. » Ἦσαν γὰρ πλείους μετ' αὐτοῦ, τάχα καὶ ἐκ τῆς Ῥώμης αὐτῆς ὄντες, οὐκ ὄντες μὴν τοιοῦτοι, ὥστε καὶ ἀποστόλων ἀναδέχεσθαι πράγματα. Μόνος γὰρ Τιμόθεος ἦν τοιοῦτος, ὃν καὶ ἰσόψυχον ὠνόμασεν ἀνωτέρω. Οὐ παραιτεῖται δὲ ὅμως καὶ τούτους ἀδελφοὺς καλεῖν.

Vers. 22. *Salutant vos omnes sancti, maxime qui ex Cæsaris domo.* Confortatus est eos, ostendens quod et regiam domum Evangelii prædicatio attigerit : et quod, si illi qui in regia versabantur omnia propter Christum posthabebant, quanto magis vos inferiores idem facietis? Pariter autem submonet, quod ipsorum virtutis apud illos etiam meminerit : alioqui enim non potuisset eos qui in regia essent, in desiderium eorum pertrahere, ut salutarent ipsos.

« Ἀσπάζονται ὑμᾶς πάντες οἱ ἅγιοι, μάλιστα οἱ ἐκ τῆς Καίσαρος οἰκίας. » Ἀνέῤῥωσεν αὐτούς, δείξας ὅτι καὶ τῆς βασιλικῆς οἰκίας τὸ κήρυγμα [55] ἥψατο · καὶ ὅτι Εἰ οἱ ἐν τοῖς βασιλείοις πάντων κατεφρόνησαν διὰ Χριστὸν, πόσῳ μᾶλλον ὑμᾶς δεῖ τοὺς εὐτελεῖς; Δείκνυσι δὲ ὅτι καὶ παρ' ἐκείνοις μέμνηται αὐτῶν τῆς ἀρετῆς. Οὐ γὰρ ἂν εἰς πόθον αὐτῶν ἤγαγε τοὺς ἐν τοῖς βασιλείοις, ὥστε καὶ ἀσπάζεσθαι αὐτούς.

Vers. 23. *Gratia Domini nostri Jesu Christi cum omnibus vobis. Amen.* Precatione, uti solet, Epistolam claudit. Pariter eos docet, ut si quas habeant virtutes, eas ex gratia Christi habere se credant, C et non propter eas extollantur : sic enim futurum, ut gratia nunquam non sit apud eos permansura, si non efferantur. Contingat autem et nos omni virtute, maxime ea qua aliis impertiamus, abundare per gratiam Christi; ut et nos ipsi adjuti, propterea quod omnibus indigentibus impertiamus, potissimum vero iis qui pro Christo mala patiuntur, fruamur divitiis bonitatis ipsius. Cui gloria et potentia nunc et semper et ints ærula. Amen.

« Ἡ χάρις τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ μετὰ πάντων ὑμῶν. Ἀμήν. » Τὸ σύνηθες αὐτῷ, εὐχῇ κατακλείει [56] τὴν Ἐπιστολήν. [Καὶ] διδάσκει δὲ ἅμα, ἵνα κἂν κατορθώματα ἔχωσι, χάριτι ταῦτα Χριστοῦ [57] ἔχειν πείθωνται, καὶ μὴ ἐπαίρωνται. Οὕτω γὰρ καὶ ἔσται ἀεὶ ἡ χάρις μετ' αὐτῶν, ἐὰν μὴ ἐπαρθῶσι. Γένοιτο οὖν καὶ ἡμᾶς τήν τε ἄλλην πᾶσαν ἀρετὴν, καὶ δὴ καὶ τὴν τῆς μεταδόσεως πλουτῆσαι, διὰ τῆς χάριτος τοῦ Χριστοῦ · ἵνα ἡμεῖς αὐτοὶ ὠφελούμενοι διὰ τοῦ διδόναι, καὶ πᾶσι μὲν τοῖς χῤῄζουσι, μάλιστα δὲ τοῖς ὑπὲρ τοῦ Θεοῦ κακοπαθοῦσιν, ἀπολαύσωμεν τοῦ πλούτου τῆς χρηστότητος αὐτοῦ. ὯΙ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν.

Variæ lectiones.

[55] τὸ εὐαγγελικὸν κήρυγμα m. [56] κατακλείεσθαι o. [57] Θεοῦ o.

ΘΕΟΦΥΛΑΚΤΟΥ

ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΒΟΥΛΓΑΡΙΑΣ

ΤΗΣ

ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΠΑΥΛΟΥ ΠΡΟΣ ΚΟΛΟΣΣΑΕΙΣ ΕΠΙΣΤΟΛΗΣ

ΕΞΗΓΗΣΙΣ.

—

THEOPHYLACTI

BULGARIÆ ARCHIEPISCOPI

EPISTOLÆ DIVI PAULI AD COLOSSENSES

EXPOSITIO.

—

ΥΠΟΘΕΣΙΣ ΤΗΣ ΠΡΟΣ ΚΟΛΟΣΣΑΕΙΣ ΕΠΙΣΤΟΛΗΣ.

« Πᾶσαι μὲν αἱ Ἐπιστολαὶ Παύλου ἅγιαι, μάλιστα δὲ αἱ δεδεμένου αὐτοῦ πεμπόμεναι, ὥσπερ ἂν εἰ ἀριστεὺς ἐν τῷ μεταξὺ σφαγὰς καὶ τρόπαια ἱστῶν, ἐπέστελλεν. Οἶδε δὲ καὶ αὐτὸς τοῦτο μέγα ὂν καὶ πρὸς φιλοτιμίαν. Τῷ γὰρ Φιλήμονι γράφων φησίν· » Ὃν ἐγέννησα] ἐν τοῖς δεσμοῖς μου. « Τοῦτο δὲ εἶπεν, ἵνα καὶ ἡμεῖς, μὴ ἀσχάλλωμεν πρὸς τὰ δεινὰ, ἀλλὰ καὶ φιλοτιμώμεθα. Πολλαὶ μὲν οὖν εἰσι τοιαῦται, ἥ τε πρὸς Ἐφεσίους, καὶ ἡ πρὸς Φιλήμονα, καὶ ἡ πρὸς Τιμόθεον, καὶ ἡ πρὸς Φιλιππησίους, καὶ αὕτη δὲ ἡ πρὸς Κολοσσαεῖς, ἐν δεσμοῖς ὄντος ἐστάλη. Ὥσπερ δὲ Ῥωμαίους μὴ ἰδὼν καὶ Ἑβραίους, ὅμως ἔγραψεν· οὕτως οὐδὲ τούτους ἰδὼν γράφει. Παρὰ τούτοις δὲ ἦν καὶ Φιλήμων καὶ Ἄρχιππος, ὃς καὶ δοκεῖ μοί τινα Ἐκκλησίαν ἐγχεχειρίσθαι. Γράφει δὲ καὶ Κολοσσαεῦσιν ἐπὶ τοιαύτῃ ὑποθέσει· Πονηρόν τι δόγμα αὐτοῖς ἐνεπολιτεύετο· ᾠοντο γὰρ, οὐ διὰ τοῦ Υἱοῦ, ἀλλὰ δι' ἀγγέλων προσαχθῆναι τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ, ἄτοπον οἰόμενοι τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ πιστεύειν ἐν ἐσχάτοις καιροῖς φανῆναι, ὅτου γε ἐν τῇ Παλαιᾷ πάντα δι' ἀγγέλων ἐγένοντο. Εἶχον δὲ καὶ παρατηρήσεις πολλὰς Ἰουδαϊκὰς καὶ Ἑλληνικὰς, ἡμέρας παρατηρούμενοι, καὶ καιροὺς, καὶ βρώματα. Ἃ δὴ πάντα δεόμενα διορθώσεως, ἐκίνησε τὸν Ἀπόστολον πρὸς τὸ γράψαι ταύτην τὴν Ἐπιστολήν. »

ARGUMENTUM EPISTOLÆ AD COLOSSENSES.

A **461** *Omnes quidem divi Pauli Epistolæ sanctæ sunt, maxime vero quæ ab ipso vincto mittuntur, tanquam jam primas in bello consecutus, et victoria parta, in media cæde tropæa statuens, eas conscripserit. Novit autem et ipse hoc magnum esse, atque ad honorem pertinere. Philemoni enim scribens ait :* Quem genui in vinculis meis [a] *.Hoc autem dixit, ne et nos contristemur ob pericula, sed potius honori nobis ducamus. Sunt autem multæ hujusmodi Epistolæ, ad Ephesios nimirum, et ad Philemonem, et ad Timotheum, et ad Philippenses, atque hæc ipsa ad Colossenses, quas ipse in vinculis suis conscripsit. Quemadmodum autem Romanis, cum eos non vidisset antea, et Hebræis, scripsit tamen; pari ratione hisce antea* **462** *non visis litteras mittit. Apud hos autem erat Philemon et Archippus, cujus curæ mihi videtur Ecclesia quædam fuisse commissa. Scribit autem Colossensibus tali de causa. Pravum quoddam et impium dogma eos invaserat. Arbitrabantur enim, non per Filium, sed per angelos sese ad Deum Patrem adduci, absurdum putantes credere, quod Filius Dei in extremis temporibus apparuerit, cum, in Veteri Testamento per angelos omnia fierent. Habebant autem observationes multas Judaicas et Græcas, dies observantes, et tempora, et cibos. Quæ omnia cum indigerent correctione, moverunt apostolum ut scriberet hanc Epistolam.*

B

[a] Philem. 10.

THEOPHYLACTI COMMENTARIUS

IN EPISTOLAM AD COLOSSENSES.

463 CAPUT PRIMUM.

VERS. 1. *Paulus apostolus Jesu Christi, per voluntatem Dei.* Statim in principio illorum dogmata clanculum tollit. Non enim angelorum est apostolus, sed *Jesu Christi* : atque hæc est voluntas Dei, ut illius sit apostolus, non angelorum. Quod si *Per voluntatem Dei* sum apostolus, planum est quod vera prædico. Quæ autem sunt hæc? Quod a Filio adducti sumus ad Patrem : quod liberati sumus et a Judaicis et a Græcis observationibus. Animadverte hic, quod præpositionem (*Per*) Patri tribuerit.

Et Timotheus frater. Igitur et ipse apostolus fuit. Verisimile autem erat et hunc ipsis innotescere.

VERS. 2. *Iis qui sunt Colossis sanctis et fidelibus in Christo.* Phrygiæ urbs est Colossæ, quæ nunc dicitur Chone : quod inde perspicuum est, quod Laodicea huic sit vicina. Unde autem sancti facti estis? Nonne per baptisma in mortem Christi? Unde fideles? Nonne quia in Christum creditis? nonne quia tanta sunt vobis a Christo credita mysteria? Fideles enim non ideo tantum vocamur, quia credimus, sed quia mysteria nobis a Deo credita sunt, quæ ne angeli quidem norant. Unde fratres? Num per propria opera, virtutisve operationes? Minime, verum in Christo. Ecqui igitur angelis ascribitis accessum ad Deum?

Gratia vobis et pax a Deo Patre nostro. Christi nomen hic non apponit, licet id ei sit in more, ne si statim in epistolæ exordio eis aperte repugnet, a reliquo argumento harum litterarum eos resilire faciat. Dicant autem hic qui Spiritum elevant, unde Pater noster Deus dicatur? Nonne per Spiritum? Magna, adeoque ingenii nostri captum excedentia quis donavit? Nonne Spiritus? Quomodo igitur auctoritatem ejus imminuis?

VERS. 3. *Gratias agimus Deo et Patri Domini nostri Jesu Christi, semper pro vobis orantes.* Jesus Christus est Dominus noster, non angeli qui sunt servi. Non solum autem per gratiarum actionem, verum etiam per assiduam pro ipsis precationem charitatem suam ostendit, quippe **464** quia quos non viderat, hos semper in seipso habebat.

VERS. 4. *Audientes fidem vestram, quæ est in Christo Jesu.* — *Gratias agimus,* inquit, eo quod audiverimus ab Epaphrodito *fidem vestram,* non eam quam in angelos, sed quam in *Dominum Jesum* habetis. Per

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΠΡΩΤΟΝ.

« Παῦλος ἀπόστολος Ἰησοῦ Χριστοῦ, διὰ θελήματος Θεοῦ. » Εὐθὺς ἐν ἀρχῇ καθαιρεῖ λελῃθότως τὰ δόγματα [58] αὐτῶν. Οὐ γὰρ ἀγγέλων ἀπόστολος, ἀλλ' « Ἰησοῦ Χριστοῦ· » καὶ τοῦτο θέλημα Θεοῦ, τὸ ἐκείνου εἶναι ἀπόστολον, οὐχὶ ἀγγέλων. Εἰ οὖν « διὰ θελήματος Θεοῦ » εἰμι ἀπόστολος, εὔδηλον ὡς ἀληθῆ κηρύττω. Τίνα δέ εἰσι ταῦτα; Ὅτι ὑπὸ τοῦ Υἱοῦ προσήχθημεν· ὅτι ἐρρύσθημεν τῶν Ἰουδαϊκῶν καὶ Ἑλληνικῶν παρατηρήσεων. Σημείωσαι δὲ τὸ, « Διά, » ἐπὶ Πατρὸς κείμενον.

« Καὶ Τιμόθεος ὁ ἀδελφός. » Ἆρα οὖν καὶ αὐτὸς ἀπόστολος· εἰκὸς δὲ ἦν καὶ τοῦτον αὐτοῖς γνωρίζεσθαι.

« Τοῖς ἐν Κολοσσαεῦσιν [59] ἁγίοις καὶ πιστοῖς ἐν Χριστῷ. » Πόλις Φρυγίας αἱ Κολοσσαί, αἱ νῦν λεγόμεναι Χῶναι· καὶ δῆλον ἐκ τοῦ τὴν Λαοδίκειαν εἶναι πλησίον. Πόθεν δὲ ἅγιοι γεγόνατε; οὐ διὰ τὸ βαπτίσματος τοῦ εἰς τὸν θάνατον τοῦ Χριστοῦ; Πόθεν πιστοί; οὐχ ὅτι εἰς Χριστὸν πιστεύετε; οὐχὶ τοσαῦτα ἐνεπιστεύθητε μυστήρια παρὰ [60] τοῦ Χριστοῦ; Πιστοὶ γὰρ οὐ διὰ τὸ πιστεῦσαι μόνον κεκλήμεθα [61], ἀλλὰ καὶ διὰ τὸ πιστευθῆναι περὶ [62] Θεοῦ μυστήρια, ἃ οὐδὲ οἱ ἄγγελοι ᾔδεσαν. Πόθεν ἀδελφοί; Ἆρα ἐν ἔργοις ἰδίοις, ἢ ἐν κατορθώμασιν; Οὐκ ἔστιν· ἀλλ' ἐν Χριστῷ. Πῶς οὖν ἀγγέλοις ἐπιγράφετε τὴν προσαγωγήν;

« Χάρις ὑμῖν καὶ εἰρήνη ἀπὸ Θεοῦ Πατρὸς ἡμῶν. » Τὸ τοῦ Χριστοῦ ὄνομα ἐνταῦθα οὐ προστίθησι, καίτοι εἰωθὸς αὐτῷ ὄν, ἵνα μὴ εὐθὺς ἐκ προοιμίων φανερῶς αὐτοῖς ἀντιπέσῃ, καὶ ἀποπηδῆσαι ποιήσῃ τοῦ λοιποῦ λόγου [63]. Εἰπάτωσαν δὲ οἱ τὸ Πνεῦμα κατασμικρύνοντες, πόθεν Πατὴρ ἡμῶν ὁ Θεός; Οὐχὶ διὰ τοῦ Πνεύματος; Τὰ μεγάλα καὶ ὑπὲρ νοῦν τίς ἐχαρίσατο; οὐχὶ τὸ Πνεῦμα; Πῶς οὖν αὐτὸ σμικρύνεις;

« Εὐχαριστοῦμεν τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, πάντοτε ὑπὲρ ὑμῶν προσευχόμενοι. » Ἰησοῦς Χριστός ἐστι Κύριος ἡμῶν, οὐχὶ οἱ δοῦλοι ἄγγελοι. Οὐ διὰ [64] τῆς εὐχαριστίας δὲ μόνον, ἀλλὰ καὶ τῆς διηνεκοῦς ὑπὲρ αὐτῶν εὐχῆς τὴν ἀγάπην δείκνυσιν, ὅτι καὶ οὓς οὐχ ἑώρα, τούτους εἶχε διαπαντὸς ἐν ἑαυτῷ.

« Ἀκούσαντες τὴν πίστιν ὑμῶν τὴν ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ. — Εὐχαριστοῦμεν, » φησὶ, διότι ἠκούσαμεν παρὰ τοῦ Ἐπαφροδίτου « τὴν πίστιν ὑμῶν, » οὐ τὴν ἐν ἀγγέλοις, ἀλλὰ « ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ. » Προκατε-

Variæ lectiones.

[58] τὸ δόγμα o. [59] Κολοσσαΐς o. [60] διὰ o. [61] καλούμεθα o. [62] περὶ o. [63] ἀποπηδήσωσι τοῦ λόγου o. [64] περὶ o. [65] Ἴσ. Ἐπαφρᾶ o.

λαμβάνει δὲ αὐτοὺς [66] διὰ τούτου. Καὶ τὰ ὀνόματα δὲ ταῦτα, τὸ, Χριστὸς, καὶ τὸ, Ἰησοῦς, τῆς εὐεργεσίας σύμβολα. Αὐτός τε γὰρ ἐχρίσθη [67] ὑπὲρ ἡμῶν, καὶ αὐτὸς ἔσωσε τὸν λαὸν ἀπὸ τῶν ἁμαρτιῶν.

« Καὶ τὴν ἀγάπην, τὴν εἰς πάντας τοὺς ἁγίους. » Οὐκ εἰς τόνδε ἢ τόνδε, ἀλλ' εἰς πάντας. Οὐκοῦν καὶ ἡμᾶς. Ὥστε καὶ ἀκούσεσθε ἡμῶν ἡδέως. Οἰκειουμένου δὲ αὐτοὺς ταῦτα τὰ ῥήματα. Δοκεῖ δέ μοι ἀγάπην τὴν ἐλεημοσύνην καὶ τὸ κοινωνικὸν λέγειν, ὡς καὶ ἀλλαχοῦ.

« Διὰ τὴν ἐλπίδα τὴν ἀποκειμένην ὑμῖν ἐν τοῖς οὐρανοῖς. » Ἀγαπᾶτε, φησὶ, τοὺς ἁγίους, οὐ διά τι ἀνθρώπινον, ἀλλὰ διὰ τὸ ἐλπίζειν τὰ μέλλοντα ἀγαθά· ἢ, ὅτι Εὐχαριστοῦμεν, διότι μέλλετε κληρονομήσειν [68] τῶν ἀφθάρτων. Οὐ γὰρ ἐν τῇ γῇ ἀπόκεινται, ἵνα φθαρῶσιν, ἀλλ' ἐν τοῖς οὐρανοῖς, ὥστε τὸ βέβαιον ἔχουσι. Μὴ οὖν ἀμφιβάλλετε περὶ τῆς ἐλπίδος· ἐν ἀσφαλεῖ γὰρ ἀπόκειται. Τοῦτο δὲ πρὸς τοὺς πειραζομένους, ὥστε μὴ ἐνταῦθα ζητεῖν τὴν ἄνεσιν, μηδὲ ἐκκακεῖν πρὸς τοὺς πειρασμοὺς, ὡς μεγάλην ἔχοντας τὴν ἀντιμισθίαν.

« Ἣν προηκούσατε ἐν τῷ λόγῳ τῆς ἀληθείας τοῦ Εὐαγγελίου. » Οὐκ εἶπε, Τοῦ κηρύγματος, ἀλλὰ, « Τοῦ Εὐαγγελίου, » ἵνα ἀναμνήσῃ αὐτοὺς τῶν εὐεργεσιῶν τοῦ Θεοῦ· ἐπὶ γὰρ τοῖς ἀγαθοῖς τὸ Εὐαγγέλιον. Εἰ δὲ λόγος ἀληθείας ἐστὶν, οὐδὲν ψεῦδος ἐν αὐτῷ. Πῶς οὖν ὑμεῖς ψευδῆ αὐτὸν ποιεῖτε, μὴ πιστεύοντες, ὡς προεδιδάχθητε παρ' αὐτοῦ, ὅτι διὰ τοῦ Χριστοῦ ἡ σωτηρία; Τίς δὲ ἦν ὁ κηρύξας ἐκεῖ; Ὁ Ἐπαφρᾶς, ὡς ἐκ τῶν ἑξῆς φαίνεται.

« Τοῦ παρόντος εἰς ὑμᾶς, καθὼς καὶ ἐν παντὶ τῷ κόσμῳ. » Ὡς ἐπὶ ἐμψύχου τινὸς εἶπε τὸ, « Παρόντος. » Οὐ παρεγένετο, φησὶ, πρὸς ὑμᾶς, καὶ ἀπέστη, ἀλλὰ πάρεστι καὶ κρατεῖ ἐν ὑμῖν. Διὰ τούτων δὲ ἱλαρύνει αὐτούς. Ἐπειδὴ δὲ οἱ πολλοὶ μᾶλλον στηρίζονται, ὅταν καὶ κοινωνοὺς ἔχωσι τῶν δογμάτων, φησί· « Καὶ ἐν παντὶ τῷ κόσμῳ. » Πανταχοῦ γάρ ἐστι, πανταχοῦ ἔστηκε.

« Καὶ ἔστι καρποφορούμενον καὶ αὐξανόμενον. — Καρποφορούμενον « διὰ τὰ ἔργα, » αὐξανόμενον, » διὰ τὸ πολλοὺς εἰς τὴν πίστιν προσλαμβάνεσθαι ἑκάστοτε. Οὐκ ἂν δὲ ἐκαρποφόρει, εἰ μὴ ἐστήρικται. Καὶ γὰρ τὰ δένδρα ὅταν στηριχθῇ, τότε πλείω καρπὸν φέρει.

« Καθὼς καὶ ἐν ὑμῖν. » Προκαταλαμβάνει, ὡς καὶ ἀνωτέρω, αὐτοὺς τοῖς ἐπαίνοις, ὥστε μηδὲ θέλοντας ἀποστῆναι. Εἰ γὰρ καὶ εἰς πάντας, καὶ εἰς ὑμᾶς οὕτως ἐκηρύχθη τὸ Εὐαγγέλιον, πῶς νῦν ἄλλως δογματίζουσί τινες;

« Ἀφ' ἧς ἡμέρας ἠκούσατε καὶ ἐπέγνωτε τὴν χάριν τοῦ Θεοῦ ἐν ἀληθείᾳ. » Καρποφορεῖται, φησὶ, καὶ αὐξάνεται τὸ Εὐαγγέλιον ἐν ὑμῖν ἀφ' ἧς ἡμέρας ἐπέγνωτε τὴν χάριν. Πῶς; Οὐκ ἐν ἀπάτῃ καὶ λόγοις εἰκαίοις, ἀλλ' ἐν ἀληθείᾳ, τουτέστι, σημείοις καὶ ἔργοις παραδόξοις.

« Καθὼς καὶ ἐμάθετε ἀπὸ Ἐπαφρᾶ. » Οὕτως ἐπέγνωτε, φησὶν, αὐτοῖς τοῖς ἔργοις τὴν χάριν, ὥσπερ

A hæc autem præoccupat eos. Quinetiam nomina hæc, Christus, et, Jesus, beneficentiæ sunt symbola. Ipse enim unctus est pro nobis, et ipse servavit populum a peccatis.

Et dilectionem quam habetis in sanctos omnes. Non erga hunc vel illum, sed erga omnes. Ergo et in nos quare audietis nos libenter. Conciliantis autem eos hæc verba sunt. Videtur autem mihi per dilectionem eleemosynam et communicationem dicere, perinde ac in aliis locis.

VERS. 5. *Propter spem quæ reposita est vobis in cœlis.* Diligitis, inquit, sanctos, non ob humanum aliquid, sed quia futura bona speratis : vel, gratias agimus, quia incorruptibilis bona consecuturi estis.

B Non enim in terra sunt reposita, ut corrumpantur, sed in cœlis, ut stabilitatem habeant. Ne igitur ambigatis de spe : in tuto enim reposita est. Hoc autem pertinet ad eos qui tentantur, ne hic quietem exspectent, neque tentationibus succumbant, quia magnam retributionem habent.

Quam prius audivistis in verbo veritatis Evangelii. Non dixit, Prædicationis, sed *Evangelii*, ut commonefaciat eos beneficiorum Dei : propter bona enim Evangelium est. Si autem verbum veritatis est, nullum mendacium est in ipso. Quomodo igitur vos mendax ipsum facitis, non credentes, quemadmodum

C jam antea instituti estis ab ipso, quod per Christum sit salus? Quis autem erat qui illic prædicaverat? Epaphras, perinde ac in sequentibus planum fit.

VERS. 6. *Quod præsens est apud vos quemadmodum in universo mundo.* Tanquam de re aliqua animata dixit, *Quod præsens est.* Non advenit ad vos, inquit ac defecit a vobis : sed præsens est, ac dominatur in vobis. Per hæc autem exhilarat eos. Quia vero plerique stabiliuntur magis, quando et participes habuerint dogmatum, addit propterea, *et in omni mundo.* Ubique enim est, et ubique consistit.

Et fructificat et crescit. Fructificat per opera ; *crescit* autem, quod multi ad fidem undique recipiantur. Atqui fructum non protulisset, nisi firmatum fuisset:

D arbores enim, quando corroboratæ fuerint, tum plurimum fructus proferunt.

Sicut et in vobis. Laudibus, ut supra, **465** antevertit eos, ut etiamsi voluerint, non deficiant. Si enim cum ad omnes, tum ad vos hunc in modum prædicatum fuerit Evangelium, unde fit quod nonnulli nunc diversa tradunt?

Ex ea die qua audivistis et agnovistis gratiam Dei in veritate. Fructum, inquit, profert, ac crescit Evangelium in vobis, ab eo die quo agnovistis gratiam. Quomodo? Non in impostura et verbis temerariis, sed in veritate, hoc est, signis et operibus admirandis.

VERS. 7. *Sicut et didicistis ab Epaphra.* Ipsis, inquit, operibus sic habuistis gratiam, perinde ac

Variæ lectiones.

[66] αὐτὸς O. [67] ἐῤῥαπίσθη O. [68] -μῆσαι O.

docuit vos etiam Epaphras. Non enim alia quidem facta sunt, alia autem docuit. Iste enim, quemadmodum videtur, prædicavit Colossensibus.

Dilecto conservo nostro. Viri hic auctoritatem denuniat. Non enim diligerem eum ego Paulus, nisi scirem eum esse verum præconem, nec conservum ipsum nominarem.

Qui est fidelis. Hoc est, verus.

Pro vobis minister Christi. Pro vobis, inquit, in rebus ad Christum pertinentibus ministravit. Nam quod et ad Paulum abiit, eumque consolatus est in vinculis, et quod indicavit ei res Colossensium, Christi ministerium erat. Si autem Christi minister est Epaphras, quomodo dicitis vos per angelos reconciliatos esse?

VERS. 8. *Qui etiam manifestavit nobis dilectionem vestram in Spiritu.* Hoc est, spiritualem charitatem quam habetis erga me. Ista enim stabilis est, dilectio scilicet quæ est in Spiritu. Reliquæ autem dilectionis species, tam naturalis, ut parentum erga liberos, liberorumque erga parentes, quam amicorum amicarumque, instabiles sunt omnes.

VERS. 9. *Ideo et nos ex qua die audivimus, non cessamus pro vobis orare. Ideo :* quare? Quia, inquit, audivimus fidem vestram et dilectionem, bonam spem concipientes de futuris, oramus pro vobis non unum diem, neque duos, sed a quo ista audivimus. Monstrat autem per hæc charitatem suam erga eos, ac clanculum illos reprehendit; siquidem orationibus ejus adjuti, nondum tamen seipsos perfecte recollegerunt, nec emendarunt. Observa autem quod multis orationibus nobis opus sit et assiduis : et quod Paulus sine intermissione orans, et nondum consecutus, non desistit tamen.

Et postulare, ut impleamini agnitione voluntatis ejus. Per hæc ostendit eos neque omnino imperfectos esse, neque omnino perfectos. Non enim dixit, Ut accipiatis, verum, *Ut impleamini.* Habetis enim, sed nondum totum. Et quod reconciliati sitis, agnovistis quidem : quod vero per Filium, hoc deest **466** vobis, id quod impleri rogo. Voluntas enim et Dei beneplacitum est, ut Filius suus pro nobis daretur, non angeli. Agnitionem igitur cognitionis additione intellige.

In omni intellectu et sapientia spirituali. Quia eos philosophi decipiebant, Volo, inquit, vos per spiritualem sapientiam discere institutionem istam, non juxta sapientiam hominum, per quam nunc decepti, arbitramini vos novisse. Si autem ut voluntatem Dei discamus, spirituali sapientia opus est : quid dicet aliquis de iis qui sese Dei essentiam ex externa sapientia novisse gloriantur?

VERS. 10. *Ut vos ambuletis digne Domino.* Oro, inquit, ut vos discatis, quod servati sitis per Unigenitum, ut vos ambuletis, hoc est, Ut secundum virtutem vivatis. Qui enim clementiam Dei didice-

καὶ ἐδίδαξεν ὑμᾶς ὁ Ἐπαφρᾶς. Οὐ γὰρ ἄλλα μὲν ἐγένοντο, ἄλλα δὲ ἐδίδαξεν. Οὗτος γάρ, ὡς ἔοικεν, ἐκήρυξε Κολοσσαεῦσι.

« Τοῦ ἀγαπητοῦ συνδούλου ἡμῶν. » Τὸ ἀξιόπιστον ἐντεῦθεν δείκνυσι τοῦ ἀνδρός. Οὐκ ἂν γὰρ ἠγάπων αὐτὸν ἐγὼ Παῦλος, εἰ μὴ ἀληθὴς ἦν κήρυξ, οὐδ' ἂν σύνδουλον ὠνόμαζον.

« Ὅς ἐστι πιστός. » Τουτέστιν, ἀληθής.

« Ὑπὲρ ὑμῶν διάκονος τοῦ Χριστοῦ. » Ἀνθ' ὑμῶν, φησὶ, διηκόνησεν εἰς πράγματα Χριστῷ ἀνήκοντα. Καὶ γὰρ τό τε πρὸς τὸν Παῦλον ἀπελθεῖν, καὶ παραμυθήσασθαι αὐτὸν ἐν τοῖς δεσμοῖς, καὶ τὸ δηλῶσαι αὐτῷ τὰ τῶν ἐν Κολοσσαεῦσι[69], Χριστοῦ ἦν διακονία. Εἰ δὲ Χριστοῦ διάκονος ὁ Ἐπαφρᾶς, πῶς λέγετε ὑμεῖς, δι' ἀγγέλων προσαχθῆναι ;

« Ὁ καὶ δηλώσας ἡμῖν τὴν ὑμῶν ἀγάπην ἐν Πνεύματι. » Τουτέστι, Τὴν πνευματικὴν ἀγάπην ἣν ἔχετε πρός με. Αὕτη γὰρ βεβαία, ἡ ἐν Πνεύματι ἀγάπη. Αἱ δὲ λοιπαὶ, αἵ τε φυσικαὶ, [καὶ] οἷον γονέων πρὸς παῖδας, καὶ παίδων πρὸς γονεῖς· αἵ τε φιλικαὶ καὶ ἑταιρικαὶ, ἀβέβαιοι πᾶσαι.

« Διὰ τοῦτο καὶ ἡμεῖς, ἀφ' ἧς ἡμέρας ἠκούσαμεν, οὐ παυόμεθα ὑπὲρ ὑμῶν προσευχόμενοι. — Διὰ τοῦτο, » ποῖον; Ἐπειδὴ, φησὶν, ἠκούσαμεν τὴν πίστιν ὑμῶν καὶ τὴν ἀγάπην, εὐέλπιδες γενόμενοι περὶ τῶν μελλόντων, εὐχόμεθα ὑμῖν, οὐ μίαν ἡμέραν, οὐδὲ δύο, ἀλλ' ἀφ' οὗ ἠκούσαμεν ταῦτα. Δείκνυσι δὲ διὰ τούτων καὶ τὴν αὐτοῦ ἀγάπην, κἀκείνους ἥρέμα κατάγνωσιν φέρει, εἴ γε καὶ ταῖς ἐκείνου εὐχαῖς βοηθούμενοι, μήπω τελείους ἀνεκτήσαντο ἑαυτούς. Ὅρα δὲ, ὅτι πολλῶν εὐχῶν δεῖ καὶ δεήσεων, καὶ ὅτι Παῦλος ἀεὶ εὐχόμενος, καὶ μηδέπω ἀνύσας, ὅμως οὐκ ἀπέστη.

« Καὶ αἰτούμενοι ἵνα πληρωθῆτε τὴν ἐπίγνωσιν τοῦ θελήματος αὐτοῦ. » Οὔτε πάντη ἀτελεῖς αὐτοὺς, οὔτε πάντη τελείους δηλοῖ διὰ τούτων. Οὐ γὰρ εἶπεν, Ἵνα λάβητε, ἀλλ' « Ἵνα πληρωθῆτε. » Ἔχετε μὲν γάρ, ἀλλ' οὐ τὸ πᾶν. Καὶ ὅτι μὲν προσήχθητε, ἔγνωτε· ὅτι δὲ διὰ τοῦ Υἱοῦ, τοῦτο λείπει. ὃ καὶ εὔχομαι πληρωθῆναι. Θέλημα γὰρ τοῦ Θεοῦ καὶ εὐδοκία, τὸν Υἱὸν δοθῆναι ὑπὲρ ἡμῶν, οὐχὶ τοὺς ἀγγέλους. Ἐπίγνωσιν οὖν τὴν προσθήκην τῆς γνώσεως νόει.

« Ἐν πάσῃ συνέσει καὶ σοφίᾳ πνευματικῇ. » Ἐπειδὴ αὐτοὺς οἱ φιλόσοφοι ἠπάτων, Βούλομαι, φησὶν, ἡμᾶς ἐν πνευματικῇ σοφίᾳ μαθεῖν τὸ δόγμα, μὴ κατὰ τὴν σοφίαν τῶν ἀνθρώπων, ὑφ' ἧς πλανώμενοι νῦν, οἴεσθε εἰδέναι. Εἰ δὲ ὥστε τὸ θέλημα μαθεῖν σοφίας πνευματικῆς δεῖ, τί ἄν τις ἐρεῖ περὶ τῶν τὴν οὐσίαν τοῦ Θεοῦ ἐκ τῆς ἔξω σοφίας εἰδέναι αὐχούντων;

« Περιπατῆσαι ὑμᾶς ἀξίως τοῦ Κυρίου. » Εὔχομαι, φησὶ, μαθεῖν ὑμᾶς, ὅτι διὰ τοῦ Μονογενοῦς ἐσώθητε, εἰς τὸ περιπατῆσαι ὑμᾶς· τουτέστιν, Ἵνα κατ' ἀρετὴν ζήσητε. Ὁ γὰρ τὴν τοῦ Θεοῦ φιλανθρωπίαν

Variæ lectiones.

[69] Κολοσσαΐς. o.

καταμαθὼν, καὶ ὅτι τὸν Υἱὸν αὐτοῦ ἐξέδωκεν ὑπὲρ ἡμῶν, πῶς οὐκ ἂν σπουδάσειεν ἑαυτὸν ἐκδοῦναι τοῖς τῆς ἀρετῆς πόνοις, καὶ τὸν αὐτοῦ σταυρὸν ἆραι; Τὸ γὰρ, « Περιπατῆσαι, » περὶ βίου καὶ πολιτείας ἐστὶν, ὡς εἴρηται. Καὶ πανταχοῦ δὲ τῇ πίστει συνάπτει τὴν πολιτείαν. Καὶ ἄλλως δὲ, Οὐκ εὐχόμεθα, φησὶ, μόνον ἵνα μάθητε, ἀλλ' ἵνα καὶ ἐπὶ τῶν ἔργων ἐπιδείκνυτε. Ὁ γὰρ εἰδὼς χωρὶς τοῦ ποιεῖν κολάζεσθαι μέλλει. Βλέπε δὲ, πῶς περίπατον ἀεὶ τὴν πολιτείαν καλεῖ, δεικνὺς ὅτι ὥσπερ ἀεὶ τὸ περιπατεῖν ἀναγκαῖον ἡμῖν, οὕτω καὶ ὁ ἄριστος βίος.

A rit, et quod Filium suum pro nobis dederit, quomodo non studebit seipsum dedere virtutis laboribus, adeoque crucem ipsius tollere? *Ambulare* enim ad vitam et conversationem pertinet, uti dictum est. Ubique autem fidei, vitæ rationem et conversationem connectit. Præterea, non oramus, inquit, ut discatis tantummodo, verum ut operibus quoque demonstretis. Qui enim novit, et non facit, punietur. Animadverte autem, quomodo semper ambulationem vitam conversationemque appellat, ostendens quod perinde ac nunquam non ambulare nobis necessarium est, sic et optima vita necessaria est.

« Εἰς πᾶσαν ἀρέσκειαν ἐν παντὶ ἔργῳ ἀγαθῷ. » Ἵνα οὕτω, φησὶ, ζῆτε, ὥστε διὰ πάντων ἀρέσκειν τῷ Θεῷ. Πῶς δὲ ἔσται τοῦτο; Οὐκ ἄλλως, εἰ μὴ ἐν παντὶ ἔργῳ ἀγαθῷ. Ὅπου γὰρ πᾶν ἔργον ἀγαθὸν, ἐκεῖ πᾶσα ἀρέσκεια Θεοῦ. Σκόπει δὲ, πῶς πανταχοῦ τὸ, « Πᾶν, » προστίθησιν· « ἐν πάσῃ σοφίᾳ· » καὶ, « ἐν παντὶ ἔργῳ ἀγαθῷ· » καὶ, « εἰς πᾶσαν ἀρέσκειαν· » καὶ, « εἰς πᾶσαν μακροθυμίαν· » δεικνὺς ὅτι ἔχουσι μὲν καὶ νῦν, οὐ μὴν τὸ πᾶν. Ὥστε δεῖ αὐτοὺς τὸ τέλειον [70] προσλαβεῖν.

B *Per omnia placentes, in omnes opere bono.* Ut sic, inquit, vivatis, ut per omnia placeatis Deo. Qui vero hoc fit? Non aliter, nisi in omni opere bono : ubi enim omne opus bonum est, ibi et plena Dei complacentia. Considera autem quomodo ubique *omne* apponat : *In omni sapientia :* et, *In omni opere bono :* et *Per omnia placentes :* et, *Ad omnem longanimitatem :* ostendens quod habeant quidem et nunc, nondum tamen totum : quare consummationem eos assumere oportet.

Vers. 2. *Scitis enim quæ præcepta dederimus vobis per Dominum nostrum Jesum Christum.* Præceptum est de iis quæ fugienda sunt : quæ si fiant, pœnam ferunt : non peracta vero, nihil merentur præconii. Sunt autem quædam, quæ non sunt præcipienda, hoc est, non minis cohibenda, sed arbitrio auditorum relinquenda, ut facultates effundere, virginitatis statum servare. Nam *qui potest capere, capiat,* inquit Dominus [e]. Verisimile est igitur Paulum quædam illis magno cum terrore demandasse. Quamobrem ea verbis non exprimit, sed ipsis ad memoriam tantum revocat. Rursus autem Christum in medium profert. Non mea enim, inquit, præcepi, sed illius sunt hæc : itaque ille vel exaudietur vel reprobabitur.

C

Vers. 3. *Hæc est enim voluntas Dei, sanctificatio vestra.* Id est, temperantia. Ubique autem de hac præcipit; Timotheo nimirum scribens [d], Corinthiis [e], et Hebræis [f]. Tyrannicum enim malum est impuritas, et multis et continuis pharmacis indiget. *Ut abstineatis ab omni fornicatione.* Siquidem multæ et variæ hujus mali species sunt, quas ne dicere quidem sustinuit, sed simpliciter, *Ab omni,* dixit.

D

Vers. 4. *Ut sciat unusquisque vestrum, suum ipsius vas possidere in sanctificatione et honore.* Vas corpus ipsum appellat. Quando enim continentes sumus, corpusque **518** purum est, nos ipsum possidemus. Quando vero impurum fuerit, peccatum ipsum possidet : quæ enim istud imperat, istuc facit sicut servus. Verum tum est in honore, quando sobrium est et pudicum. Peccatum igitur est ignominia. Observa autem quod ait, *Ut sciat.* Indicat enim castitatem et continentiam opus habere exercitio et disciplina. Atque ubi sunt Manichæi et Marcionistæ qui naturas inducunt?

[e] Matth. XIX. 12. [d] I Tim. V, 22. [e] I Cor. VI, 6. [f] Hebr. XII, 14.

Variæ lectiones.

[28] ἡμῶν o. [29] μόνα o. [30] παραγγελία o. [31] ἐν o.

VERS. 5. *Non in passione desiderii.* Hoc est, non in desiderio passionem habente : nam est etiam desiderium absque passione, quod est rerum divinarum. Vel quod omnia concupiscentiam accendentia desiderii passiones nominet, veluti deliciæ, opes, otium, socordia, quodlibet horum dici possit passio desiderii. Nos itaque, si velimus esse temperantes, nullam affectionem quæ cupiditatem accendat, admittere oportet.

A « Μὴ ἐν πάθει ἐπιθυμίας. » Τουτέστι, μὴ ἐν ἐπιθυμίᾳ πάθος ἐχούσῃ· ἔστι γὰρ καὶ ἐπιθυμία ἀπαθής, ἡ τῶν θείων πραγμάτων. Ἢ καὶ ὅτι πάντα τὰ ἐκκαίοντα τὴν ἐπιθυμίαν πάθη ἐπιθυμίας ὀνομάζει· οἷον τρυφὴ, πλοῦτος, ἀργία, ῥᾳθυμία, τούτων ἕκαστον πάθος ἐπιθυμίας λεχθείη. Δεῖ οὖν ἡμᾶς, εἰ μέλλοιμεν σωφρονεῖν, μηδὲν πάθος ἐπιθυμίαν ἐκκαίον παραδέχεσθαι.

Sicut et gentes quæ ignorant Deum. Nam qui Deum non noverunt, neque retributionis spem habent : proinde omnia voluptati tribuunt.

« Καθάπερ καὶ τὰ ἔθνη τὰ μὴ εἰδότα τὸν Θεόν. » Μὴ εἰδότες γὰρ τὸν Θεὸν, οὔτε ἀντιδόσεως ἐλπίδα ἔχουσιν. Οὐκοῦν πάντα τῇ ἡδονῇ χαρίζονται.

VERS. 6. *Ut non transgrediatur, neque circumveniat in negotio fratrem suum.* Supra quidem dixit de quavis alia fornicatione, nunc vero de adulterio loquitur; quod et circumventionem et transgressionem merito nominat. Nam Deus unicuique uxorem dedit, ac terminos naturæ posuit, mistionem videlicet quæ est cum una illa uxore. Circumventio itaque est in negotio, hoc est, in congressu, præsertim cum fiat adversus fratrem.

B « Τὸ μὴ ὑπερβαίνειν καὶ πλεονεκτεῖν ἐν τῷ πράγματι τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ. » Ἄνω μὲν περὶ πάσης τῆς ἄλλης πορνείας εἶπε, νῦν δὲ περὶ μοιχείας λέγει· ἣν καὶ πλεονεξίαν καὶ παράβασιν ὀνομάζει εἰκότως. Καὶ γὰρ ἑκάστῳ ὁ Θεὸς γυναῖκα ἀπένειμε, καὶ ὅρους τέθεικε τῇ φύσει [32], τὴν μίξιν φημὶ τὴν πρὸς τὴν μίαν γυναῖκα ἐκείνην. Ὥστε πλεονεξία ἐστὶν ἐν τῷ πράγματι, τουτέστι τῇ μίξει, καὶ ταῦτα κατὰ ἀδελφοῦ γινομένη.

Eo quod vindex est Dominus de omnibus his, sicut prædiximus vobis et testificati sumus. Ne existimes, inquit, quod de fratribus tantum hæc dicam, imo neque aliorum uxores, neque simpliciter maritis carentes, neque publica scorta habere licet. Nam hæc omnia ulciscitur Dominus : nec impune ista perficimus, sed innumeras pœnas sustinemus pro præsenti in his voluptate. Considera autem, primum obsecravit, deinde pudefecit, C *quemadmodum gentes,* inquiens : postea a ratione absurditatem commonstravit, rem circumventionem dicens : deinceps etiam terret. Revocat autem eis ad memoriam, quod sæpe hæc ab ipso audiverint.

« Διότι ἔκδικος ὁ Κύριος περὶ πάντων τούτων, καθὼς καὶ προείπομεν ὑμῖν καὶ διεμαρτυράμεθα. » Μὴ νομίσῃς, φησὶν, ὅτι ἐπὶ τῶν ἀδελφῶν μόνων ταῦτά φημι, ἀλλ' οὐδὲ τὰς ἑτέρων γυναῖκας, οὐδὲ τὰς ἁπλῶς ἀνάνδρους, καὶ κοινὰς ἔχειν χρή. Καὶ γὰρ ταῦτα πάντα ἐκδικεῖ ὁ Κύριος· καὶ οὐκ ἀτιμωρητὶ ταῦτα πράττομεν, ἀλλὰ μυριοπλασίως δίκην ὑπέχομεν τῆς ἐπὶ τούτοις νῦν ἐγγινομένης ἡμῖν ἡδονῆς. Ὅρα δὲ, πρῶτον παρεκάλεσεν, εἶτα ἐνέτρεψεν εἰπών· « Καθάπερ τὰ ἔθνη· » εἶτα ἀπὸ λογισμῶν τὸ ἄτοπον ἔδειξε, πλεονεξίαν εἰπὼν τὸ πρᾶγμα· λοιπὸν καὶ φοβεῖ. Ἀναμιμνήσκει δὲ αὐτοὺς, ὅτι πολλάκις ταῦτα ἤκουσαν παρ' αὐτοῦ.

VERS. 7. 8. *Non enim vocavit nos Deus in immunditiam, sed in sanctificationem. Itaque qui spernit, non hominem spernit, sed Deum qui dedit Spiritum suum sanctum in nos.* Quia dixerat quod Fratrem injuria afficis, atque intulerat quod Deus hoc ulciscatur, dilatat hoc nunc, ostendens quod etiamsi infidelis hoc patiatur, supplicium, qui hoc fecit, dabit. Non enim illum ulciscitur Deus, cum te punit, sed seipsum. Ipse namque **519** vocavit te ad puritatem, ipsum itaque injuria affecisti|per impuritatem, qui Spiritum sanctum tibi dedit. Itaque sive famulam tuam marito junctam corrumpis, sive reginam, æquale peccatum est : etenim unus est et idem qui injuria affectus est, Deus. Et si forniceris, ipse ulciscitur, cujus Spiritum polluisti. Quin et aliter : Deus videns quod ipsum in talibus magis contemnamus, quam homines, sui ipsius vindex est. Hominum enim oculos, ne ab eis conspiciamur, fugere studemus : ipsum autem respicientem contemnimus.

« Οὐ γὰρ ἐκάλεσεν ἡμᾶς ὁ Θεὸς ἐν [33] ἀκαθαρσίᾳ, ἀλλ' ἐν ἁγιασμῷ. Τοιγαροῦν ὁ ἀθετῶν οὐκ ἄνθρωπον ἀθετεῖ, ἀλλὰ τὸν Θεὸν, τὸν δόντα τὸ Πνεῦμα αὐτοῦ τὸ ἅγιον εἰς ἡμᾶς. » Ἐπειδὴ εἶπεν, ὅτι Τὸν ἀδελφὸν ἀδικεῖς, καὶ ἐπήγαγεν, ὅτι ὁ Θεὸς ἐκδικεῖ, πλατύνει τοῦτο νῦν, δεικνὺς ὅτι κἂν ἄπιστος πάθῃ τοῦτο, τιμωρίαν ὁ πεποιηκὼς δώσει. Οὐκ ἐκεῖνον γὰρ ἐκδικῶν, κολάσει σε ὁ Θεὸς, ἀλλ' ἑαυτόν. Αὐτὸς γάρ σε ἐκάλεσεν εἰς καθαρότητα, καὶ αὐτὸν ὕβρισας διὰ τῆς ἀκαθαρσίας, τὸν δόντα σοι τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον. Ὥστε κἂν τὴν ὑπανδρον δουλίδα, κἂν τὴν βασιλίδα [34] φθείρῃς, ὅμοιον τὸ ἐγκλημα· εἷς γὰρ ὁ ὑβρισθεὶς Θεός. Κἂν πορνεύσῃς, αὐτὸς [35] ἐκδικεῖ, οὗ τὸ Πνεῦμα ἐμόλυνας. Καὶ ἄλλως δέ· Ὁ Θεὸς ὁρῶν ἡμᾶς αὐτοῦ καταφρονοῦντας ἐν τοῖς τοιούτοις μᾶλλον ἢ τῶν ἀνθρώπων, ἑαυτὸν ἐκδικεῖ. Ἀνθρώπων μὲν γὰρ ὀφθαλμοῖς μὴ ὁρᾶσθαι σπουδάζομεν· αὐτοῦ δὲ ὁρῶντος, καταφρονοῦμεν.

VERS. 9. *De fraterna autem charitate non necesse habemus scribere vobis.* Non dicit jam de charitate

« Περὶ δὲ τῆς φιλαδελφίας οὐ χρείαν ἔχομεν γράφειν ὑμῖν. » Οὐ λέγει τέως περὶ τῆς εἰς πάντας ἐπ-

Variæ lectiones.

[32] τῆς φύσεως O. [33] ἐπὶ O. [34] ἀλλοτρίαν O. [35] ὁ Θεὸς O.

πτος, ἀλλὰ τῆς εἰς τοὺς ἀδελφούς. Κατὰ παράλειψιν δὲ τὴν παραίνεσιν τίθησι, δύο ταῦτα κατασκευάζων· ἓν μὲν, ὅτι οὕτως ἀναγκαῖον τὸ πρᾶγμα, ὡς μηδὲ διδασκάλου δεῖσθαι· τὰ γὰρ σφόδρα μεγάλα πᾶσίν ἐστι δῆλα. Ἕτερον [36] δὲ μᾶλλον αὐτοὺς ἐντρέπει, διεγείρων ἵνα μὴ δεύτεροι ἔλθωσι τῆς ὑπολήψεως ἣν ἔχει περὶ αὐτῶν, νομίζων αὐτοὺς ἤδη κατωρθωκέναι.

A erga omnes, verum de ea quæ est erga fratres. Per præteritionem autem adhortationem facit, duo hæc conficiens : primum quidem, quod res sit adeo necessaria, ut doctore quidem non indigeat. Quæ enim valde magna sunt, omnibus sunt manifesta. Alterum autem magis eos pudefacit, excitans eos, ne inferiores inveniantur opinione quam de ipsis concepit, existimans eos jam perfecisse quæ charitatis sunt.

« Αὐτοὶ γὰρ ὑμεῖς θεοδίδακτοί ἐστε, εἰς τὸ ἀγαπᾷν ἀλλήλους. » Ὅρα μεθ' ὅσου ταῦτά φησιν ἐγκωμίου. Τὸν γὰρ Θεὸν αὐτοῖς διδάσκαλον ἐπέστησε τῆς ἀρετῆς ταύτης. Τοῦτο καὶ ὁ προφήτης εἶπεν· « Ἔσονται πάντες διδακτοὶ Θεοῦ. »

Ipsi enim vos a Deo didicistis, ut diligatis invicem Observa quanto cum encomio hæc dicat : Deum enim ipsis virtutis hujus doctorem facit : quod et propheta dixit : *Erunt omnes a Deo docti*[5].

« Καὶ γὰρ ποιεῖτε αὐτὸ εἰς πάντας τοὺς ἀδελφοὺς τοὺς ἐν ὅλῃ τῇ Μακεδονίᾳ. » Οὐχ ἁπλῶς λέγει, ὅτι Θεοδίδακτοί ἐστε, ἀλλ', Οἶδα [37] ἀφ' ὧν ποιεῖτε. Μακεδονίας δὲ ἐμνήσθη, ἐπειδὴ μητρόπολις Μακεδονίας ἡ Θεσσαλονίκη.

VERS. 10. *Etenim illud facitis in omnes fratres qui sunt in universa Macedonia.* Non simpliciter dicit, B A Deo docti estis, sed, Scio ex iis quæ facitis. Macedoniæ autem meminit, quandoquidem Macedoniæ metropolis sit ipsa Thessalonica.

« Παρακαλοῦμεν δὲ ὑμᾶς, ἀδελφοὶ, περισσεύειν μᾶλλον, καὶ φιλοτιμεῖσθαι ἡσυχάζειν, καὶ πράσσειν τὰ ἴδια, καὶ ἐργάζεσθαι ταῖς χερσὶν ὑμῶν, καθὼς παρήγγειλα ὑμῖν. » Ὅτι μὲν φιλάδελφοί ἐστε, οἶδα· τοῦτο δὲ παρακαλοῦμεν, περισσεύειν ὑμᾶς, τουτέστι πλεονάζειν ἐν τῇ φιλαδελφίᾳ, καὶ φιλοτιμωτέρους εἶναι. Ἤ τοίνυν ἐνταῦθα στίξον, εἶτα ἀπ' ἄλλης ἀρχῆς ἀνάγνωθι, « Ἡσυχάζειν καὶ πράττειν τὰ ἴδια· » ἤ, « Φιλοτιμεῖσθαι ἡσυχάζειν καὶ πράττειν τὰ ἴδια. » Ἐκ τούτου δὲ δείκνυσιν, ὅτι οἱ ἀργοὶ, καὶ πολυπράγμονες καὶ ταραχώδεις. Εἰπὼν δὲ, « Ταῖς χερσὶν ὑμῶν ἐργάζεσθαι, » ἐντρέπει τοὺς τὰ σωματικὰ ἔργα [38] ἀναιροῦντας, καὶ μόνον τὸ πνευματικὸν ζητοῦντας. Εἶπατε γὰρ, ἀνόητοι, ἆρα νηστείαν ἐργάζεταί τις ταῖς χερσίν; ἆρα χαμευνίαν; Οὐκ ἔστιν· ἀλλὰ περὶ ἔργου λέγει σωματικοῦ, ὃ καὶ μᾶλλόν ἐστι πνευματικὸν, τὸ [γὰρ] ἐργαζόμενον ἑτέροις παρέχειν, εἴτουν τοῖς πένησιν. Ἐπεὶ δὲ πένητες ἦσαν, ἅτε διαρπαγέντες τὰ ὑπάρχοντα, ἐργάζεσθαι αὐτοὺς διδάσκει, ἵνα ἐλεῶσιν. Εἰ δὲ τούτους κελεύει ἐργάζεσθαι, τοὺς διὰ Χριστὸν ἁρπαγέντας, πολλῷ μᾶλλον τοὺς ἄλλους.

VERS. 11. *Rogamus autem vos, fratres, ut abundetis magis, et operam detis ut quieti sitis, et vestrum negotium agatis, et operemini manibus vestris, sicut præcepi vobis.* Quod sitis amantes fratrum, equidem novi : hoc autem obsecramus, abundare vos, hoc est exuberare fraterna charitate, et munificos esse. Vel hic igitur distinctionem facito, deinde a novo principio lege, *Ut quieti sitis, atque res proprias agatis.* Vel, *Operam detis ut quieti sitis, et res proprias agatis.* Ex hoc autem ostendit, quod otiosi, C curiosi turbulentique sint. Cum autem dicit, *Manibus vestris operemini,* pudefacit eos qui corporale opus tollunt, solum spirituale quærentes. Dicite enim, vos stolidi, num jejunium aliquis operatur manibus? num humi cubationem ? Minime sane : verum de opere corporali loquitur, quod et magis spirituale est, nimirum, ut ex labore tuo aliis impertias, pauperibus scilicet. Quia vero pauperes fuerunt, quippe qui bonis suis spoliati essent, laborare eos docet, ut indigentibus impertiri eleemosynam possint. **520** Quod si hos operari jubet, qui propter Christum spoliati erant, multo magis alios.

« Ἵνα περιπατῆτε εὐσχημόνως πρὸς τοὺς ἔξω, καὶ μηδενὸς χρείαν ἔχητε. » Τουτέστιν, Ἵνα μὴ ἀσχημονῆτε παρὰ τοῖς ἔξω τῆς πίστεως ἐπαιτοῦντες. Εὐφήμως δὲ τοῦτο τέθεικεν, ἵνα μὴ πλήξῃ αὐτούς. D Εἰ γὰρ οἱ πιστοὶ, φησὶ, σκανδαλίζονται, ὅταν ἴδωσιν ἄνθρωπον ὑγιῆ ἐπαιτοῦντα (διὸ καὶ Χριστεμπόρους τοὺς τοιούτους καλοῦσι), πολλῷ μᾶλλον οἱ ἄπιστοι.

VERS. 12. *Ut ambuletis decore ad eos qui foris sunt, et nulla re indigeatis.* Hoc est, ut non sitis indecores, si apud infidèles mendicetis. Pulchre autem et eleganter hoc posuit, ne eos objurget. Si enim fideles offenduntur, si conspexerint hominem sanum mendicantem (unde et hujusmodi Christemporos, hoc est, Christum cauponantes appellant), multo magis infidèles.

« Οὐ θέλομεν δὲ ὑμᾶς, ἀδελφοὶ, ἀγνοεῖν περὶ τῶν κεκοιμημένων. » Ἐνταῦθα τὸν περὶ ἀναστάσεως λόγον κινεῖ. Εἰ γὰρ καὶ ἦν αὐτοῖς περὶ τούτου διαλεχθεὶς, ὅμως νῦν μυστήριόν τι μέλλει ἀνακαλύψαι. Ἤ καὶ πάντα μὲν τὰ τῆς ἀναστάσεως ἤδεσαν, ἐθρήνουν δέ· ὃ νῦν θεραπεύει. Ἐπειδὴ δὲ πολλὰ τῶν πραγ-

VERS. 13. *Nolumus autem vos ignorare, fratres, de dormientibus.* Hic sermonem de resurrectione movet. Quamvis enim de hac jam antea his locutus fuerat, jam nunc tamen mysterium quoddam revelaturus est. Vel omnia de resurrectione probe tenebant, lugebant autem defunctos : cui malo nunc

[5] Isa. XLV, 3; Jerem. XXXI, 34.

Variæ lectiones.

[36] δεύτερον o. [37] ὅτι θεοδίδακτοί ἐστε οἶδα o. [38] τὸ σωματικὸν ἔργον o.

medetur. Quia vero pleraque incognita nos turbant, cognita autem tristitiam tollunt, propterea inquit, *Nolo vos ignorare*. Non dixit autem, de mortuis, sed, *De dormientibus* ; ex ipso etiam vocabulo futuram resurrectionem ostendens.

Ut non contristemini, sicut et cæteri qui spem non habent. Cujus rei spem? Resurrectionis. Qui enim non habent spem resurrectionis, hi lugere debent. Attendamus igitur, et horreamus. Quid igitur? propter hoc non vis ignorare, ut non contristentur? Ecqui non dicis, Ut non puniantur, verum, ut non contristentur? Næ, inquit : nam tristitia ista pœnam attrahit.

VERS. 14. *Si enim credimus quod Jesus mortuus est et resurrexit, sic et Deus eos qui dormierunt per Jesum adducet cum eo*. Quemadmodum, inquit, Dominum Jesum excitavit, qui corporaliter et passus erat, et mortem obierat : sic et nos excitabit. Observa autem quomodo de Domino, propterea quod resurrectio ejus jam facta sit, confidenter dixerit, *Mortuus est* : de nobis vero, quia nostra adhuc futura es. resurrectio, *Eos qui dormierunt*, inquit : indicans esse excitationem. Numquid enim qui dormit, inquit, non adjiciet ut resurgat? Istud autem; *Eos qui dormierunt per Jesum, adducet*, bifariam intelliges : vel, adducet per Jesum, hoc est, Filius erit illis resurrectionis mediator, illosque in conspectu Patris constituet : vel, qui dormierunt per Jesum, hoc est fideles. Christum enim habentes in seipsis, dormiunt per Jesum. De particulari igitur resurrectione hic loquitur, hoc est celebri, quæ est fidelium, quæ cum Domino est : nam, *adducet cum ipso*, hoc est, cum Domino in nubibus rapiet undique. Nam de universali resurrectione Thessalonicenses norant. Verum hoc jam vult, consolari eos per hoc quod ostendat celebrem et gloriosam **521** resurrectionem fidelium, ut non contristentur. Omnes enim resurgent, sed non omnes in gloria, verum fideles tantum, hoc est, qui opera doctrinæ simul adjuncta habent. Expende autem quæ sequuntur omnia.

VERS. 15. *Hoc enim vobis dicimus in verbo Domini*. Novum aliquid dicturus est, eam ob rem ipsi fidem conciliat a verbo Dei. Non a me ipso enim, verum quod a Christo didici, loquor. Etenim hoc diserte audivit a præceptore, perinde ac illud : *Beatius est dare quam accipere* [h]. Cætera vero ex Spiritu dicebat.

Quod nos qui vivimus, qui residui sumus in adventum Domini, non præveniemus eos qui dormierunt. Quod in Epistola ad Corinthios ait, *In momento, in ictu oculi* [i], idem et nunc ait. Quia enim difficile videbatur, ut ii qui computruerant resurgerent, inquit, Quod viventes haudquaquam antevertent illos; sed quemadmodum facile est Deo integros

μάτων ἀγνοούμενα μὲν λυπεῖ ἡμᾶς, γνωσθέ τα δὲ λύει τὴν λύπην, διὰ τοῦτό φησιν· « Οὐ θέλω ὑμᾶς ἀγνοεῖν. » Οὐκ εἶπε δὲ, Ἀποθανόντων, ἀλλὰ, « Κεκοιμημένων, » δεικνὺς καὶ ἐξ αὐτοῦ τοῦ ὀνόματος, ὅτι ἔστιν ἔγερσις [39].

« Ἵνα μὴ λυπῆσθε, καθὼς καὶ οἱ λοιποὶ, οἱ μὴ ἔχοντες ἐλπίδα. » Τίνος ἐλπίδα ; Ἀναστάσεως. Οἱ γὰρ μὴ ἔχοντες ἐλπίδα ἀναστάσεως, οὗτοι ὀφείλουσι πενθεῖν. Ἀκούσωμεν λοιπὸν, καὶ φρίξωμεν. Τί οὖν; διὰ τοῦτο οὐ θέλεις ἀγνοεῖν, ἵνα μὴ λυπῶνται; Οὐ λέγεις, Ἵνα μὴ κολασθῶσιν, ἀλλ', Ἵνα μὴ λυπῶνται; Ναὶ, φησὶν, ὅτι ἡ λύπη αὕτη τὴν κόλασιν προξενεῖ.

« Εἰ γὰρ πιστεύομεν ὅτι Ἰησοῦς ἀπέθανε καὶ ἀνέστη, οὕτω καὶ ὁ Θεὸς τοὺς κοιμηθέντας διὰ τοῦ Ἰησοῦ ἄξει σὺν αὐτῷ. » Ὥσπερ, φησὶ, τὸν Κύριον ἤγειρε σωματικῶς παθόντα καὶ θανόντα, οὕτω καὶ ἡμᾶς ἐγερεῖ. Ὅρα δὲ, πῶς ἐπὶ μὲν τοῦ Κυρίου, διὰ τὸ καὶ τὴν ἀνάστασιν ἤδη γεγονέναι, θαῤῥούντως φησὶ τὸ, « Ἀπέθανεν· » ἐπὶ δὲ ἡμῶν, διὰ τὸ μέλλειν ἔτι [40] τὴν ἀνάστασιν, « Τοὺς κοιμηθέντας, » φησί· δεικνὺς οὖσαν καὶ ἔγερσιν. Μὴ ὁ κοιμώμενος γὰρ, φησὶν, οὐχὶ προσθήσει τὸ ἀναστῆναι; Τὸ δὲ, « Κοιμηθέντας διὰ τοῦ Ἰησοῦ ἄξει, » δηλοῖ νοήσεις· ἢ, Ἄξει διὰ τοῦ Ἰησοῦ, τουτέστιν, ὁ Υἱὸς αὐτοῖς μεσίτης ἔσται τῆς ἀναστάσεως, καὶ παραστήσει τῷ προσώπῳ τοῦ Πατρός· ἢ, Τοὺς κοιμηθέντας διὰ τοῦ Ἰησοῦ, τουτέστι, τοὺς πιστούς. Τὸν γὰρ Χριστὸν ἔχοντες ἐν ἑαυτοῖς, κοιμῶνται διὰ τοῦ Ἰησοῦ. Περὶ μερικῆς οὖν ἀναστάσεως διαλέγεται ἐνταῦθα, τουτέστι τῆς ἐνδόξου, τῆς τῶν πιστῶν, τῆς σὺν τῷ Κυρίῳ. « Ἄξει γὰρ σὺν αὐτῷ, » τουτέστι, σὺν τῷ Κυρίῳ ἐν νεφέλαις ἁρπάσει πανταχόθεν· ἐπεὶ περί γε τῆς καθολικῆς ἤδεισαν οἱ Θεσσαλονικεῖς. Ἀλλὰ τοῦτο βούλεται νῦν, παραμυθήσασθαι αὐτοὺς διὰ τοῦ δεῖξαι ἔντιμον καὶ ἔνδοξον τὴν ἀνάστασιν τῶν πιστῶν, ὡς ἂν μὴ λυπῶνται. Πάντες μὲν γὰρ ἀναστήσονται, οὐ πάντες δὲ ἐν δόξῃ, ἀλλ' οἱ πιστοὶ, τουτέστιν οἱ ἔργα μετὰ τοῦ δόγματος ἔχοντες [41]. Ὅρα δὲ καὶ τὰ ἑφεξῆς πάντα.

« Τοῦτο γὰρ ὑμῖν λέγομεν ἐν λόγῳ Κυρίου. » Ξένον τι ἔμελλεν ἐρεῖν [42], διὸ καὶ ἀξιόπιστον αὐτὸ ποιεῖ διὰ [43] τοῦ λόγου τοῦ Θεοῦ. Οὐκ ἀπ' ἐμαυτοῦ γὰρ, ἀλλὰ παρὰ τοῦ Χριστοῦ μαθὼν λέγω. Καὶ γὰρ τοῦτο ῥητῶς ἤκουσε παρὰ τοῦ Διδασκάλου, ὥσπερ κἀκεῖνο· « Μακάριόν ἐστι διδόναι μᾶλλον ἢ λαμβάνειν. » Τὰ γὰρ ἄλλα Πνεύματι ἐφθέγγετο.

« Ὅτι ἡμεῖς οἱ ζῶντες, οἱ περιλειπόμενοι εἰς τὴν παρουσίαν τοῦ Κυρίου, οὐ μὴ φθάσωμεν τοὺς κοιμηθέντας. » Ὅπερ ἐν τῇ πρὸς Κορινθίους, φησὶν, « Ἐν ἀτόμῳ, ἐν ῥιπῇ ὀφθαλμοῦ, » τοῦτο καὶ νῦν λέγει. Ἐπειδὴ γὰρ ἐδόκει δύσκολον εἶναι τοὺς κατεφθαρκότας τούτους ἀναστῆναι, φησὶν, ὅτι οἱ ζῶντες οὐ μὴ προλάβωσιν ἐκείνους· ἀλλ' ὥσπερ εὔκολον τῷ Θεῷ

[h] Act. xx, 35. [i] I Cor. xv, 53.

Variæ lectiones.

[39] ἀνάστασις o. [40] ἤδη o. [41] οἱ ἔργα σώματος σὺν τῷ δόγματι ἔχ. o. [42] εἰπεῖν o. [43] ἀπὸ o.

τοὺς ὁλοκλήρους ἀγαγεῖν, οὕτω κἀκείνους. « Ἡμεῖς δὲ οἱ ζῶντες, » λέγων, οὐ περὶ ἑαυτοῦ φησιν (οὐδὲ γὰρ ἄχρι τῆς ἀναστάσεως ἔμελλε ζῆν), ἀλλὰ τοὺς πιστοὺς λέγει· ἰὸ προσέθηκεν· « Οἱ περιλειπόμενοι εἰς τὴν παρουσίαν τοῦ κυρίου. » Ἐν γὰρ τῷ ἑαυτοῦ προσώπῳ πάντας τοὺς τότε εὑρεθησομένους ζῶντας δηλοῖ. Μεθόδιος δὲ ὁ μακάριος ζῶντας τὰς ψυχὰς λέγει· τοῦτο διδάσκων, ὅτι αἱ ψυχαὶ οὐ μὴ προλάβωσι τὰ σώματα· πρῶτον γὰρ ἐγείρεται τὰ σώματα, ἵνα αὐτὰ ἀπολαύσωσιν αἱ ψυχαί, ἃς καὶ περιλείπεσθαι ἔφη, διὰ τὸ ἀθανάτους εἶναι.

« Ὅτι αὐτὸς ὁ Κύριος ἐν κελεύσματι, ἐν φωνῇ ἀρχαγγέλου, καὶ ἐν σάλπιγγι Θεοῦ καταβήσεται ἀπ' οὐρανοῦ. » Μὴ ἀπιστήσῃς, φησίν, οἷς λέγω· καὶ γὰρ αὐτὸς ὁ Κύριος κελεύσει τοῦτο. Πῶς δὲ δὲ [*f.* καὶ] κελεύσει [τοῦτο]; « Ἐν φωνῇ ἀρχαγγέλου, » τοῦ ἐφεστῶτος τοῖς ἑτέροις ἀγγέλοις, καὶ βοῶντος· Ἑτοίμους ποιεῖτε πάντας· πάρεστι γὰρ ὁ κριτής. Πολλαὶ δὲ ἔσονται σάλπιγγες, ἀλλὰ πρὸς τῇ ἐσχάτῃ καταβήσεται ὁ κριτής. Ὥσπερ γὰρ ὁ Πατὴρ ἐν τῷ Σιναίῳ ὄρει καὶ σάλπιγγας εἶχε καὶ ἀγγέλους ὑπηρετοῦντας· οὕτω καὶ ὁ Υἱός, ὡς βασιλεύς. Ἢ τὸ μὲν κέλευσμα τοῦ Θεοῦ ποιήσει τὴν γῆν ἀναδοῦναι τὰ σώματα εἰς ἀφθαρσίαν μεταποιηθέντα· τὸ δὲ εἰς ἓν συναχθῆναι τοὺς πανταχοῦ διεσπαρμένους ἡ φωνὴ τοῦ ἀρχαγγέλου ἐνεργήσει, ἀγγέλων ὑπηρετούντων.

« Καὶ οἱ νεκροὶ ἐν Χριστῷ ἀναστήσονται πρῶτον [44]. » Οἱ νεκροὶ ἐν Χριστῷ, τουτέστιν οἱ πιστοί. Ὅτε γὰρ μέλλοντες αἴρεσθαι ἐν νεφέλαις, καὶ πρῶτοι ἀναστήσονται· οἱ δὲ λοιποὶ, ἔσχατοι, ὡς μήτε ἁρπάζεσθαι, μήτε ἀπαντᾶν μέλλοντες.

« Ἔπειτα ἡμεῖς οἱ ζῶντες, οἱ περιλειπόμενοι, ἅμα σὺν αὐτοῖς ἁρπαγησόμεθα ἐν νεφέλαις εἰς ἀπάντησιν τοῦ Κυρίου εἰς ἀέρα, καὶ οὕτω πάντοτε σὺν Κυρίῳ ἐσόμεθα. » Εἰ καὶ οἱ νεκροὶ πρῶτοι ἐγείρονται, ἀλλ' ὅμως καὶ ἡμεῖς οἱ ζῶντες ὁμοίως [45] ἁρπαζόμεθα, οἱ ἄξιοι δηλαδὴ, ἐν νεφέλαις, ὥσπερ καὶ τὸν Κύριον νεφέλη ὑπέλαβε. Τίνος δὲ ἕνεκεν, εἰ καταβαίνειν [46] μέλλει, ἁρπάζει τοὺς πιστούς; Τιμῆς ἕνεκεν. Ὥσπερ γὰρ, βασιλέως εἰς πόλιν εἰσερχομένου, οἱ μὲν ἔντιμοι ὑπαντῶσιν, οἱ δὲ κατάδικοι ἔσω μένουσι τὸν κριτήν· οὕτω καὶ τότε· οἱ μὲν [οὖν] ἁμαρτωλοὶ μένουσι κάτω, κἂν Χριστιανοὶ ὦσιν· οἱ δὲ δίκαιοι ἁρπάζονται, καὶ οὕτω τὸ κεφάλαιον τῶν ἀγαθῶν καρποῦνται, τὸ πάντοτε συνεῖναι Χριστοῦ [*f.* Χριστῷ].

« Ὥστε παρακαλεῖτε ἀλλήλους ἐν τοῖς λόγοις τούτοις. » Πρὸς τὸ μὴ λυπεῖσθαι ὡς καὶ οἱ λοιποὶ οἱ μὴ ἐλπίζοντες [47] ἀνάστασιν.

ΚΕΦΑΛ. Ε'.

« Περὶ δὲ τῶν χρόνων καὶ τῶν καιρῶν, ἀδελφοὶ, οὐ χρείαν ἔχετε γράφεσθαι ὑμῖν. » Περιττὸν γάρ ἐστι καὶ ἀσύμφορον τὸ τοὺς καιροὺς καὶ τοὺς χρόνους τῆς συντελείας εἰδέναι. Καὶ γὰρ οὐδὲ τοῖς ἀποστόλοις ἐξεκάλυψε τοῦτο ὁ Κύριος, ὅτε προσιόντες ἠρώτων

[k] Act. I, 7.

A adducere ad Christum, sic et illos, corruptos. Porro cum ait, *Nos qui vivimus*, non de seipso dicit (neque enim ad resurrectionem usque victurus erat), sed fideles intelligit : propterea adjecit : *Qui relinquimur in adventum Domini*. In sua enim persona omnes qui tum invenientur viventes indicat. Beatus autem Methodius, per viventes, animas intelligit, hoc docens quod animæ non antevertent corpora. Primum enim excitantur corpora, ut animæ fruantur illis, quas et relinqui dicit, quandoquidem immortales sint.

Vers. 16. *Quoniam ipse Dominus in jussu, in voce archangeli, et in tuba Dei descendet de cælo.* Ne hæsites in iis, inquit, quæ dico : nam ipse Dominus jubebit hoc. Quomodo autem jubebit? *In voce archangeli*, qui aliis angelis præsidet et B clamat : Apparate vos omnes : judex enim præsto est. Multæ autem erunt tubæ, sed ad extremam descendet judex. Sicut enim Pater in monte Sina tubas habebat et angelos ministrantes; sic etiam Filius, veluti rex aut imperator, eadem habiturus est. Vel, jussio Dei faciet terram reddere corpora ad incorruptibilitatem transformata. Ut vero omnes in unum colligantur per diversa loca dispersi, vox archangeli efficiet, angelis administrantibus.

Et mortui in Christo resurgent primi. In Christo mortui, id est fideles. Nam quoniam in nubibus sublevandi sunt, primi resurgent : cæteri vero, postremi; quippe qui neque rapiendi sunt, neque C occursuri.

Vers. 17. *Deinde et nos qui vivimus, qui relinquimur, simul cum ipsis rapiemur in nubibus obviam Domino in aera, et sic semper cum Domino erimus.* Etsi mortui **522** primi excitentur, attamen et nos viventes similiter rapiemur, digni videlicet, in nubibus, perinde ac Dominum quoque nubes suscepit. Cujus autem rei causa, si descensurus est, rapit fideles? Honoris causa. Ut enim regi in urbem ingredienti honoratiores occurrunt, condemnati autem intus exspectant judicem : sic et tum continget; peccatores quidem manebunt infra, etiamsi Christiani fuerint : justi vero rapiuntur, hocque pacto summam bonorum referent, nimirum ut D semper cum Christo sint.

Vers. 18. *Itaque consolamini invicem in verbis istis.* Ut non conturbemini, cæterorum instar, qui resurrectionem non sperant.

CAPUT V.

Vers. 1. *De temporibus autem et momentis, fratres, non indigetis ut scribamus vobis.* Supervacaneum enim est et inutile, tempora et momenta consummationis novisse[l]. Nam neque apostolis hoc revelavit Dominus, quando accedentes ipsum ro-

Variæ lectiones.

[44] πρῶτοι O. [45] ὁμοῦ O. [46] καταβῆναι O. [47] ἔχοντες O.

garent. Paulus autem fortasse ex arcanis verbis hoc didicit[k].

VERS. 2. *Ipsi enim exacte nostis, quod dies Domini, sicut fur in nocte, ita veniet.* Per diem Domini, et communem omnium, et particularem uniuscujusque finem intelliges. Nam et iste incerto tempore singulis imminet. Hoc enim nobis multifariam prodest. Primum quidem, quia si novisset ultimum suum diem homo, nihil non scelerum conaretur patrare aliis diebus, deinde fine vitæ appropinquante baptizaretur. Deinde, plerique, si novissent in crastinum sese forte morituros, innumeris malis hostes affligerent, tanquam jam de seipsis desperantes, hostiumque sanguine se explere cupientes : quod nunc non fit, mortis terrore eos remorante, vitæque cupiditate. Præterea, vitæ suæ amantiores præ nimia tristitia perirent, si mortis suæ tempus compertum haberent. Ad hæc justi non tantum mercedis haberent periculis objecti. Videri enim potuissent, quia compertum haberent se nunc haud morituros, sed post tot fortassis annos, propterea sibi non parcere. Nunc vero cum incertum sit, evadentne pericula, sibiipsis autem non parcunt, perspicua eorum virtus est. Quemadmodum tres pueri ea de causa majorem admirationem merentur, quod cum non satis novissent an ex igni essent evasuri necne, nihilominus non adoraverunt[l]. Propterea obitus noster tanquam fur in nocte. Novistis igitur hoc, o Thessalonicenses, ex iis quæ Dominus dixit[m], *Nescitis qua hora fur venturus sit.*

523 VERS. 3. *Cum enim dixerint : Pax et securitas, tum repentinus eis instat interitus, sicut dolor partus mulieri prægnanti : et non effugient.* Quoniam illi qui hos divexabant, fortunati erant, fideles jam consolatur, inquiens : Ne existimetis eos evasuros pœnam ; veniet enim eis pernicies, et inexspectata et ærumnosa profecto, et quæ multas amaritudines afferat, non secus atque dolor partus mulieri prægnanti. Quomodo autem, si Elias venturus est, et antichristus, Paulus, nunc dicit repentinum eis instare interitum? Quoniam consummationis quidem signum est Antichristus et Elias, Christi autem adventus non item. Subitaneus enim et incertus erit. Observa autem hic exemplum doloris partus. Etenim novit mulier quod pariet : quando vero, non novit. Nam non paucæ post septimum mensem pepererunt, atque in itinere, nihil præscientes. Et sicut illæ jocantes ac ridentes ineffabilibus cruciatibus repente tunduntur, ita illorum animæ qui hodie deliciis affluunt, die illa adveniente, haudquaquam effugient.

VERS. 4. *Vos autem, fratres, non estis in tenebris, ut dies illa vos tanquam fur comprehendat.* Hoc est, non tenebricosam neque impuram vitam habetis.

αὐτόν. Παῦλος δὲ ἐκ τῶν ἀῤῥήτων ῥημάτων ἔμαθεν ἴσως καὶ τοῦτο.

« Αὐτοὶ γὰρ ἀκριβῶς οἴδατε, ὅτι ἡ ἡμέρα Κυρίου, ὡς κλέπτης ἐν νυκτὶ, οὕτως ἔρχεται. » Ἡμέραν Κυρίου καὶ τὴν κοινὴν συντέλειαν, καὶ τὴν ἰδίαν ἑκάστου νοήσεις· καὶ γὰρ καὶ αὕτη ἀδήλως ἑκάστῳ ἔπεισι. Τοῦτο γὰρ συμφέρει ἡμῖν κατὰ πολλοὺς τρόπους· πρῶτον μέν, ὅτι εἰ ᾔδει τὴν ἐσχάτην ἡμέραν αὐτοῦ ὁ ἄνθρωπος, πᾶσαν ἂν ἁμαρτίαν ἐσπούδασε τελέσαι τὰς ἄλλας ἡμέρας, εἶτα πρὸς τῷ τέλει ἐβαπτίζετο· δεύτερον, ὅτι πολλοὶ, εἰ ᾔδεσαν ὅτι αὔριον τυχὸν [48] τεθνήξονται, μυρίοις ἂν κακοῖς διέθεντο [49] τοὺς αὐτῶν ἐχθροὺς, ἅτε ἀπεγνωκότες ἑαυτῶν, καὶ θέλοντες τοῖς τῶν ἐχθρῶν αἵμασιν ἐνωχηθῆναι· ὃ νῦν οὐ γίνεται, κατέχοντος αὐτοὺς τοῦ φόβου τοῦ θανάτου, καὶ τοῦ ἔρωτος τῆς ζωῆς. Ἀλλὰ καὶ οἱ φιλόζωοι ὑπὸ τῆς ἀθυμίας ἂν διεφθάρησαν, εἰ ᾔδεσαν τὸν καιρὸν τοῦ θανάτου. Καὶ οἱ δίκαιοι δὲ οὐ τοσοῦτον μισθὸν ἂν ἔσχον παραβαλλόμενοι τοῖς κινδύνοις· ἐδόξαν γὰρ ἂν ὅτι ἐπειδὴ οἴδασιν, ὅτι οὐ νῦν τεθνήξονται, ἀλλὰ μετὰ τοσαῦτα ἔτη, διὰ τοῦτο ἀφειδοῦσιν ἑαυτῶν. Νῦν ἐκεῖνα ἄδηλον μέν ἐστιν εἰ περιέσονται [ἐκ] τῶν κινδύνων, ἀφειδοῦσι δὲ ἑαυτῶν, πρόδηλος ἡ αὐτῶν ἀρετή. Ὥσπερ καὶ οἱ τρεῖς παῖδες διὰ τοῦτο μᾶλλον θαυμασταὶ, ὅτι μὴ εἰδότες ἀκριβῶς ὅτι περιέσονται τοῦ πυρὸς, ὅμως οὐ προσεκύνησαν. Διὰ ταῦτα ἡ τελευτὴ ἡμῶν, ὡς κλέπτης ἐν νυκτί. Οἴδατε οὖν τοῦτο, ὦ Θεσσαλονικεῖς, ἐξ ὧν ὁ Κύριος εἶπεν· « Οὐκ οἴδατε, ποίᾳ ὥρᾳ ὁ κλέπτης ἔρχεται. »

« Ὅταν γὰρ λέγωσιν· Εἰρήνη καὶ ἀσφάλεια· τότε αἰφνίδιος αὐτοῖς ἐφίσταται ὄλεθρος, ὥσπερ ἡ ὠδὶν τῇ ἐν γαστρὶ ἐχούσῃ· καὶ οὐ μὴ ἐκφύγωσιν. » Ἐπειδὴ οἱ ἐπηρεάζοντες τούτους ἐν εὐπαθείαις ἦσαν, παραμυθεῖται νῦν τοὺς πιστοὺς, λέγων· Μὴ νομίσητε αὐτοὺς ἐκφυγεῖν. Ἥξει γὰρ αὐτοῖς ὁ ὄλεθρος καὶ ἄδηλος καὶ ἐπίπονος, καὶ πικρίας πολλὰς ἐπάγων, ὥσπερ καὶ ἡ ὠδὶν τῇ κυούσῃ. Πῶς δὲ, εἰ ὁ Ἠλίας ἔρχεται, καὶ ὁ Ἀντίχριστος, λέγει νῦν ὁ Παῦλος αἰφνίδιον τούτοις ἐπιστῆναι τὸν ὄλεθρον; Ὅτι τῆς μὲν συντελείας [50] σημεῖον ὁ Ἀντίχριστος καὶ Ἠλίας· τῆς δὲ τοῦ Χριστοῦ παρουσίας, οὐκ ἔτι· αἰφνιδία γὰρ ἔσται καὶ ἄδηλος. Ὅρα δὲ καὶ τὸ ὑπόδειγμα τῆς ὠδῖνος. Καὶ γὰρ ἐνταῦθα οἶδε μὲν ἡ γυνὴ ὅτι τέξεται· πότε δὲ, οὐκ ἔτι οἶδε. Πολλαὶ γοῦν καὶ ἑπτάμηνα [51] ἔτεκον, καὶ ἐν ὁδοῖς, μηδὲν προειδυῖαι. Καὶ ὥσπερ ἐκεῖναι παίζουσαι καὶ γελῶσαι, ἀθρόον ἀῤῥήτοις ὠδῖσι κόπτονται· οὕτω καὶ τῶν νῦν τρυφώντων αἱ ψυχαὶ, τῆς ἡμέρας ἐκείνης ἐπελθούσης, οὐ μὴ ἐκφύγωσιν.

« Ὑμεῖς δὲ, ἀδελφοὶ, οὐκ ἐστὲ ἐν σκότει, ἵνα ἡ ἡμέρα ὑμᾶς καταλάβῃ ὡς κλέπτης. » Τουτέστιν, Οὐ σκοτεινὸν καὶ ἀκάθαρτον ἔχετε βίον. Τί οὖν; οὐκ

[k] II Cor. XII, 4. [l] Dan. III, 24. [m] Luc. XII, 39.

Variæ lectiones.

[48] λοιπὸν O. [49] ἐκακοποίουν M. [50] τῆς μὲν γὰρ συν. O. [51] ὀκτώμηνα O.

ἔμελλε καὶ αὐτοῖς ἀδήλως ἐφίστασθαι ἡ τελευτὴ, κἂν μὴ ἀκάθαρτοι ἦσαν; Ἀδήλως μὲν ἐπιστήσεται, ἀλλ' οὐδενὶ αὐτοὺς περιβαλεῖ λυπηρῷ. Καὶ γὰρ τοῖς ἐγρηγορόσι, καὶ ἐν φωτὶ οὖσι, κἂν γένηταί τις εἴσοδος λῃστοῦ, οὐδὲν λυμήνασθαι δυνήσεται, τοὺς δὲ ἐν σκότει καὶ καθεύδοντας γυμνώσας ὁ λῃστὴς ἀπεισι.

A Quid inde? nonne et illis mors incerto tempore obventura erat, etiamsi impuri non erant? Incerto quidem tempore instabit, sed tamen in nullam eos tristitiam conjiciet. Nam excubias agentibus commorantibusque in luce, etiamsi prædo aliquis ingressus fuerit, nihil nocebit, neque vastare eos poterit. Eos vero qui sunt in tenebris atque dormiunt, spolians atque nudans abit.

« Πάντες γὰρ ὑμεῖς υἱοὶ φωτός ἐστε, καὶ υἱοὶ ἡμέρας. » Ὥσπερ υἱοὶ γεέννης, οἱ ἄξια γεέννης ποιοῦντες, καὶ υἱοὶ ἀπειθείας, οἱ ἀπειθεῖς· οὕτω υἱοὶ φωτὸς καὶ ἡμέρας, οἱ τὰ τοῦ φωτὸς πράττοντες.

VERS. 5. *Omnes enim vos filii lucis estis, et filii diei.* Perinde ac filii sunt gehennæ, qui gehenna digna peragunt, ac filii inobedientiæ, inobedientes : haud secus filii sunt luminis ac diei, qui quæ lucis sunt faciunt.

« Οὐκ ἐσμὲν νυκτὸς, οὐδὲ σκότους. » Τουτέστιν ἁμαρτίας.

Non sumus noctis, neque tenebrarum. Hoc est peccati.

« Ἄρα οὖν μὴ καθεύδωμεν, ὡς καὶ οἱ λοιποί[52], ἀλλὰ γρηγορῶμεν, καὶ νήφωμεν. » Τουτέστι, Μὴ ἀμελῶμεν τῶν καλῶν ἔργων. Ἐπίτασις δὲ ἐγρηγόρσεως τὸ νήφειν. Ἔστι γὰρ ἐγρηγορέναι μὲν, μὴ νήφειν δέ· ὡς ἂν εἰ ἔλεγε· Νηφόντως τὰ ἀγαθὰ πράττωμεν καὶ προσεκτικῶς.

B VERS. 6. *Non igitur dormiamus, ut cæteri, sed vigilemus, et sobrii simus.* Hoc est, non negligamus bona opera. Vigilantiæ autem intensio est sobrium esse : fieri enim potest, ut quis vigilet, nec tamen sit sobrius : perinde quasi dicat, Sobrie agamus quæ bona sunt, et attente.

« Οἱ γὰρ καθεύδοντες, νυκτὸς καθεύδουσι· καὶ οἱ μεθυσκόμενοι, νυκτὸς μεθύουσιν. Ἡμεῖς δὲ ἡμέρας ὄντες, νήφωμεν. » Καθεύδοντας τοὺς ἐν κακίᾳ φησὶν, ὡς ἀνενεργήτους πρὸς τὴν ἀρετὴν, καὶ πάντα φαντασιουμένους. Τοιαῦτα γὰρ τὰ τοῦ παρόντος βίου, ὀνειράτων οὐδὲν διαφέροντα. Ἀλλὰ καὶ μέθην λέγει, οὐ τὴν ἐξ οἴνου μόνον, ἀλλὰ καὶ τὴν ἀπὸ πάντων τῶν παθῶν, ὡς ἐξιστῶσαν τοῦ κατὰ φύσιν, καὶ σκοτίζουσαν τὸ ἡγεμονικόν. Οὐ τοίνυν ὑμεῖς ὀφείλετε τοιοῦτοι εἶναι. Οὐ γάρ ἐστε νυκτὸς καὶ σκότους υἱοὶ, C ἀλλ' ἡμέρας, διὰ τοῦ βαπτίσματος καὶ τῆς τῶν ἐντολῶν τοῦ Θεοῦ παραδοχῆς.

VERS. 7. *Qui enim dormiunt nocte dormiunt : et qui ebrii sunt nocte ebrii sunt ; nos autem qui diei sumus, sobrii simus.* Dormientes vocat eos qui in malitia dormiunt, ceu ad virtutem nullis prædíti viribus, atque omnia veluti per somnium imaginantes. Hujusmodi enim sunt res præsentis vitæ, a somniis nihil differentes. Ebrietatem porro dicit, non eam quæ ex vino tantum est, verum etiam eam quæ ex omnibus affectibus animique **524** perturbationibus exsistit, ut quæ a natura deficiat, nec non obscuret dominantem rationis partem. Haud igitur vos debetis tales esse : non enim estis noctis ac tenebrarum filii, sed diei, per baptisma mandatorumque Dei assumptionem.

« Ἐνδυσάμενοι θώρακα πιστεως καὶ ἀγάπης. » Οὐκ ἀρκεῖ τὸ ἐγρηγορέναι καὶ νήφειν, ἀλλὰ δεῖ καὶ καθωπλίσθαι. Ἂν γάρ τις ἐγρηγορὼς ᾖ καὶ νήφων, μὴ ἔχῃ δὲ ὅπλα, ταχέως αὐτὸν οἱ λῃσται κατεργάζονται. « Θώρακα δὲ πίστεως καὶ ἀγάπης, » εἰπὼν, δόγματα καὶ βίον ἀγαθὸν ἠνίξατο· τοῦτό ἐστι τὸ ὄντως νήφειν. Οὐχ ἁπλῶς δὲ δεῖ ταῦτα ἔχειν, ἀλλ' ὡς θώρακα. Τοῦτον γὰρ οὐδὲν ῥᾳδίως διατέμνει, ἀλλ' οἷόν τι τειχίον ἐστὶ τῷ στήθει, καὶ οὐδὲν τῶν πεπυρωμένων τοῦ διαβόλου βελῶν ἅψεται ἡμῶν. D

VERS. 8. *Induti loricam fidei et charitatis.* Non satis est vigilare ac sobrium esse, verum etiam armari oportet. Nam licet aliquis vigilans sit et sobrius, non habeat autem arma, facile eum latrones conficiunt. *Loricam* autem *fidei et charitatis* dicens, dogmata et bonam vitam adumbravit : hoc enim est vere sobrium esse. Non simpliciter autem hæc sunt habenda, cæterum veluti lorica. Hanc enim nihil facile dissecat, sed veluti munimentum quoddam est pectori, ac nullum ignitorum Satanæ telorum nos tanget.

« Καὶ περικεφαλαίαν ἐλπίδα σωτηρίας[53]. » Ὥσπερ ἡ περικεφαλαία τὸ κυριώτατον ἐν ἡμῖν τὴν κεφαλὴν σώζει καὶ διατηρεῖ σκέπουσα· οὕτω καὶ ἡ ἐλπὶς φυλάττει τὸν νοῦν, καὶ σωτήριον αὐτῷ δείκνυται[54], οὐδὲν τῶν ἔξωθεν εἰς αὐτὸν πεσεῖν ἐῶσα. Ὅρα οὖν ὃ καὶ ἀλλαχοῦ εἶπε· Πίστιν, ἐλπίδα, ἀγάπην, τὰ τρία ταῦτα, καὶ νῦν κτᾶσθαι κελεύει.

Et galeam spem salutis. Quemadmodum galea præcipuum membrum nostrum, caput nimirum, tegendo salvum præstat ac conservat : hunc ad modum spes conservat mentem, et salutaris ei fit, nihil eorum quæ ab extra sunt incidere sinens in ipsam. Animadverte igitur quod alibi [a] dixerit, Fidem, spem charitatem, tria hæc : nunc ea comparare jubet.

« Ὅτι οὐκ ἔθετο ἡμᾶς ὁ Θεὸς εἰς ὀργὴν, ἀλλ' εἰς περιποίησιν σωτηρίας, διὰ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰη-

VERS. 9, 10. *Quoniam non posuit nos Deus in iram, sed in acquisitionem salutis per Dominum nostrum*

[a] I Cor. XIII, 15.

Variæ lectiones.

[52] πολλοὶ ο. [53] ἐλπίδος σωτηρίου]ο. [54] γίνεται ο.

Jesum Christum. Qui mortuus est pro nobis, ut sive vigilemus sive dormiamus, simul cum ipso vivamus. Hanc ob rem, inquit, hæc arma nobis comparanda sunt, eo quod *non posuit,* hoc est non segregavit nos Deus, ut ejus iram experiamur, sed ut acquirat nos sibi ipsi, atque servet, dans pro nobis Filium suum in mortem. Debemus igitur in periculis bona et magna sperare. Si enim credidimus quod Filio suo nostri gratia non pepercit, speremus quod multo magis ex periculis hisce nos eruet : atque exemplum intueamur, ac diligamus cum ipsum, tum cognatos. Propterea, inquit, mortuus est Christus, ut *sive vigilemus,* hoc est, vivamus : *sive dormiamus* hoc est, moriamur, *cum ipso vivamus :* aliud enim supra dixit soporem, et aliud hic. Quod igitur ait, est hujusmodi : Ne metuatis corporalia pericula et mortes : etiamsi enim moriamur, vivemus tamen. Etenim is qui sic dilexit nos, ut pro nobis moreretur, vivit.

A τοῦ Χριστοῦ, τοῦ ἀποθανόντος ὑπὲρ ἡμῶν, ἵνα εἴτε γρηγοροῦμεν εἴτε καθεύδομεν, ἅμα σὺν αὐτῷ ζήσωμεν. » Διὰ τοῦτο, φησί, ταῦτα τὰ ὅπλα δεῖ κτᾶσθαι, διότι οὐκ ἔθετο, τουτέστιν, οὐκ ἀφώρισεν ἡμᾶς ὁ Θεός, ἵνα τῆς ὀργῆς αὐτοῦ ἀπολαύσωμεν, ἀλλ' ἵνα περιποιήσῃ ἡμᾶς ἑαυτῷ, καὶ σώσῃ, δοὺς ὑπὲρ ἡμῶν τὸν Υἱὸν αὐτοῦ εἰς θάνατον. Ὀφείλομεν οὖν ἐλπίζειν ἐν κινδύνοις χρηστὰ καὶ μεγάλα. Εἰ γὰρ ἐπιστεύσαμεν ὅτι τοῦ Υἱοῦ οὐκ ἐφείσατο ὑπὲρ ἡμῶν, ἐλπίζωμεν ὅτι καὶ πολλῷ μᾶλλον τῶν κινδύνων τούτων ἐξελεῖται καὶ ἴδωμεν τὸ ὑπόδειγμα, καὶ ἀγαπήσωμεν καὶ αὐτὸν καὶ τοὺς ὁμογενεῖς. Διὰ τοῦτο, φησὶν, ἀπέθανεν ὁ Χριστὸς, ἵνα, « εἴτε γρηγοροῦμεν » ἡμεῖς, τουτέστι ζῶμεν, « εἴτε καθεύδομεν, τουτέστιν ἀποθάνωμεν, B « μετ' αὐτοῦ ζησώμεθα. » Ἕτερον γὰρ ἄνω τὸν ὕπνον, καὶ ἕτερον ἐνταῦθά φησιν. Ὅπερ οὖν λέγει, τοιοῦτόν ἐστι· Μὴ δεδοίκατε τοὺς σωματικοὺς κινδύνους καὶ θανάτους κἂν ἀποθάνωμεν, ζησόμεθα· καὶ γὰρ καὶ ὁ οὕτως ἀγαπήσας ἡμᾶς, ὥστε ὑπὲρ ἡμῶν θανεῖν [55], ζῇ.

VERS. 11. *Propterea consolamini invicem, et ædificate alter alterum, sicut facitis.* Viden'? Quid igitur deinceps prætexis, Non sum doctor? *Ædificate,* inquit, *alter alterum,* quoniam doctores non sufficiant ad omnium instructionem.

« Διὸ παρακλεῖτε ἀλλήλους, καὶ οἰκοδομεῖτε εἷς τὸν ἕνα, καθὼς καὶ ποιεῖτε. » Ὁρᾷς; Τί λοιπὸν προφασίζῃ [56], ὅτι Οὐκ εἰμὶ διδάσκαλος; » Οἰκοδομεῖτε, » φησὶν, « εἷς τὸν ἕνα, » ἐπειδὴ οἱ διδάσκαλοι οὐχ ἱκανοὶ πρὸς τὴν τῶν πάντων νουθεσίαν.

VERS. 12. *Rogamus autem vos fratres, ut noveritis eos qui laborant inter vos.* Quia **525** dixit, *Ædificate alter alterum,* ne existiment quod eos ad doctoris dignitatem provexerit, atque ita tollantur C adversum illos, ait : Etsi vobis permisi, ut vos mutuo ædificetis, verumtamen adhortor vos, ut illos honore afficiatis : multa enim doctores difficilia ferre coguntur, quæ honor ipsis aliqua saltem ex parte leviora reddet.

« Ἐρωτῶμεν δὲ ὑμᾶς, ἀδελφοὶ, εἰδέναι τοὺς κοπιῶντας ἐν ὑμῖν. » Ἐπειδὴ εἶπεν, « Οἰκοδομεῖτε εἷς τὸν ἕνα, » ἵνα μὴ νομίσωσιν, ὅτι εἰς τὸ διδασκάλου ἀξίωμα αὐτοὺς ἀνήγαγε, καὶ κατεπαρθῶσιν ἐκείνων, φησὶν, ὅτι Εἰ καὶ ὑμῖν ἐπέτρεψα τὴν ἀλλήλων οἰκοδομὴν, πλὴν παρακαλῶ, ἵνα ἐκείνους διὰ τιμῆς ἔχητε. Πολλὰ γὰρ οἱ διδάσκαλοι ὑπομένειν ἀναγκάζονται δυσχερῆ, ἃ ἡ τιμὴ αὐτοῖς μετρίως γοῦν ἐπικουφιεῖ [57].

Et præsunt vobis in Domino, et monent vos. Si enim præsides tuos in humanis rebus in pretio habes, quanto potius iis, qui in divinis rebus tibi præsunt, et gratiam et honorem te debere fateri debes? Nam, *In Domino,* hoc est, non in mundanis rebus tibi præsidet, sed in iis quæ ad Dominum pertinent : orat pro te, regeneravit te per baptisma, visit, admonet, medicus tibi est, mediis noctibus, si accersis, venit. Animadvertis in quonam tibi præsit?

« Καὶ προϊσταμένους ὑμῶν ἐν Κυρίῳ, καὶ νουθετοῦντας ὑμᾶς. » Εἰ γὰρ τοὺς πρὸς ἄνθρωπον προϊσταμένους σου τιμᾷς, πόσῳ μᾶλλον τοῖς πρὸς Θεὸν προϊσταμένοις ὀφείλεις χάριν ὁμολογεῖν; Τὸ γὰρ, « Ἐν Κυρίῳ, » τοῦτό ἐστιν, ἀντὶ τοῦ, Οὐκ ἐν τοῖς κοσμικοῖς προΐσταταί σου, ἀλλ' ἐν τοῖς κατὰ Κύριον εὔχεται ὑπὲρ σοῦ, ἀνεγέννησε διὰ τοῦ βαπτίσματος, ἐπισκέπτεται, νουθετεῖ, ἰατρός σοί ἐστι, μέσαις νυξὶν, ἂν καλέσῃς, ἥκει. Ὁρᾷς προστασίαν [58];

VERS. 13. *Et ut habeatis illos abundantius in charitate propter opus ipsorum.* Non simpliciter eos diligite, inquit, sed, *abundantius,* perinde ac filii parentes suos. Qui enim Christum diligit, amabit et ipsius ministrum, qualiscunque fuerit, quia per ipsum tremenda mysteria est assecutus. Si uxorem honestam acceperis, nonne eum diligis et honoras qui hanc tibi conciliavit? Regnum cœlorum accepisti, ac contemnis eum qui tibi illud conciliavit? Audi namque Paulum : *Propter opus ipsorum,* inquit, *honorate ipsos.*

D « Καὶ ἡγεῖσθαι αὐτοὺς ὑπερεκπερισσοῦ ἐν ἀγάπῃ, διὰ τὸ ἔργον αὐτῶν. » Μὴ ἁπλῶς, φησὶν, ἀγαπᾶτε, ἀλλ' « Ὑπερεκπερισσοῦ, » ὡς ἂν εἰ παῖδες πατέρας. Ὁ γὰρ τὸν Χριστὸν ἀγαπῶν, ἀγαπήσει καὶ τὸν αὐτοῦ λειτουργὸν, οἷος ἂν ᾖ, ὅτι δι' αὐτοῦ τῶν φρικτῶν μυστηρίων ἐπέτυχε. Εἰ γυναῖκα λάβῃς ἀξιόλογον, οὐχὶ τὸν προξενήσαντα ἀγαπᾷς καὶ τιμᾷς; Βασιλείαν ἔλαβες οὐρανῶν, καὶ διαπτύεις τὸν προξενήσαντα; Ἄκουε γὰρ Παύλου· « Διὰ τὸ ἔργον αὐτῶν, » φησὶ, « τιμᾶτε αὐτούς. »

Pacem habete in vobis ipsis. Scribitur etiam, *In*

« Εἰρηνεύετε ἐν ἑαυτοῖς. » Γράφεται καὶ, « Ἐν ὦ-

Variæ lectiones.

[55] ἀποθανεῖν O. [56] προφασιζόμεθα O. [57] ἐπικουφίζει m. [58] προϊστάμνον ἐν Κυρίῳ m.

τοῖς, » τουτέστι, τοῖς διδασκάλοις. Οἶδε γὰρ ἔχθρας πρὸς τούτους τικτομένας· ἐξ ὧν γὰρ ἐλέγχουσι [59], καὶ τῶν κακῶν ἀπείργουσι, μισοῦνται. Δεῖ οὖν εἰρηνεύειν μετ' αὐτῶν, καὶ οὐ τῷ ἔξω σχήματι, ἀλλ' ἐν ἑαυτοῖς.

« Παρακελοῦμεν δὲ ὑμᾶς, ἀδελφοὶ, νουθετεῖτε τοὺς ἀτάκτους. » Ἐνταῦθα πρὸς τοὺς διδασκάλους ἀποτείνεται. Μὴ ἀπ' ἐξουσίας, φησὶν, ἢ εὐθαδείας ἐπιπλήττετε, ἀλλὰ πράως νουθετεῖτε. Ὁ γὰρ ἀπονενοημένος, θρασύτερος γίνεται, ὅταν ἐπιπλήσσεται. Ἄτακτοι δέ εἰσι πάντες οἱ παρὰ τὰ τῷ Θεῷ διωρισμένα πράττοντες. Τάξιν γὰρ ὥρισεν ἑκάστῳ, ἣν ὁ παραβαίνων, ἄτακτος. Ὁ μεθύων, ὁ λοίδορος, ὁ πλεονέκτης, καὶ πάντες οἱ ἁμαρτάνοντες, ἔξω τῆς τάξεως βαίνουσι.

« Παραμυθεῖσθε τοὺς ὀλιγοψύχους. » Ὀλιγόψυχός ἐστιν ὁ μὴ φέρων πειρασμόν. Οὗτός ἐστιν ὁ ἐπὶ τῆς πέτρας σπαρείς. Δεῖται οὖν καὶ οὗτος ἀναβαστάζεσθαι.

« Ἀντέχεσθε τῶν ἀσθενῶν. · Τουτέστιν, Ὑποστηρίζετε τοὺς ἀσθενοῦντας περὶ τὴν πίστιν, ὡς καὶ ἀλλαχοῦ, « Τὸν ἀσθενοῦντα τῇ πίστει προσλαμβάνεσθε, » φησί.

« Μακροθυμεῖτε πρὸς πάντας. » Καὶ πρὸς τοὺς ἀτάκτους, καὶ πρὸς τοὺς ὀλιγοψύχους, καὶ πρὸς τοὺς ἀσθενεῖς. Τοῦτο γὰρ διδασκάλῳ ἁρμοδιώτατον, πάντας ἐντρέψαι ἰσχύον, καὶ τοὺς ἀγριωτάτους.

« Ὁρᾶτε μή τις κακὸν ἀντὶ κακοῦ τινι ἀποδῷ. » Εἰ κακὸν ἀντὶ κακοῦ οὐκ ἀποδοτέον, πολλῷ μᾶλλον κακὸν ἀντὶ ἀγαθοῦ, ἢ ἄρξαι κακοῦ, καὶ τὸν μηδὲν βλάψαντα κακοποιῆσαι.

« Ἀλλὰ πάντοτε τὸ ἀγαθὸν διώκετε, καὶ εἰς ἀλλήλους, καὶ εἰς πάντας. Οὐκ ἀρκεῖ τὸ μὴ ἀποδοῦναι κακὰ ἀντὶ κακῶν, ἀλλὰ χρὴ, φησὶ, καὶ ἀγαθοῖς ἀμείβεσθαι τὸν κακοποιήσαντα. Τοῦτο γὰρ δηλοῖ διὰ τοῦ εἰπεῖν, « Διώκετε τὸ ἀγαθόν· » τουτέστιν, Ἐπιτεταμένως σπουδάζετε ἀγαθοποιεῖν, καὶ εἰς ἀλλήλους, τουτέστιν, εἰς τοὺς πιστοὺς, καὶ εἰς πάντας, τουτέστι, καὶ εἰς ἀπίστους.

« Πάντοτε χαίρετε. » Κἂν πειρασμοῖς περιπέσητε. Ὅρα δὲ, ὅτι μετὰ τὸ εἰπεῖν, ὅτι οὐ δεῖ κακὸν ἀντὶ κακοῦ ἀποδοῦναι [60], τότε χαίρειν προσέταξεν. Ὁ γὰρ παιδευσθεὶς μηδένα ἀμύνεσθαι, ἀλλὰ μᾶλλον καὶ εὐεργετεῖν τὸν λυπήσαντα, πόθεν τὸ τῆς λύπης κέντρον εἰσδέξεται;

« Ἀδιαλείπτως προσεύχεσθε· ἐν παντὶ εὐχαριστεῖτε. » Τὴν ὁδὸν ἔδειξε τοῦ ἀεὶ χαίρειν, τὴν ἀδιάλειπτον προσευχὴν καὶ εὐχαριστίαν. Ὁ γὰρ ἐθισθεὶς ὁμιλεῖν τῷ Θεῷ, καὶ εὐχαριστεῖν αὐτῷ ἐπὶ πᾶσιν, ὡς συμφερόντως συμβαίνουσι, πρόδηλον ὅτι χαρὰν ἕξει διηνεκῆ.

ipsis, hoc est, doctoribus. Novit enim inimicitias adversus hos oriri. Quia enim reprehendunt, et a malis arcent, odio habentur. Oportet igitur pacem vos habere cum ipsis, idque non externa specie, sed in vobis ipsis.

VERS. 14. *Rogamus autem vos, fratres, admonete inordinatos.* Hic ad doctores convertit sese. Ne, inquit, per licentiam vel arrogantiam eos objurgate, sed mansuete admonete. Qui enim vecors est, fit asperior, si objurgetur. Inordinati autem sunt omnes qui aliter agunt quam a Deo sit ordinatum : ordinem enim unicuique statuit, quem qui transgreditur inordinatus est. Temulentus, conviciator, avarus, adeoque omnes peccata committentes ordinem transgrediuntur.

Consolamini pusillanimes. Pusillanimis est, qui non sustinet tentationem. Hic est qui super petram seminatus est [o]. Iste itaque supportatione indiget.

Sustinete infirmos. Hoc est, Fulcite infirmos circa fidem, perinde ac alio in loco, *Infirmum in fide suscipite* [p], inquit.

Patientes estote erga omnes. Et erga inordinatos, et erga pusillanimes, et **526** erga infirmos : hoc enim doctori est convenientissimum, omnes ad pudorem convertere valens, etiam vel maxime agrestes.

VERS. 15. *Videte ne quis malum pro malo alicui reddat.* Si malum pro malo non est reddendum, multo magis pro bono reddere malum, aut malum inchoare, et eum, qui non læsit, injuria afficere non oportet.

Sed semper quod bonum est sectamini in invicem, et in omnes. Non satis est, mala pro malis non reddere, sed oportet, inquit, etiam bonis malefactorem compensare. Hoc enim indicat cum ait, *Sectamini quod bonum est,* hoc est, Impense studete benefacere, et in invicem, hoc est, erga fideles, et in omnes, id est, erga etiam infideles.

VERS. 16. *Semper gaudete.* Etiamsi in tentationes incideritis. Observa autem quod posteaquam dixisset non esse malum malo pensandum, tunc præceperit lætandum esse. Nam qui institutus est ut de nemine se ulciscatur, sed beneficiis potius prosequatur eum qui contristaverit se, undenam mœroris stimulum accipiet ?

VERS. 17. *Sine intermissione orate : in omnibus gratias agite.* Viam monstrat qua fiat ut semper gaudeamus, orationem nimirum sine intermissione atque gratiarum actionem. Qui enim assuevit cum Deo versari, eique gratias agere in omnibus rebus, tanquam utiliter contingentibus, planum est quod perpetuum gaudium habiturus est.

[o] Matth. XIII, 6. [p] Rom. XIV, 1.

Variæ lectiones.

[59] ἐλέγγονται o. [60] ἀποδιδόναι o.

VERS. 18. *Hæc enim est voluntas Dei in Christo Jesu erga vos.* Quomodo autem semper gratias ages? Si agnoveris hanc esse voluntatem Dei, ut sis gratus erga ipsum, ceu eum qui semper tibi benefaciat in Christo Jesu, hoc est, per Domini Jesu Christi cooperationem. Etenim ipse nobis ad gratiarum actionem adjutor est, qui et docuit nos istuc facere, ut ex Evangelio didicimus.

VERS. 19, 20. *Spiritum nolite exstinguere. Prophetias nolite spernere.* Quia nox est præsens hæc vita, dedit nobis lampadem Deus, Spiritum sanctum : sed hanc alii quidem splendidiorem fecerunt, ut omnes sancti : alii vero exstinxerunt, ut quinque virgines, olei inanem hanc dimittentes : ut is qui Corinthi fornicatus erat, cœnum sane huic superfundens. Ait itaque, *Spiritum ne exstinguite,* hoc est donum : claudite januas sive sensus, ne ingrediatur spiritus malitiæ, nec exstinguatur lampas. Ne injiciatis pulverem seu terrenas curas : sic fiet ut inexstinguibilis conservetur. Vel hunc ad modum interpretari possis : Fuerunt apud ipsos prophetæ Dei, et prophetæ vani : quoniam autem incertum esset utri essent veri, omnes simul aversabantur. **527** Ait itaque ipsis : *Spiritum,* hoc est donum quod est in veris prophetis, *ne exstinguite,* eos æque ac pseudoprophetas aversando; neque spernite manantes ex Spiritu sancto prophetias.

VERS. 21. *Omnia autem probate : quod bonum est tenete.* Quid igitur? recipiemus ergo et pseudoprophetas? Minime, inquit. Sed omnia probate; hoc est, et vana et vera cum examinatione judicate, et tum quod visum est vobis bonum, hoc est, veras prophetias continete, hoc est, honorate, curate.

VERS. 22. *Ab omni specie mala abstinete.* Non ab hac vel ab illa tantum, verum simpliciter ab omni, et a propheta mendacii, et a peccato.

VERS. 23. *Ipse autem Deus pacis sanctificet vos per omnia.* Post exhortationem precationem adducit, quo utrinque securitatem habeant. Quid vero est, *per omnia?* Hoc est, corpore et animo, ut deinceps disces.

Ac integer vester spiritus, et anima, et corpus inculpate in adventu Domini nostri Jesu Christi servetur. Spiritus est charisma quod accepimus per baptisma. Si enim lucidam istius lampadem conservaverimus et inexstinguibilem, ingrediemur in thalamum : porro et anima et corpus tum immaculata erunt, si Spiritus in nobis fulserit. Gregorius autem Nyssenus inquit : Quia homo ex omni animarum specie componitur, vegetativa, sensitiva et intellectuali, spiritum dicens Apostolus, rationalem partem indicavit : animam vero, sensitivam : corpus, vitam nostram vegetativam. Totos igitur per omnia inculpatos ipsos conservari precatur, adeoque per omnia Deo placentes.

